ANTO. Quē vocet diuum: Sensus est quē deorū populus inuocare poterit futuræ ruinæ Romani imperij: quasi dicat nullū. irati em̄ sunt ob Cæsaris mortē. Qua etiā prece Vesta exorabitur in auxiliū ruentis imperij: cuinam deorū Iuppiter expiandum cædis scelus cōmittet: Poeta demū Apollinē inuocat & Venerem ac Martē ad expiandum illud, delendūq; malū Cæsaris cæde cōmissum Postea vero Augustū, quē Mercuriū esse vult, orat vt patiatur solū vocari Cæsaris vltor, & serus in cælū redeat: vt diutius Romano populo læt⁹ intersit: ametq; dici pater & princeps, nec sinat Medos & Parthos inultos esse. per qd̄ ostēdit eum debere Romano impio toties bellis ciuilibus afflicto succurrere: & in hostes conuerti potius q̄ in suos. Ruentis. ob īminentia & futura bella intellige. Fatiget, rogitet. Virgīes sanctæ. erat Vesta vrbis Romæ custos, quā virgīes seruabāt ꝑpetuo igni. Quæ vero deam colebāt virgines: quattuor a principio erāt. Posterius autē propter ministeriorū multitudinē sex factæ, apud deā vitā agentes. quo quidē īngredi interdiu nemo prohibebat. Nocte autē mari nemini immorari licebat. Triginta vero annos necesse erat manere eas innuptas & castas cerimoniasq; pagētes: quo in tēpore opus erat decem annis discere, decē sacra perficere, decem vltimis alias edocere. Expleto autē anno tricesimo, nihil prohibebat eas quę vellēt nubere vittas deponētes, quā rem fecere paucissimę q̄bus etiā inoptabiles vitæ fines acciderūt. Eas autē virgines in minoribus delictis verberibus afficiebāt pōtifices, corruptas vero ī monumēto sub terra pręparato deponebāt: prius tñ ab amicis & cōsāguineis tāquā mortuę deplorabāt, & viuæ ī libitina portatę. Ignis præterea extinctiōem sup̄ grauia oīa Romani timebāt, ī teritus vrbis signū id assumentes, quacūq; acciderit causa, multisq; ipsū procuratiōibus: multisq; placentes cultibus adducebāt iterū ī templū. Hæc ex Dionysio lib. ij. Gellius autē lib. i. scribit virginem minorem sex annis maiorem decem capi nō licuisse, q̄q; Amata itercapiendum a pōtifice maxīo appellabaī, qm̄ quæ prima capta est, hoc fuisse noīe tradit. Minus audiētem. propt̄ Cęsaris cędem offensam. Carmina. preces & hymnos. Partes officium, ꝓuīciā: curā. Scelus. Cæsaris cædem. Expiandi: ne. s. irati dei Romano īperio obsīt. Tādem venias. Apolinem eligit poeta ad expiādum scelus, eumq; venire precatur, quoniā eius dei præsentia sæpe fauit Romanis. Nā quū Ludi primo romæ Apollini celebrarentur ex vaticino Martij vatis carmīeq; Sibyllio repentino hostis aduentu plebs ad arma excitata hosti occurrit, eoq; tempore nubes sagittaꝶ ī aduersos visa ferri, & hostē fugauit, victoresq; Romanos ad spectacula dei sospitalis reduxit. Auctor est Macro. lib i. sat. Dicit item Apollo etiā Augusto ī bello actiaco fauisse. Virg. lib. viij. Actius hæc cernens arcum itendebat. Apollo Desuper, omnis eo terrore ægiptus & Indi, Omnis arabs: oēs verteb āt terga sabæi. Tandem. post lōga dispendia, & aduersa. Nube cādenti. i. nimbo Nimbus em̄ diuīa nubes est. Cādenti humeros. nulla fit synalœpha, vt ibi. Posthabita coluisse samo, hic illius arma. Amictus. amictos habēs humeros. Augur Apollo. oīm q̄ circa nos geruntur, solem auctorem esse fatent. & q̄ diuersę virtutes solis noīa dijs dederunt. Virtutem igit̄ solis q̄ diuinatiōi curatiōiq; præest, Apollinē vocarunt. Quæ sermōis auctor est, Mercurij nomē accepit. Auctor est Macrobius lib. i. sat. Erycina. in eryce siciliæ monte excelso veneris templum locatum erat, qd̄ sīgulari veneratiōe colebatur. antiquitus mulieꝶ frequentia refertum illius ministerio dicataꝶ. quas & e sicilia & externis regionibus multi locarant. Erat & Romæ āte portā collinā deæ huius ædificium, qd̄ Veneris Erycinæ templū dictitabāt. Cui cū æde sacra īsignis adiacebat porticus. Auctor ē Strab. lib. vi. Meminit etiā Ouidius ī fastis. Ridens. Veneris epitheton ē, etiā ab Homero traditū, dixit em̄ vt Porphyrio tradidit, φιλομειδὴς ἀφροδίτη, id est amans risū Venus. Iocus. Iocū id accipimus, inquit Fabius, qd̄ est contrariū serio. Nā affigere & terrere & prōittere, interī Iocus est. & Cattullus ait, Verbosa gaudet Venus loquela. Cātus demū, risus, & saltatiōes & fistulæ Venerā comitātur. Cupido fuit is Veneris Martisq; filius, deus amoris a poetis dictus. Est autē amor vis magna mētis, blāduśq; animi calor, qui luxu & ocio nutrit̄ inī læta fortunæ bōa. Neglectum. ad martē id attinet. nam passus erat Romanos suos bellis ciuilibus perdi. Respicis. dij eni aspicientes fauere dicuntur. Vnde anchises lib. ij. æneid. ait. Iuppiter oīpotēs precibus si flecteris vllis Aspice nos: hoc tātū. & si pietate meremur Da deinde auxilium pater: atq; hæc oīa firma. Auctor. Mars intelligitur Romuli pater a quo vrbs Roma cōstructa. Longo ludo. lōgis bellis ciuilibus. Martis em̄ ludus in prælijs est. Macrobius libro. i. Sat. scribit, effectū solis: de quo feruor animorum de quo calor sanguinis excitatur, Martem vocari. Vult eni Martē eūdem ac solem esse. Iuuat delectat. Clamor. bellicus scilicet. Martis enim comites sunt, bellona, furor, ira, pauor, & fama, vt Statius scribit. Læues: splēdentes. Mauri pedi tis. pro quocūq; bellico maurum posuit. Mauri autē in libya sunt occidentem versus, iuxta quos est colūna rum fretum. qui cum vberem regionem habitarent, magna tamen ex parte pastoraliter viuebant, pugnabāt frequentius ab equo hastati, equis nudis vtētes, & iunceis frænis. gerebant etiā gladios. At pedites elephātū pellibus pro clypeis se protegebant. leonum, & pardalium, & vrsorū pelles induebant: & dormētibus sternebant. auctor est Strabo libro. xvij.

Vesta

Vestæ ignis

Amata

Apollinis fauor ī romanos

Apollo cur augur me dicusq;

Solis ptās

Mercurius sermonis auctor

Venus Erycina

Veneris risus.

Aphrodites.

Iocus.

Cupido:

Amor.

Deoꝶ aspectus.

Mars.

Martis comites.

Mauri.

ACR. Siue mutata iu. f. Mercuriū dicit, siue q̄a, ī ndiuersas potestates trāsfigurari cōsueuit siue quia vult eū Augusto ꝓ Troianos parētem videri. Virg. At maria auditis si quicq̄ credim⁹ atlas. Et venias precamur a superioribus vbiq; subaudis. Almæ. ne almæ filius Cupido putaret: ideo dixit filius Maiæ, vt mercuriū ostēderet. Virgilius. Hęc ait, & Maia genitum dimittit ab alto. Serus i. e. ac si diceret, diu viuas Romanis & tarde diuus fias. Iniquū, iratum, indignātē peccatis nostris, & ꝓpter hoc nos fugientē. Princeps. iuxta morē pricipū, q̄ patres pr̄iæ dicūtur. Medos, parthos, a quibus Crassus occisus est, quo pereunte ortū est bellū ciuile Luca, de eodē, Vmbraq; erraret Crassus iulta: Siue mutata iuuenē figura, Adulatur Au

Siue mutata iuuenem figura
Ales in terris imitaris almæ
Filius Maiæ patiens vocari
Cęsaris vltor:
Serus in cęlum redeas: diuq;
Lętus intersis populo Quirini:
Neue te nostris vitijs iniquum
Ocyor aura
Tollat, hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici pater atq; princeps:
Neu sinas Medos equitare inultos
Te duce Cęsar.

Siue mutata. Venit tandē ad institutū: quo Cęsarem Augustum laudare cōstituit: ex eo ꝙ is solus deos placare & mala ꝓpellere posset, fūgendo uidelicet officio caduceatoris, id est intercessoris pacis inter deū & Romanos: qđ quia mercuriale officiū est (is em̄ deorum interpres ac nuncius fungitur) ideo pulcherrima inuentione rogat vt velit vocari Romanorū Mercurius. i. intercessor: atq; ita diutius manere in terris: egregios ducturus triūphos. pulchre etiā vtitur longo contextu: vt potein re graui: atq; vbi hęreat quibus verbis rē cōsequatur: significat em̄ huiusmodi insinuatio quendam pudorem ac verecūdiā ex obseruantia natam. Ideo autē dubitare potest an velit induere personā Mercurij: cū se pro Appolline aliqñ gesserit, qđ Suetonius dicit & Maro tāgit dicens. Tuus iam regnat Apollo. de Augusto nimirū loquens. Est ergo ordo. Siue o Cęsar Auguste: tu ales. i. factus ales, id est alatus: mutata figura, scilicet humana in diuinā: aut Appollinari in Mercuriale: existēs filius almæ maiæ scilicet Mercurius: cuius officio fungens etiā nomē assumas: imiteris ī terris iuuenem scilicet Mercuriū. i. fungaris eius officio in terris quo ipse fungit̄ in celis. & per hoc patiens, id est patienter ferens vocari, id est vt voceris: vltor Cęsaris: redeas, id est eas: aut redeas: quia sensum a cælesti demissum traximus arce: & quia igneus ē ollis vigor & celestis origo: serus, id est nō citus nec cito: in cælū. Potest etiā ordo esse: qui & magis placet. Siue tu o cęsar vltor Cęsaris, id qui a dijs delectus es haud dubie vt sis vltor Cęsaris: (Nam vt Suetonius docet, nihil illi tam erat ꝓpositū: q̄ vt necem eius vlciscatur & acta ratificet) patiens vocari filius almæ Maiæ existēs ales imitaris in terris iuuenē scilicet Mercuriū: redeas serus in cælū: & itersis diu populo quirini, id est Romuli: hoc est ppł'o Romano. Neue, id est vel, aura ocyor, id est ventus celerior sicut tollit Mercurius: qui vt dicitur. iiij. ęnei. æneam medio sermone reliquit: iniquum. i. inęqualem & ita infensum nostris vitijs. q. d. qđ de Enoch legitur, qui ꝓpter peccata hoīm raptus est ī paradisum & qđ de multis apostol⁹: Quibus dignus nō erat mūdus: Augustū nolle amplius inter sceleratos cōuersari. Nō ergo te tollat: sed ames potius hic. i. inter nos: magnos triumphos. s. ducere: & ames hic dici pater atq; princeps: sic enim dictus est: hoc est pater patriæ. Neu. i. neue: sinas. i. ꝑmittas Medos. i. Parthos qui signa Romanis ablata Augusto restituerunt: equitare: q̄a equitando & simulando fugā adoriūtur sequētes & incautos occidūt. vñ Maro Fidētēq; fuga parthū. ne finas ergo te duce. i. existēte ductore: aut sub tuo ductu, eq̄tare ī ultos. i. ipunitos

gusto: Mercuriū eum esse dicens. Serus in cęlum redeas. suauiter optat augusto vt diu viuat. Neue te nostris vitijs iniquū ocyor aura. bene hæc dicunt̄. quia ad Mercuriū videtur loqui: qui volucer deus. simul elegāter & illud oblique optat vt post excessum Augustus diuus factus recipiatur in cælū. Nostris vitijs. id vtrum ad bella ciuilia referens ait: an latius, ex hoc intelligitur. Ocyor aura tollat. ꝓ ocyus tollat. σχημα ὑπαλλαγη.

Siue mutata. Ordo est: siue tu ales. id est Mercurius filius almæ Maiæ mutata figura in terris imitaris iuuenem patiens vocari Cęsaris vltor: Serus in cælū &c. Mutata fig. cęlesti. s. in humanā vult enim poeta Augustū esse Mercuriū. Ales. Mercurij simulacra pēnatis alis adornātur: quæ res monstrat solis velocitatē. Nam quia mentis potētem. Mercurium credimus, & sol mundi mēs est: summa autē est velocitas mētis: ideo pēnis Mercurius quasi ipsa natura solis ornat̄. Auctor est Mac. lib. i. sat. vult em̄ eundē esse solē & Mercuriū. In cælū redeas. hoc ait qm̄ dixerat eum esse Mercuriū: & mutata figura ī terris iuuenē imitari. Lætus. innocens & ꝓpitius Quirini. i. Romuli: qui postea Quirinus dictus est. Vnde legit̄ lib. ij. fast. Proxima lux vacua est. at tertia dicta quirino. Qui tenet hoc nomen Romulus añ fuit. Siue ꝙ hasta Quiris priscis est dicta sabinis. Bellicus a te lo venit in astra deus. Siue suo regi nomen posuere quirites: Seu quia Romanis iunxerat ille Cures. Iniquū. acerbū, asperum, indignantem. Ocyor aura. valde ocys & velox Est em̄ cōparatiuum pro positiuo. Virg. lib. iiij. ait. Vade age nate voca zephyros: & labere pēnis. Triūphos. Augustus bis ouās ingressus est vrbē: post Philippense prelīū: & rursus post siculū. Curules triūphos tris egit Dalmaticū Actiacū Alexandrinū continuo triduo vt scribit Suetoni. Pr̄ atq; princeps. Augusto em̄ patris patriæ cognomen vniuersi repentino maximoq; consensu detulerunt. Ipse autē precatus est sup os: vt hunc cōsensum ad vltimū vitæ finē sibi proferre liceret. auctor est Tranquillus. Medos inultos. Parthos etiā intelligit: a quib⁹ quidē. M. Crassus: & fili⁹ eius. P. Crassus occisi: de q̄bus Lucanus ait. Vmbraq; erraret Crassus inulta. Est autē Media duplex: maior & minor. Maioris Metropolis est Echatana magna ciuitas: & Medici imperij caput: qua Parthi regia vtebātur. Nā reges ibi æstatē agebant: frigida em̄ est Media. Media ipsa maior olim toti Asiæ dñata est. vt Strabo li. xi. scribit. Apianus autē edocet gloria belligeredi elatū Crassum, vt scilicet ad Indicū penetraret oceanū, & aurū parthorū raperet, bellū iniuste in Parthos mouisse. cum eoq; ad. xx. millia hominū interijsse. decē milia ī potestatē redacta esse Suetonius vero scribit ꝙ Parthi Augusto etiā armeniā vendicanti facile cesserunt: signa militaria: quæ M. Crasso & M. Anto. ademerant: reposcenti reddiderunt obsidesq; insuper obtulerūt. Postea scribit idē de Tyberio sic. Recepit & signa quæ. M. Crasso ademerāt Parthi. ostenditq; tunc tribunum militū fuisse.

ANT. — Mercurius cur alatus. — Quirin. — Augusti triūphus — Augustus pater patriæ. — Crassus. — Media. — Echatana ciuitas — Crassus. — Parthi. — Tyberius

Tertia Ode dicolos distrophos: ad Nauim.

Sic te Diua potens Cypri:
Sic fratres Helenæ lucida sydera
Ventorumq; regat pater:
Obstrictis alijs, pręter Iapiga
Nauis, quę tibi creditum
Debes Virgilium: finibus Atticis
Reddas incolumen precor:
Et serues animę dimidium meę.

Sic te di. &c. Tertia Ode licet ad ordinē forte nō respexerit Poeta: cōgrue scribit in gratiā & cōmēdationē Vir. Nā cū prima Ode & Mœcenatē & se (vt diximus) cōmendarit: secūda Augustū principē: cōsequēs est vt ī tertia amici summi rationē habeat. Is aūt erat ei Virgili⁹: & ꝓpter studiorū morūq; cōformitatē: & ꝓpter cōtubernalem necessitudinē. vnde de eo dicit in sermonib⁹. Plotius & Varius Sinuessę Virgiliusq; Occurrūt: aīę quales neq; q̄s me sit deuinctior alter. O qui cōplexus & gaudia quāta fuerūt. Nil ego cōtulerim iucūdo sanus amico. Vnde hęc bona p̄catiōe vtitur in eius salutē: alloquēs vt

Sic te diua. Metrū primo versu glyconicū cōstat ex spondeo & dactylis duob⁹ ita. Sic te diua potēs Cypri. Secūdo asclepiadeū. Sic te. d. p. c. principiū deprecatiōis: vt nauis bñficis syderibus cōmendet. Salutare em̄ Veneris sydus est. Sic aūt aduerbiū adiuratīs ē. Fratres Helenæ. Castor & Pollux. Lucida sydera, epexegesis.

Pater. aut æolum. aut iuxta phisicos, qui ventos ex motu oceani nasci volunt, neptunum dicit. vt Quid ve pater neptune paras.

Præter ia. Iapix ventus vtilis apulia flans athenas petētibus. gręce Argestes dicit̄. Creditū. cōmēdatū: vt Vir. Anni spem credere terræ. Atticis. athenīēsibus. Et serues a. d. m. amicū partē animæ posuit. ideo dimidiū dixit. Athenas nauiganti Virgilio nauigij prosperitatē precatur: & execratur etiā timore periculi eū qui primus cupiditate lucri ad temeritatem nauigandi descendit.

Si te diua potens Cypri. Ad nauē loquitur: qua Vir. Athenas petierat. adorans eam vt eum incolumē perferat. Sic fratres Helenæ lucida sydera. σχημα ἐπεξήγησις. quia

ACR. — POR.

fratres Helenæ lucida sydera sunt. Constat autẽ hodie inter nautas castoris & pollucis stellas plerunq; nauibus infestas esse.

Iapix. a uentosa regione vnde flat dicitur: quę hũc Apulia appellat. dicit ergo optime hoc vento ex Italia Athenas nauigari: & id circo optat ne alius flet q̃ ipse nauigãti Virgilio. Quę tibi creditũ debes Virgiliũ. Ambiguũ vtrũ debes finibus atticis: an finibus atticis reddas, accipiẽdũ sit. Et serues animæ dimidiũ meæ. Suauiter hoc dictũ secundum illam amicitiæ definitionem: qua plurimum vtuntur. μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σώμασιν.

Argumentũ tertię Odes: per Mancinellũ.

ANT. Sic te di. &c. Tertia Ode nauim precat̃ vt Virgiliũ finibus atticis incolumẽ reddat. Is eñ athenas nauigabat. execrat̃ postea illũ q primus ratẽ pelago cõmisit spreto omni terrore ventorũ & syderũ: marisq; diuersis periculis gratia lucri. Nequicq̃ itaq; dei prudẽtia Oceano terras abscidit si naues ipię trãsiliunt vada nõ tangẽda. Hominũ deinde audaciam carpit. ruunt eñ per vetita. hinc Prometheus fraude ab æthere ignẽ detulit gentibus: post quem subductũ macies & noua febrium cohors incubuit terris. Morsq; prius semota & tarda corripuit gradum. Dedalus etiã pennis volare ausus vltra humanã sortem. Hercules inferos petijt. Nil deniq; mortalibus arduum dicit. nã cęlum quoq; stultitia petimus: nec patimur scelere nostro Iouẽ

Mãcinel. satis ꝓsequitur, naue q̃q; Virgiliũ in atticam trãsuehendũ susceperat. Cęterũ licet fabulæ & historię a Mãcinello diligẽter enarrantur: tamẽ multa ad venustatẽ vocabulorũ pertinẽtia in alium locum recepit. Non eñ oĩa vno loco explicanda sunt. Est autẽ particula sic aptissima precantibus: vt in Buc. Sic tibi cum fluctus subter labere sicanos Doris amara suã nõ intermisceat vndam. verũ vt ordinã cõtexam, hic est. O nauis quę debes finibus atticis Virgiliũ creditũ tibi. i. tuę fidei. i. quæ ea conditione eoq; pacto recepisti vt eũ reddas finibus atticis: ego precor vt reddas eũ finibus atticis incolumẽ: eũ (dicit per appositionem) dimidiũ animæ meæ. Sic sup. pręcor: vt queadmodũ eum reddas: regat, id est dirigat & gubernet te: diua scilicet Venus: potẽs Cypri, id est dea & regina in Cypro: & fratres Helenę: scilicet castor & pollux: appositorie lucida sydera id est qui trãslati sunt in sydera: videlicet in geminos: q̃ sydera dũ lucida & bina apparẽt, bonũ credunt & nautis & militibus portẽdere: & sic regat te pater ventorũ. s. æolus. sed attẽde vbi ab æolo exigitur ventorũ imperiũ in alicuius perniciẽ ipsũ uẽtorum regẽ dici, vt. i. ęnei. vbi vero amica retentio, patrem: vt hoc loco. Est enim pater charitatis & beniuolẽtię nomẽ. Regat dico te: alijs sup. ventis: obstrictis. id est occlusis in carceribus ventorũ: pręter Iapiga sup. ventũ flãtem ab Apulia, & ita ꝓficiscẽtibus illinc athenas a tergo: quocirca secundã facit nauigationem. Norint ergo pueri pulchre dictũ: quæ tibi creditum debes: quasi nauis sit depositoria depositio quæ susceperit Virgilium. Finibus autẽ, id est oris: quia attica regio terminatur mari. Incolumẽ a ntõ incolumis: nec reperitur secundę inflexiõis vt imperitiores pręcipiũt: nec scribit per en vt iperitissimi etiã faciunt: decepti quia columen columinis reperiũt. Serues. Norint etiã latinis in vsu nõ eẽ saluo verbũ: sed seruo & cõseruo.

iracũda ponere fulmina. Sic te diua potẽs Cypri. Hæc Ode est dicolos distrophos: primus eñ versus Glyconicus est ex spõdeo & duobus dactylis. Secũdus vero Asclepiadeus. de quo diximus Ode prima. Diua potens Cypri. periphrasis est Veneris. eius eñ plura tẽpla in Cypro erãt. de quibus Strabo lib. xiiij. meminit. Est aũt salutare nauibus Veneris sydus. hic Sappho ad Phaonẽ ait. Solue ratẽ: Venus orta mari mare pręstat eũti. Mac. lib. iij. sat. scribit Cypri esse Veneris signũ barbatũ corpore sed veste muliebri cũ sceptro ac statura viri: putãtq; eundẽ marẽ ac fœminã esse. Florus scribit Cyprũ veteribus diuitijs abundãtẽ: & ob hoc Veneri sacram. Lactantius autem scribit lib. i. ca. xvij. ꝙ Venus, vt in historia sacra continetur: prima artẽ meretriciã instituit: auctorq; mulieribus in Cypro fuit: vti vulgo corporũ quęstũ facerẽt. Q đ idcirco iperauit: ne sola pręter alias mulieres impudica & appetẽs virorum videret. Vt Iustinus li. viij. scribit: mos erat Cyprijs virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniã quæsituras in quæstuũ ad littus maris mittere: pro reliqua pudicitia libamẽta veneri soluturas. Fratres Helenæ lucida sydera. Castorẽ & Pollucem deos in mari inuocãt vt etiã Pli. li. ij. meminit. Neptunus vt scribit Hyginius: Castori & Polluci dedit potestatẽ naufragis saluti esse. eorũq; sydera alternis lucere aiũt. Alterius vero sydus habet stellas. viij. Alterius. x. Videto tñ latius Ode. xij. vẽtorũ pater. i. rex Aeolus: q ĩ Strõgyle ęoliarũ vna regnauit. Cuius fumo quinã flaturi essent vẽti in triduũ prædicere incolę dicebant. Vñ æolo vẽtos paruisse existimatũ. Auctor est Pli. lib. iij. Et nos in Iuue. plura de æolo: qui quidẽ apud nos interpretat̃ varius & dolosus. Dio. li. v. scribit ꝙ ęolus velis vti nautas docuit: & obseruatiõe ignis, qui venti futuri essent prædicebat. Vnde & illũ fabulæ vẽtorũ potentẽ dixere: ob eximiaq; eius potestatẽ deorũ amicus est nominatus. Iapiga. Iapigia, quã & Messapiã gręci vocãt, regio est iũcta Calabrię & Salẽtinis vt scribit Strab. li. vi. dicta aũt a Iapige Dædali filio. Iapix vero vẽtus est ex Apulię ora ꝓficiscens. quẽ eundẽ caurũ Gel. lib. ij. extimat: nã & est occidẽtalis. Est autẽ vtilis gręciã petẽtibus ex Italia. Animę dimidiũ meæ. Amicus eñ est alius ipse: & æqualis ęqualẽ delectat, vt habet̃ in æthicis.

Glyconicus versus. Cyprus. Castor. Pollux. Aeolus. Iapigia. Messapia.

Illi robur & æs. t. ac si diceret: duritia sine

ACR. sensu periculi. Triplex verbum ab vsurarijs tractum posuit: quorũ auaritia spe lucri vel cõmercij inuẽtum nauigiũ sit. Commisit credidit: vt Ter. Ouẽ lupo cõmisisti. Tristes hya. tempestuosas & nebulosas. s. vt pluuio cõtristat frigore cęlũ. Nec rabiã noti. Notũ supra oẽs ventos extulit: qui cardinalis est. ideo arbiter: qa præcipue solet pasci æstibus. i. nutriri fulminibus. Adrię. Adriatici maris pro quouis mari. Tollere. commouere.

Ponere. mitigare. Quẽ. m. ti. gra. genus mortis. Tres gradus mortis definiunt. fato: casu: genitura. Fato: vt Stat sua cuiq; dies. casu: vt sed misera ante diem. genitura: vt Sternitur i- felix alieno vulnere. vnde stoici casu dicũt: epicurei fato: pythagorici genitura hominem mori. Qui scilicet pręter lachrymas. Lu. Qui sicco lumine campos Viderit ęmathios. Mare turbidũ. tumẽs fluctibus suis.

Mortis tres gradus.

In fames. aut famosos multorũ poetarum carmine: aut propter asperitatẽ littoris naufragijs nauium. Acroceraunia. sunt montes epiri: ideo dicti græco vocabulo ꝙ sui altitudine frequẽter fulminent̃. de his Vir. Prouehimur pelago vicina ceraunia iuxta.

POR. Illi robur & æs triplex circa pectus erat.

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat: qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus: nec timuit præcipitem Aphricum
Decertantem aquilonibus:
Nec tristes Hyadas: nec rabiem Noti:
Quo non arbiter Adriæ
Maior, ponere seu tollere vult freta.
Quem mortis timuit gradum:
Qui siccis oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turbidum: &
Infames scopulos Acroceraunia?

Illi robur. Quia plurimũ amico timet: progreditur in detestationem temeritatis eius qui primus nauigauit dicens. Robur. i. robustitas & durities: & triplex æs. i. maxima cupido ęris: erat illi circa pectus, id est in præcordijs: hoc est multũ cupidus erat qui voluit: & multũ robustus & durus qui ausus ẽ primus nauigare. Bene autem dicit circa pectus: quia vt dicit saluator: vbi thesaurus tuus illic & cor tuũ. habuit ergo ęs circa pectus: quia pectus. i. cor, in ære. i. pecunię acquisitiõe. Posset etiã interprę

tari sic triplex ęs.i.maxima armatura hoc est maxima cõfidentia:erat illi circa pectus:qui primus:nullo scilicet facto piculo: cõmisit.i.credidit.vt in eu. Tere. Quem lupo cõmisisti.pelago .i.mari truci.i.truculẽto & immiti:nulli em tẽpestas parcit: vñ monstrũ vocatur a Palinuro i fine.v.ęnei. ratem.i.cõnexionẽ trabiũ:quia nondũ nauis extructa erat: fragilem.i.cito dissolubilem:nec timuit Aphricũ.s.ventũ procellosum:decertantẽ.i. colluctantẽ:aquilonibus,id est cũ illis vẽtis vehemẽtibus: nec timuit hyadas.i.pluuiales stellas: tristes.i.nociuas mari & terris:nec rabiem noti,scilicet venti qui & auster dicit: quo vẽto non est maior arbiter adriæ.i.qui magis ex arbitrio regat adriã, id est mare adrianũ seu adriaticũ:seu.i.siue vult ponere.i.sedare:seu tollere.i.excitare freta.i.maria feruẽtia.Quẽ gradũ mortis timuit.q.d.nullum: is sup.qui vidit oculis siccis.i.nõ lachrymantibus,monstra.s.marina natantia:& mare turbidum.i.turbatũ & cõmotum:& vidit acroceraunia,id est mõtes illos epiri assidue fulminatos:appositoríe:scopulos infames scilicet nũc propter frequẽtia naufragia postmodum illic facta.

execratur eũ q primus ausus sit nauigare: dicitq eũ durissimo corde ac pectore fuisse: q tãta pericula nõ timuerit.habet autẽ hic qddam Homericũ. χαλκεον δε μοι στηθος.i.ferreum pectus. Nec rabiẽ noti: Quo non arbiter Adrię maior. Arbitrum pro rectore posuit. Significat autẽ in Adriatico sinu neminem magis noto sæuire:p qd videtur dominationẽ exercere: vel ad extollendos fluctus cum sęuit: vel ad placandos cũ flare desinit.

Quem m.t.g. Qui sic.ocu.mõ.na. Quam mortem inqt abhorrere potest.qui monstra maris & asperrima saxa sine lachrymis videre potuit? Infames sco.ait.propter atrocitatem naufragiorum que ibi multi patiuntur. Ceraunia.montes sunt Epiri.

Illi robur. Illũ execrat qui primus ratẽ cõmisit pelago omi spreto terrore gratia lucri. ANT. Robur durities ingens animi. Aes triplex.

Maxima æris & pecuniæ cupiditas. Vñ Propertius li.iij.de Peti naufragio ait. Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es. Per te immaturum mortis adimus iter. Natura insidiãs pontũ substrauit auaris. Vt tibi succedat vix semel esse potest. Vel potius æs triplex.i.circa cor itrepidũ multiplex æs &c. Qui primus. Naui vt diximus in gręciam ex ęgypto Danaus primus iuexit. ante ratibus nauigabat iuentis in mari rubro inter insulas ab rege Erythra. Lõga naui Iasone primũ nauigasse Philosthephanus auctor e,vt scri. Pli.lib.vij. Diodorus vero lib.vi.ait Neptunũ secũdũ Cretẽses primũ nauigãdi arte iuẽta classem istituisse:eiusq pręfectũ esse a Saturno factũ:quapropter traditũ est posterius neptunũ imperasse mari:sacraq ei ab nauigantibus facta. Addunt & neptunũ equos primũ domuisse:arteq equitãdi ab illo traditã:ex quo Hippius sit appellat9 Aphricum.de hoc vẽto superius videto. Hyadas. scribit Hyginus in tauri capite septẽ esse stellas quæ Hyades nũcupant. Hyades autẽ, vti inqt Tyro Ciceronis libertus, ab Hyo.i.pluo:nã & quũ oriunt.& quũ occidunt tẽpestates pluuias largosq imbres cient. vt Gellius lib.xij.edocet. Rabiem Noti. ab meridie Auster q Notus dr venit. Est aũt humidus. νοτις em humiditas humorq dicit. Est etiã notus ęstuosus, nam austro maiores fluctus edunt q Aquilone: qm ille infernus ex imo maris spirat: hic summo: noctu auster: interdiu aquilo vehemẽtior: vt scri. Pli.li.ij. Quo nõ. Ordo est. Quo noto nõ maior arbiter adrię &c. Arbiter adriæ.i.dñs adriaci maris. dñatur em vel ad extollendos fluctus quũ sæuit: vel ad placandos quũ flare desinit. Arbiter itẽ ille dr cui plena potestas est. Auctore em Festo Arbiter dr iudex qui totius rei habet arbitriũ & facultatẽ. Mortis gradũ. variæ em mortes hoibus accidunt vt passim videt Gellius lib.xij.& Macro.lib.i.de som.scribunt: Mortem esse & natura & fato: aut ex casu & violẽtia extrinsecus illatã. Naturalis seu fatalis mors dr: vbi corpus animã: nõ anima corpus relinquit. Cõstat em numerorũ certã constitutãq rationẽ animas sociare corporibus, ij. numeri dũ supsunt: perseuerat corpus animari: quũ vero deficiunt: mox arcana illa vis soluit, qua societas ipsa cõstabat. Impletis itaq numeris corpus fatiscit: cũ iam nõ possit animari. Monstra natãtia. Pli.li.ix. scribit verũ esse: qcquid nascit in parte naturæ vlla: & in mari esse. de ijs autẽ latius diximus in Iuue. Acroceraunia.ij.montes sunt altissimi: a quibus epiros incipit: vt Pli.scribit. Dicunt autẽ ab ἄκρος qd est summitas extremitas ve, & κεραυνος fulmẽ. quia eorũ summitas fulminibus infestat. dicunt quoq Ceraunia. Luc. lib.iij. Scopulosa ceraunia nautæ Summa timet. Infames scopulos. propterea infames quia scopuli sunt nauibus infesti: vel infames propter Acroceraunia dixit: quia fulminibus infestantur.

Pecunia. Nauis. Neptunus cur maris de9 Hippius Hyades. Auster. Notus. Aquilo. Arbiter. Mors varia. Maris mõstra. Acroceraunia.

Nequicq deus abscidit
Prudens oceano dissociabili
Terras: si tamen impię
Non tangenda rates transiliunt vada
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nephas.
Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Post ignem ętherea domo
Subductum macies & noua febrium
Terris incubuit cohors:
Semotiq prius tarda necessitas
Leti corripuit gradum.
Expertus vacuum Dędalus aera
Pennis non homini datis.
Perrupit Acheronta herculeus labor.
Nil mortalibus arduum est:
Cęlum ipsum petimus stulticia: neq
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

Nequicq deus &c. Ex temeritate nauigandi progredit ad reliquos hoim ausus temerarios. Non em cõtenti sunt grassari p

Nequicq deus abscidit. ac si diceret: nunqd sine ratione separatũ est mare terris cum illd elementũ periculis, hoc voluptatibus plenũ sit. Abscidit autẽ separauit. Prudens. prouidens. Non tangẽda, periculosa nauigijs. non deberet vada accusari, cũ nauis ipsa nec fieri: nec vsui esse debuerit, hoc est tãgi. Nam & Virg. Illiditq vadis atq aggere cingit harenę. ideo.n. vada dicta sũt q breuitate sua vadari hoc est ambulari possint. Audax.i.merito oĩa patiẽs lucri cupiditate. Iapeti.g.patronymicum est, Prometheũ dicit filium Iapeti, qui dũ ignẽ superis furatus esset: numinũ indignatiõe febres hoibus datę sunt velut calor quẽ desiderarunt. Subductũ. subreptum furatũ. Terris in.c.institit: vt nõ in suo elemento quieti viuerent qui aliena tentassent Cohors. ac si diceret, multa genera morborũ ad vindictã temeritatis terris immissa sunt. Semotiq.p.tarde venietis. Tarda.n.dicit propter necessitatẽ febriũ accelerãtẽ mortẽ: quę tardior hoibus fuerat cõstituta. Corripuit.g. accelerauit periculũ inuento nouo exitio. vt Corripuere viã interea, qua semita mõstrat. Vacuũ. apertũ. qd nõ experiẽdi hoibus causa fuerat. Virg. Lã.v.l.c.s.& alibi. Pręperibus pẽnis ausus se credere cęlo. Nil.m.ar.est nil difficile ẽ. Cęlũ ipm. qd solũ sibi exceperãt numina, quasi & ipsum possit hũana vis attingere: nisi fulmina cõercerent. Petimus. optamus: exposcimus. vt Vir. Tartareũ ille manu.c.in.v.p. Neq.p.n.p.f.i.i.p.f.nõ patimur illũ quiescere: nã quidã gigantes conati

ACR. Vada.

sunt ipsum cælũ ad solum deducere. Vir. Et coniuratos cælum rescindere fratres.

POR. Nequicq deus abscidit prudens oceano dissociabili terras. Prospexerat iquit natura hominibus: vt terræ: quibus sine periculo vtimur: a mari discerneretur. sed hoc frustra cũ iã audeat humana temeritas etiã mari se cõmittere. Audax Iapeti genus. Prometheũ signat de quo nota fabula. s. ignem eũ furtim a cælo hominibus attulisse & inuexisse terris multas calamitates. Post ignẽ ætherea domo sub. Hesiodus ait: cum ignis e cælo furto Promethei subductus esset: pandorã immissam terris poenæ causa. Nam per eam mulierem patefacto dolio erupisse oĩm pestiũ genera quibus hoĩes laborarent. secundũ eam opinionem hæc dicũtur.

ANT. Nequicq. Discreuerat deus ab oceano terras: quo tutius viuerent hoĩes: illorum tñ audacia mare etiã intrat: frustra igitur facta est ab elemento diuisio. Non tangẽda. periculosa. Propertius itẽ lib. iiij. ait de Peti naufragio. Ite rates curuæ: & leti quoq texite causas. Ista per humanas mors venit acta manus. Terra parũ fuerat: fatis adiecimus vndas. Fortunæ miseras auximus arte vias. Attu sẽue aquilo nũq mea vela videbis. Ante fores dñæ condar oportet iners. Audax oĩa perpeti. hoim audaciam carpit ruũt enim per vetita lucri causa. Iapeti genus. periphrasis est Promethei. Nã quũ

Promethei ignis Iupiter iratus quidẽ mortalibus ignẽ eripuisset, Prometheus restituere cogitãs ceteris remotis deuenit ad Iouis ignẽ: quo diminuto & in ferulam cõiecto hoĩes postea vsi sunt. de quibus hęc & plura hyginus. Re autẽ vera Prometheus docuit ignẽ ferula asseruare vt Pli. scri. lib. viij. Et diodorus lib. vi. ait: ex Iapeto Prometheũ natum quem: nonnulli tradunt ignem ab dijs furto sublatũ hoibus dedisse. Prius tarda longius eẽ antea viuebant hoĩes. Corripuit. accelerauit: ꝑpter maciem videlicet & morbos: qđ autem Horatius scribit Hesiodi est. Dedal⁹. i. sa Pasiphae

Dedalus absconditus: quũ nauibus nullo modo euadere Minois irã posset: sibi ac filio Icaro fabricauit alas. De quo quidem multa Diodorus li. vi. Et Naso li. ij. de arte. Eos autem vo

Icarus lasse fictũ est. Nam teste Pli. lib. vij. vela Ica

Aeolus rus: malũ & antenam Dedalus inuenit. At

Acheron Diodorus lib. vi. scribit Aeolũ docuisse nautas velis vti. Acherõta & c. est Acheron fluuius in calabria intus in peninsula quadã iuxta Consentiã: a quo oppidani Acherontini vt Pli. li. iij. scribit. Poetę inferorũ fluuiũ esse dicunt: cœno turbidũ & estuantẽ: & in Cocytũ arenam eructantem: quæ flumina charon horrendus portior terribili squalore seruat: conto cymbã subigẽs: qua mortuorum animas in alteram ripã transfert: qua etiam Theseũ & Perithoũ, postea Herculẽ: viuos quidem transtulit territus. Strab. li. viij. scribit q Acheron amnis fluẽs prope Pylũ vrbem Achaiæ alpheũ intrat: acherontiq propter inferorũ proprietatẽ inditũ est vocabulũ: qm̃ ea mora Ceteris & ꝓserpinę ac plutonis templa magno in honore sunt. Hercu

Cerber⁹ leus labor. Herculi enim ab Eurystheo præceptũ est: vt ab inferis Cerberũ ad superos educeret. Vbi thesea ex viculis cũ perithoo solutũ fauente sorore proserpina superis restituit. Cerberũ insuꝑ vinctũ ad hoim conspectũ deduxit. auctor est Diodorus lib. vi. Et Virg. lib. vi. ait. Tartareũ ille manu custodem in vincla petiuit Ipsius a solio regis: tra-

Hercules. xitq trementẽ. Libro autem quinto Iliados Homerus scribit Herculẽ tunc Plutonẽ etiã vulnerasse in Homero: quẽ & mactasset: si dij necẽ paterentur. Arduũ. difficilẽ. Cælum terras: quia deus terrã dedit filijs hominũ: verum & maria trãsiliunt: nec illis cõtenti: Dedalus cũ filio aera tẽtauit volando: & Prometheus ignem surripiendo: sed neq his elementis cõtinenti: Hercules inferrium spoliauit: & nos cælum ipsum petimus stultitia: quia temerario ausu gigantes Iouem e cælo ꝓpellere conati sunt. vnde petere fere in malam partem accipitur: & propter hos ausus immissæ sunt mortalibus variæ pestes: & physica ratione & anagogica. Physica quidem ratione quia postq igne sceepta est; fieri varia decoctio cœperunt & morbi. Anagogica autem: quia deus iratus peccatis nostris varias demittit pœnas. Quicquid eñ patimur peccata nostra meruerunt: & quia per nostrum scelus non patimur iracunda Iouem ponere fulmina: ideo tacite monet si volumus habere finem malorum imponamus & modum culpæ vnde mala proueniunt: atq ita plurimum reipublicæ conducit cohortans ad bonos mores. Fabulam Promethei latius prosequitur Landinus q Mãcinellus. vnde quia sæpe occurrit: volui eam hisannexam. dicit ergo sic. Fuit Prometheus filius Iapeti regis Thessaliæ ex Asia puella: a qua tertia orbis pars asia nominata est. Hunc dicunt auxilio Mineruæ cælum ascendisse: & ferula ad currum solis apposita ignem subripuisse: & in terras detulisse: & simulacrũ: quod ex limo finxerat: illo animasse. Hinc Oui. de terra loquens. Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus vndis Finxerit in effigiem moderantum cuncta deorum. Volunt autem nonulli huic homini sic formato Pandoram nomen fuisse. At Hesiodus fuisse pandoram nomen puellæ quæ deorum dona portauit: de qua paulo infra. Irati igitur dij propter huiuscemodi furtum Prometheum per Mercurium in Caucaso mõte vt eius iecur ab aquila siue vulture corroderetur: deligãdum curarunt. Hoc fabulę. Ex historia autem referunt hunc relicto fratri Epimetheo regno in Assyriam abysse: Chaldeorũq disciplinam didicisse. Sed post hęc in caucasi vertice diu moratus propter liberum cæli prospectum, astrorum cursus obseruare potuit. Et cum fulminum rerumq plurimarum naturam causasq cognouisset: ad assyrios reuersus illos astrologiam & fulminum vim docuit: & quos omnino ignorabant ciuilibus moribus instituit. Quæ res occasionem fabulæ præbuit: vt hominem ex luto compositum viuificaret. nec aliud sibi vult q eius iecur ab aquila corroderetur: nisi vt notentur diuturnæ curæ circa res altas contemplandas. Vir omnino insignis ab Augustino habetur. Vixitq regnante Argo. Lactãtius scribit illum primum e terra humanum simulacrum finxisse. Plini. primum ex silice ignem excudisse, & ferula seruandum docuisse. Addunt præterea deos Pandoram cũ vase misisse: in quo ĩclusi essent omnes morbi: sed illud Prometheus fraudem præuidens non recepit: Subdola autem puella iterũ absente Prometheo redijt: fratriq Epimetheo obtulit. Accepit stultus aperuitq: vnde omnes statim morbi euolarunt præter spem quæ fundo vasis adhæsit. Quod idcirco fingitur: quia nullum q̃uis in extrema miseria constitutus sit: vnq̃ deserit spes. Longaq inter doctos viros disputatio fuit mali plus an boni mortalibus spes afferat. vnde illi nomen Epimetheus, id est cui consilium non nisi post rem fuerit. nam Prometheus eum significat: qui ante rem bene cõsulere poss. t. Hæc ille. Ordo autem est. Deus prudens, id est quis prudens, id est prouidens & æterna prouidẽtia cuncta prognosces: abscidit, id est dissecuit & segregauit nequicq, id est frustra: terras: quia & aridam fecerũt manus eius: & Gene. primo dixit deus. Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt in locum vnum & appareat arida. Quæ ideo cito, non q ea viderit poeta: sed vt ostendam poetica sæpe cum sanctis literis conuenire. Quæras autem si deus prudens quomodo nequicq aridam fecerit. At ego rursus: si prudens quomodo dixerit pœnitet me fecisse hominem. Sed certum est deum & naturam nihil facere frustra: nec omnipotentem & omnia prędicentem quauis duci pœnitentia: verum qui sciuit hominis trãsgressionem: non minus vetuit: quia secundum Augustinũ tãpotẽs est vt malo nostro vtat ad bonũ. Abscidit ergo nequicq quo ad effectum: quia nihilominus transiluerunt mortales: sed non nequicq quãtum ad doctrinam: per hoc enim docuit nos non debere transilire: noluit tamen cogere arbitrium vt iusta sit in transgressores animaduersio. Tunc autem pœnitentia duci dicitur quando nos meruimus vt ducatur: sicut & irasci sed hęc theologis relinquamus. Abscidit ergo oceano. i. magno mari: orbem terrarũ circũdanti: dissociabili. i. qđ dissociabile fecit. cum naturaliter terrę cohęreat & superficiem eius ꝓfundat si tamẽ. i. si nihilominus: rates. i. naues aut re uera rates: impiæ. i. contra institutum diuinum facientes amore lucri: trãsiliunt, id est temerarie sine cunctatione traducuntur, vada. s. marina: nõ

tangeda.i.que non debuerant a terrigenis tangi. Gens humana: audax pperti.i. ad finẽ vsq; pati: oia.s.dura & vetita: ruit p nefas vetitum scilicet a deo & lege humana. Genus.i.progenies, hoc est filius Iapeti.s.Prometheus: audax.i.temerarius: intulit gentibus, id est ad gentes: ignẽ scilicet æthereũ: fraude mala, id est nociua mortalibus: quia post ignẽ subductũ, id est furto subtractũ: domo ætherea, id est sphera elemẽtari ignis, aut curru solis seu Iouis vt fingitur: macies & noua, id est nõ prius visa cohors.i.multitudo, quasi vt cohors cõtra nos armata: febriũ.i.variorũ morborũ: incubuit, id est vt incubatrix & alienæ regionis occupatrix insiluit terris, id est in terrigenas: q; p et, necessitas tarda, id est quæ tarda tũc fuit leti.i.mortis: prius semoti, id est longe positi ab homine: quia hoies priusq; naturã per variam decoctionẽ obruerũt diu vixerãt: corripuit.i.celeriter arripuit, gradũ.i.iter aut ingressum ad hoies. Dedalus faber ille Atheniẽsis, expertus est.i.tentauit volãdo: aerem vacuũ.s.hoie.i.per quẽ nemo añ volauerat: pennis.i.alis nõ datis.i.non concessis a deo & natura: homini: qa homo ad laborẽ, auis ad volatũ nascit. Labor Herculeus.i.Hercules laboriosus perrupit.i.vi fregit & adijt acheronta.i.fluuiũ illum infernalẽ: quẽ trãsgressus cerberũ ad lucem traxit. Nil arduum.i.satis difficile est & inaccessibile: mortalibus.i.hominibus: qui quis mortales sunt, oia attẽtant: & conãtur. Nos petimus.i.inuadere conamur: stultitia.i.temerario ausu sicut gigãtes in fabulis: & babylonij in vera historia: cælũ ipsum scilicet quo nihil altius neq; magis inaccessibile, deorũ videlicet regnũ: ad qđ nemo potest venire nisi pater cælestis traxerit illũ. Est ergo emphasis in pronoie ipsum Neq;.i.& nõ patimur p id est pper nostrũ scelus: Iouẽ.i.deũ summũ ponere.i.deponere: fulmina iracũda.i.quæ sunt indicia iracũdiæ. Habet aũt Iupiter pro telo: fulmen trisulcum: triplicẽ eius potestatẽ significans. Estq; eius propriũ tonare: vñ theutones diem Iouis diem tonãtis vocant: & fulminare. vñ Pallas non suũ sed Iouis ignẽ iaculata dicitur Aenei.i. Ipsa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem. Vulcanus autem dicitur fabricare Ioui fulmina. qđ fingitur: quia Iupiter mediam regionem aeris significat: in qua tales (vt dicunt) impressiones generãtur: Pallas, summũ: Vulcanus infimum: imo ĩ antris sulphureis inclusum: quia nimirũ fulmini materiã sufficit. Pulchre autẽ qđ Iouis esset fulminibus dedit: dicẽs fulmina iracunda, quasi iouis iracũdi: & iracũdi: vt Landinus interpretatur, pro eo qđ irati. Nam iracũdus is dicitur quia natura ad iram procliuis est: etiã si tunc non moueatur ira. Iratus autẽ is est qui aliqua causa ira percitus est: etiã si natura nõ sit iracundus. Quæ elegãtiæ vere quidẽ sunt: sed nõ ab re videtur dixisse poeta fulmina iracũda. Sunt enim Ioui duplicia fulmina: quædã naturalia quæ amica sunt & aerẽ purgant: quædam vero ad vltionẽ parata. vnde Aenei. primo. Et fulmine terres. Et eiusdẽ libro quarto. Iuppiter omnipotẽs. & paulo post. An te genitor quũ fulmina torques, Nequicq; horremus: cæciq; in nubibus ignes Terrificãt aĩos & inania murmura miscẽt. &c. Vt ergo discrimen ponat fulminũ: dixit iracũda. & id potius q̃ irata. Quia enim, vt Aristoteles docet: cõsuetudo est altera natura: videtur per phãtasiam quãdam ipsa fulmina ex multa consuetudine per iram torquendi iracũda effecta. Quin adeo diuus Augustinus argutissime docet hominẽ per consuetudinẽ lõgã peccãdi reddi ĩbecilliorẽ ad resistẽdũ. Nã fellis agitatio frequẽs (q̃ in ira accidit) reddit ipsum auctius: qđ quo maius est: eo magis ad iram pcliue est: & frequẽs in coitu iecoris exulceratio & prurigo reddit ipsum ad venerẽ pnius. qđ de cæteris quoq; affectiõibus demõstrari põt: sed nos satis supq; philosophati sumus.

Iracũdus
Iratus.

Quarta Ode Dicolos Distrophos. Ad Sestium.

Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni:
Ducuntq; siccas machinæ carinas:
Ac neq; iam stabulis gaudet pecus: aut arator igni:
Nec prata canis albicant pruinis.
Iã Cytherea choros ducit Ven⁹ ĩminẽte luna
Iunctæq; nymphis gratiæ decentes
Alterno terrã quatiũt pede: dũ graues cyclopũ
Vulcanus ardens vrit officinas.
Nũc decet aut viridi nitidũ caput ĩpedire myrto:
Aut flore terræ quem ferunt solutæ.
Nũc & in vmbrosis fauno decet ĩmolare lucis:
Seu poscat agnã: siue malit hœdo.

Soluitur acris hyems. Quia varietas plurimũ ad ornatũ poematũ facit: inuitat hoc loco Sestiũ amicũ ad voluptatẽ non immemor pfessionis suæ: erat eñ epicureus: docetq; oia naturalia ipsum inuitare ad voluptatẽ: cũ sit verna tẽpestas. Præterea fortunã: cũ sit beatus.i.vt hic sentit bene.i.ampliter habẽs diuitias: alibi aũt seuerius dicet. Neue putes alium sapiente bonoq; beatũ. Et etatẽ, cũ sit iã in etatis flore qui cito periturus est, vñ monet vt dũ datur, voluptate fruatur. Ordo est. Hyems id est tẽpestas hyemalis.i.pluuiosa & frigida, qualis ẽ hiberno tẽpore: acris.s. hactenus: soluitur.i.dissoluitur, nunc vice.i.vicissitudine: grata, id ẽ vtili & accepta mortalibus. veris.i.verni tẽporis: qđ hyemẽ premit: & fauoni p fauonij.i.zephyri: quo flãte putris se gleba resoluit. Machinæ id est ĩstrumẽta nautica trahunt: aut vt Bonfini placet: ducũt quasi volentes.s.in mare: carinas.i.naues: a parte totũ, siccas: quia ĩ littus propter intermissam nauigationẽ subductas. Ac neq; pecus.s.ouile, gaudet iã,

ACR.

Soluitur acris hyems. Metrũ qđ Phaleciũ dr, siue Archilochiũ. quia freqũter vsus est Archilochus. cõstat prior versus ex pte heroicis q̃ dr bucolice, qa necesse ẽ vt quartus sit dactylus: & tribus trochæis terminat. ita Soluit. acris hy. ems gra. ta vi ce. veris. & fauo. ni. seqũẽs v͡sus trimeter iãbicus catalecticus est: cui vna syllaba deest ita. Trahunt. q; sic. cas ma. chinæ. cari. nas. q si dixeris carinulas, erit integer trimeter. Et aliter: primus versus cõstat ex quatuor pedib⁹ heroicis: & tribus trochæis. secũdus Archilochius dicitur. & constat ex pentemimeri iambica & tribus trochæis ita. trahunt. q; sic. cas machi. næ ca. rinas. Soluitur. mollescit. Acris. nomẽ est neutrale a masculino genere ab eo qđ est acer. vnde etiam in masculino genere in is desinit. ideo cõmune & oĩe nomẽ facit. vt Acris hyems: & acris sinapi. Trahũtq;.s.de naualibus aut p reparatiõe aut pro hyemẽ subductas, competenti tẽpore ad nauigationẽ in maria reuocãt. Arator. mutari vsum etiã vitæ dicit mutatiõne tẽporis. Virgi. Ante focũ si frigus erit si messis in vmbra. Canis scandentibus. Iam cytherea. c.d. clemẽtia temporis dicit etiã animos inuitari ad ludũ: ita vt noctem saltationibus vacent voluptate faciẽte. Imminente. appropinquãte. Iũctæq; nymphis. per nymphas mulieres intelligi voluit: p gratias virgines. ista.n. tãq̃ epicureus exponit: suadens voluptuose viuẽdum pro fragilitate vitæ: nec prætermittendam venere ardẽte lætitiam. Alterno terrã quatiũt pede. p sono cantilenæ ad rhythmũ pede feriẽti. Grauis. p opis labore. Nitidũ caput. vnguẽtis delibutum. Impedire. coronare. Terræ quẽ ferũt solutæ, solutas terras dixit liberas: hoc est incultas. Nam Virg. dum de agricultura loqueret ait. Exercetq; frequẽs tellurẽ: atq; imperat ar

tuis. Idē. Inculto iniussa virescūt Gramina. potest & soluta terra aperto iā vere illi intelligi.nā pro tēporibus & patescit & clauditur. Virg. Vere tumēt terræ. & de hyeme. Rura gelu tunc claudit hyems. Nunc & in vmbrosis. quasi expleto anno, nouo redeun te reddēda sunt vota dijs agrestibus.

POR. Soluitur acris hyems grata vice veris & fauoni. Hæc Ode ad P. Sextium consularem scribitur: quasi describēs verni temporis gratiam cohortatur ad lætiorem īdulgentioreq; vitam, admonens mortem æqualiter omnibus imminere. Grata vice veris & fauoni. Fauonium vētum: qui Zephyrus græce appellatur: veris tempore incipere flare Virg. testis est: qui sic ait. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur: & Zephyro putris se gleba resoluit. Terræ solutæ. vtrum liberæ & cultui non inseruientes intelligendū: vt prata significare videatur: an temperiæ & æstu veris solutæ: quæ paulo ante frigore hyemis strictæ erant. Sic & Vir. illud. Et Zephiro. p. se. g. r. Nūc & ī. v. f. d. i. l. l. Sic & Vir. veris tēpus aptum rusticis ad sacrificandū dicit. quia tunc somni dulces: & m. vina. Seu. p. a. Attēde fœ. ge. agnā maluisse dicere q̄ agnū. secundū illud Virg. Et cæsa. i. f. p. Nescio quō em̄ quædam elocutiones per fœ. ge. gratiores fiunt.

id est amplius stabulis: quia in Aprilis ad pascua emittunt cum matribus agni: aut arator nō gaudet amplius igni: vt in Ianuario: est enim arandum tempore calido. vnde Maro. Nudus ara sere nudus: hyems ignaua colonis. Nec prata albicant. i. sūt alba pruinis canis id est subcandidis. Venus Cytherea, id est quę in Cytheris colitur: ducit iam choros puellarum luna imminē te. i. paulo ante noctem. quę humida & ita frigida est. Et gratię id est charites decētes: quia nihil decētijs Gratijs gratū & decē tē facientibus: vnde decēter sunt in comitatu Veneris: vt Cupido & Iocus eius filij: nam nisi ioci & gestus sint grati non erit Cupido: nec sine cupidine Ven⁹. Vnde fatetur Cupidinē vires suas ęnei. i. dicēs. Nate meæ vires mea magna potētia &c. iūctæ. i. associatę: nymphis. s. reliquis. vnde. iij. carminū. Gratia cū nymphis geminisq; sororibus audet Ducere nuda choros. quatiunt: scilicet saltando & tripudiādo: terram pede alterno, id est secundū rhythmū & legem saltandi alternatim posito: dum Vulcanus ardens, vrit. i. vrget fulmine graues, id est laboriosas: officinas, id est fabricas: vbi operantur, cyclopum, id est ministrorum suorum: qui cyclopes in sicilia sunt vt Mācinellus docet. Decet nunc impedire, id est ligare aut vincire: caput. s. tuum O Sesti: nitidum. i. vnguento delibutum: aut myrto viridi, id est florēti: quia odorifera est & ī tutela Veneris aut flore: scilicet viola, quem florem: terræ solutæ: scilicet iam primum per Zephyrum, ferunt. i. producunt: vnde vulgo violas Martias vocant. Et decet nunc immolare in lucis. i. syluis in cæduis: Fauno, id est deo illi latinorum in syluis responsa dare solito: seu, id est siue poscat scilicet rem diuinam aut sacrificium sibi fieri agna. i. per agnā mactatam: siue malit, id est magis velit: hœdo, id est fœtu caprino.

Argumentum Odes Quartę.

ANT. Quarta Ode Sestium virum cōsularem ad voluptatem hortatur. Dicit em̄ veris aduentu & fauonij hyemem cedere: nauesq; ęquor repetere nauigandi gratia: pecora exire stabulis: prata carere pruinis: Venerem imminente luna nympharum gratiarumq; chorum ducere: illasq; simul ludere dum Vulcanus in antro cyclopas fatigat. Nunc itaq; ait decere myrto vel floribus ornare caput: Faunoq; & ruricolis dijs honorē præbere: vel agna vel hœdis. Mors enim æque pauperū & diuitum domos adit: vitæq; breuitas prohibet nos diu sperare. Quocirca in inferos subiens, ibi conuiuijs vacare non poterit: nec tenerum Lucidam puerum suū mirabitur. Soluitur acris hyems. Ode est dicolos distrophos. Constat enim versu Phalecio siue archilochio. fit primus ex quatuor pedibus heroicis: & tribus trochęis. Quartus autem pes Dactylus est semper finiens partē orationis more bucolici versus. secundus vero hendecasyllabus est: constans ex duobus iambis: sed spōdeo frequentius & iambo, pēte mimeriq;, & tribus trochęis. Soluitur. resoluitur: mollescit: laxatur. nam pri⁹ astricta fuerat frigorum causa. Vnde & Virgilius libro secundo Geor. de vere ait. Zephyriq; tepētibus auris Laxant arua sinus. Grata vice. omnium rerum vicissitudo est, ait comicus. Ver autem hyemi succedens est gratissimum. Nam hyems humida pariter & frigida est. Ver autem calidum & humectum. Aestas sicca & calida. Autumnus siccus & frigidus: vt Macrobius lib. vij. scribit veris & Fauoni. pro Fauonij. Ver autē incipit secundum Varronem lib. i. de re rust. vij. Idus Februarij. quo etiā die: vt Columella refert: Fauonius spirare incipit. Et teste Pli. lib. ij. graece Zephyrus dicitur: qui ab occasu ęquinoctiali flat: tepidus quidem & siccus aperiens terras: tenui frigore, saluber. De quo etiam latius lib. xviij. tractauit. Trahunt. in mare. s. nauigandi gratia fugata hyeme. Machinæ. Machina dicit conatus: cogitatio: inuentio. μηχανάομαι excogito machinor. Carinas. est carina pars vltima nauis. Ouidius libro. iiij. de ponto. Dum mea puppis erat valida fundata carina: Qui mecum velles currere primus eras. Pruinis. pruina: vt Plinius scribit libro. ij. ex rore gelido gignitur. Est enim matutino tēpore roris gelidi aqua congelata. Dicta autem: vt Festus ait: φ fruges ac virgulta perurat. Cytherea. Venus a Cytheris vrbe, in qua enutrita fuit teste Hesiodo. Strabo li. viij. scribit: Cythera insulam esse in laconico sinu cū vrbe eiusdē nois: commodis instructa portubus. Idē quoq; li. iij. ait Cythera insulam esse in mari myrtoo. Eandem vero nos esse putemus: sunt enim loca illa inter se proxima. Plinius item libr. iiij. capitu. xij. scribit in laconico sinu esse Cythera. Choros ducit. veris tempore animalia cuncta in concupiscētiam inclinantur: nec solum bruta: sed etiam mulieres: quarum complexio vt plurimū frigida est & humida: sed agente veris tēpore in calorem & Venerem acrius excitantur. Imminente. instante: aduentante: apparente. Gratiæ. harum nomina tria sunt. Pasithea: Aglaia: Euphrosyne: Iouis filiæ Venerisq; famulæ: qđ Lactantius scribit lib. ij. Theb. ibi. Non hoc Pasithea blandarum prima sororum. Ab Orpheo in hymnis nominantur Aglaia: Thalia: Euphrosynæ, quæ aliquibus Pasithea etiam dicitur. ἀγλαΐα demum splendor dicitur & lætitia: ἀγλαὸς splendidus, clarus ἀγλαΐζω splendeo, ornor. ἀγλαΐζω honoro. εὐφροσύνη lætitia, εὔφρων lætus εὐφραίνω lætifico. εὐφραίνομαι lætor. θαλία conuiuiū, sertū: festiuitas. Pasithea omnis seu tota dea. πᾶσα enim omn[...] dicitur. θεὰ vero dea. Etheocles autem Orchomeniorum rex primus gratiarum templum extruxit, vt docet Strabo libro nono. Est autem Orchomenos prope Bœotiam teste eodem. Mela & Plinius libro quarto scribunt esse in Arcadia. Idemq; Plinius docet Orchomenum amnem esse in Thessalia. Dicunt alij Gratias nudas incedere quia sine fuco esse debent. dicunt & simul connexas, quia insolubiles esse gratias decet. Sed vna auersa incedere, aliæ duæ nos respicere dicuntur, quoniam perfecta ab nobis gratia, duplex reuerti solet. Homer⁹ libro quinto Iliados scribit Gratias elaborasse veneri Ambrosium peplum, quod ab Diomede vulnerata reliquit grauiter concussa dolore. Graues, id est molestas ob operis laborem. Vulcanus. Diodorus in principio scribit Vulcanum ignis inuentorē fuisse apud Aegyptios vbi primus regnauit. In sexto vero volumine ait Vulcanum ferri, æris, auri, argenti, & omnium quæ igne fabricantur, artem inuenisse, eamq; cæteros docuisse, quapropter harum rerum opifices omnes vota sacraq; huic deo maxima facientes, ignem in æternam memoriam suscepti beneficij Vulcanum vocant. Eum poetæ Veneris maritum dixere, quod quidem fictum puto, quia sine calore Venus ipsa languet. Dixere item in antro sub æolijs insulis manentem habere officinas, & cyclopas ei obsequentes, fabrumq; Iouis esse, quod fictum est, quia loca illa igne plenissima sunt, sine quo nihil artificiosum fieri posset, nec metalli genus vllum fundi extendiq; valeret. Cyclopum. Brontes, Steropes, & Pyracmon Cyclopes insignes fuere, hos autem artificiosos fuisse homines constat, quos Vulcano ignis deo attributos sub eo Iouis conficere fulmina voluē

Hyems. Ver. Aestas. Autūn⁹. Veris initium. Fauoni⁹. Zephyrus. Machina Carina. Pruina. Cythera Aialium genus. Gratiarū nomina. Aglaia. Euphrosyne. Thalia. Pasithea Orchomenos. Gratiarū habitus. Vulcan⁹ Cyclopes. Brōtes. Steropes Pyracmon.

De ijs Maro libro octauo inquit. Brontesq; Steropesq;, & nudus membra Pyracmon. βροντη tonitru dicitur. βροντάω tono. στεροπη fulgur. αστραπη coruscatio dicitur. αστραπτω fulguro. Pyragmon quasi ignitanicus. πυρ enim ignis dicitur, ακμων incus. Dicti autem Cyclopes a κυκλος quod est orbis circulusve. & ωπς oculus: quasi circularis oculus, vnicū em̄ i frōte maximū habuisse dicūtur. Officinas. est officina vbi opera fiunt. Taberna vero vbi venduntur. Myrto. id ait ad voluptatem. Veneri enim dicata est Myrtus, q̄ odorifera est. & Venus odoribus oblectatur. Semen eius odorem oris cōmendat vel pridie cōmāducatum vt scribit Plini. Myrtea autem corona ouantes coronabantur, vt scribit Gellius, ac idē Plinius. Ouidius vero de Myrto Veneris ita inquit lib. iiij. Fast. Litore siccabat sudantes rore capillos. Viderunt satyri turba proterua deā. Sensit: & opposita texit sua tēpora Myrto. Tuta fuit facto, vosq; referre iubet. Soluteq; mollificatæ, & resolutæ fauonio. Nunc & in vmbrosis. Virg. ēt lib. i. ge. imminente vere sic ait, In primis venerare deos: atq; annua magnæ Sacra refer cereri, lætis operatus in hærbis Extremæ sub casu hyemis, iā vere sereno. Tūc agni pīgues, & tūc mollissia vina. Tū sōni dulces: densæq; in montibus vmbræ. Nitidū vnguento sparsū. Fauno. Fauni dicti sunt a fando. i. vaticinādo. Vn̄ & fatuoss dicimus icōsiderate loquētes. Traditū ῾ō est, in syluestribus locis fati solitos, vt scribit Varro. Erant q̄ latinorū dij.

Officina
Taberna
Myrtus, cur veneris.
Fauni.
ACR.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperū tabernas
Regumq; turres: o beate Sexti.
Vitæ sūma breuis spem nos vetat ichoare lōgā
Iam te premet nox: fabuleq; inanes:
Et domus exillis Plutonia: quo simul mearis
Nec regna vini sortiere talis
Nec tenerū Lycidā mirabere quo calet iuuētꝰ
Nunc omnis: & mox virgines tepebunt.

¶ Pallida mors. vt præsenti voluptate tātisper dum licet fruatur admonet eū mortis instātis. quę vetat extēdere spē in res longe post futuras. Vbi annotādū & eos qui voluptatē vitādam & qui amplexādā prędicāt, mortis meminisse. Illos quidē, vt nō ametur r q̄ tā cito trāsitura. & tā longā pœnitudinem paritura est, hos ῾ō vt nō patiātur tā breuē conditionē e manibꝰ elabi. Sed ad ordinē reuertamur. O Sesti beate. i. bene habens quę ad felicitatē presentis vitæ faciāt. Mors pallida, ab effectu, q̄a pallidos facit exangues, pulsat æquo. idest ęquali pede, q̄d speciose dictū est. quasi oīa cōtineat sub pedibus suis & conculcet q̄ velit, tabernas pauperū. i. tuguria cōfecta ex tabulis i q̄bus reculsas suas venundāt: & turres. i. magnificas & turritas ędes regū. i. prędiuitum. Et ita sūma. i. sūmus numerus dierū, hoc est periodus & terminus qui præteriri non potest, vitæ breuis scilicet omnibus, quia vt dicit poeta, Breue & irreuocabile tēpus Omibus est vitæ. Et Iob. Homo natus de muliere breui viuens tempore. &c. vetat nos inchoare spē lōgam, id est rei diu duraturæ aut diu expectādæ. Nox, idest caligo mortis, iam, idest propediem, premet, idest opprimet te: & fabulæ inanes. i. quæ sunt de rebus incognitis, & multorum iudicio vanis & inanibus: vtpote de inferis, de quibus Iuuenalis. esse aliquos manes & subterranea regna &c. Nec pueri credunt. &c. quæ sententia congruit poetę epicureo: licet non homini catholico, eaq; probat & ingeniose excogitauit Bōsinis annot. viij. Alij legūt & fabulæ & manes, hoc est cōmutaberis iter manes, hoc est iferos, de quibꝰ multa fabulāturpoetę. Legēdū esset aūt manesq;, quia q; vult i fine poni: & absūltur p sequēs, vt sit manesq;. sed legā inanes. & domus exilis i. obstructa & modica respectu huius mūdi, plutonia. i. ipsius plutōis: supple pmet iā te. simul suple: ac. i. imediate postq̄ mearis p meaueris, hoc est migraueris, nec sortiere. i. p sorte & talorū iactū acquires, regna, vini. i. aut primas partes in bibēdo aut potius officiū modiperatoris & regis i cōuiuio de qua re sic disserit cęlius li. xv. ca. vi. Inoleuerat & græcis mos aliꝰ vt talis sortiretur: q cōuiuio p̄sidens, leges decūbētibꝰ diceret, q̄ vocabātur Nomi hic ῾ō testionio Varronis Modiperator latine nūcupatur, veluti modū bibēdi p̄scriberet. Rex ēt dr̄ Macrobio, arbitror quia græci βασιλια appellant Orat. Nec regna. v. s. t. hæc ille talis. i. per talos, vnde p diminutionē dicimꝰ taxillos, nec mirabere lycidā puerū illū tenerū. Maro tñ dicit curę nō ipā i morte reliquūt, verū ille tristes sūt curæ q̄ hic stultis amatoribus dulces. q̄ puero, id ē cuius amore oīs iuuētus. i. tota multitudo iuuenū, calet. i. ardet nūc. & virgines, cū ipse pubescet tepebūt. i. tepidius iflāmabuntur, q̄a frigidior ē mulier q̄ mas, mox. i. paulopost: cū iā q̄ patitur facere poterit. Speciose ergo rem minus speciosam immo summopere detestādā cōmemorat, vitio nimirū illius seculi & religionis minus castæ. Notabūt aūt grāmaticę studiosi, q̄rū ergo hācoperā nauamus, apud idoneos perq̄ raro iuuenē de puella dici, aut v̄ginē de puero verū de fœmella bñ iuuēculā legimus. q̄ v̄go eo q̄ vigeat & vireat p ętatē dr̄, ēt si casta nō sit. vnde de Pasiphæ iā triū aut pluriū matre dr̄ in bucolicis, Ah virgo infelix q̄ te demētia cepit.

¶ Pallida mors. epitheton mortis quæ pallidos facit, Regūq; turres. pro altioribus domibus posuit, vt tabernas pro humillioribus ¶ Vitæ summa. supputatio. pro breuiū annorū nūero posuit. vt Virgilius. Sed fugit iterea fugit irreparabile tēpus. Fabulæq; & manes. dij boni dicebātur. vn̄ & mane tractū putatur. aut certe sōnus potius. Manes. inferi, qui sūt fabulosi. vnde Virg. Perq; domos ditis vacuas & inania regna. Nec regna vini. s. t. nō accipies per sorte regna. vini Tenerū delicatū. Lycidā. puerū a te stupratum. Quo. c. quē impatiēter amat. Tepebūt ardebunt vel amabunt,

¶ Pallida. m. æ. p. p. p. t. per tabernas vulgares domos signat. per turres, altiores. Nec regna. v. s. t. hoc ad magisteria cōuiuiorū ptinet, q̄ talorū iactibus sortiri solitos & Plau. significat in captiuis. Item in asinaria.

¶ Aequo pulsat pede. Ideq; quoq; Horatius Satyra. vi. ait. Neq; vlla est Aut magno aut paruo leti fuga, quo bene circa Dū licet i rebus iucundis viue beatus: Viue memor q̄ sis æui breuis. Beate Sesti, beatꝰ dr̄ q multa habens sine malo aliquo degit. Vt Cicero in tus. scribit. Nos vero latius i nostro carmine de floribus. Nox. mors ipsa tenebrosa. Fabulę. illa q̄ de inferis fabulātur poetæ. seu sic & manes appositio fabulæ. i. de q̄bꝰ poetæ fabulātur. Manes dij inferi itelligūtur hoc loco. de quibus latius in iuuenale iam diximus ibi. s. Esse aliquos manes, & subterranea regna, &c. Et domus exilis pluto nia. Virgiliꝰ itē ait, perq; domos ditis vacuas & inania regna. Cicero aūt in li. de na. d. scribit q̄ terrena vis omnis atq; natura Diti p̄ri dedicata ē q̄ dictꝰ ē apud grecos Plutō. q̄a & recidant oīa i terras, & oriatur e terris πλουτος aūt diuitias significat. πλουσιος diues dr̄. πλουτεω ditor. πλουτιζω. dito. Diodorus p̄terea li. vi. scribit Plutonē sepulchrorū funerumq; atq; donorū q̄ mortuis impēdūtur, vsus introduxisse, cū antea nulla earū rerū apud homines esset consuetudo, quæ causa extitit vt vita fūctis dn̄ari extiaretur. Regna vini. talorū iactu & sorte bibebāt victores. s. lycidā. allusio est ad Lycidā puerū i bucoli. Maronis. & theocriti. qui de illo ęgloga. vn̄ ait, O dulcis lycida calamis emittere doctis Et cōflare nouos magna dulcedine cātus diceris, ac te nō alter p̄stātior ore Vocibus & numeris messores inter & ipsos Pastores tenero qui tangūt sidera cantu. Versibus ipse tuis nimium delector amice.

POR.
ANTO
Beatus
Pluto.
Lycidas
Iuuenis virgo.

Quinta Ode Tricolos Tętrastrophos. In Pyrrham meretricem.

Vis multa gracilis te puer in rosa
Q Perfusus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha sub antro?
Cui flauam religas comam
Symplex mundicijs? heu quoties fidem
Mutatosq́ deos flebit: & aspera
Nigris ęquora ventis
Emirabitur insolens:
Qui nunc te fruitur credulus aurea:
Qui semper vacuam: semper amabilem
Sperat: nescius auræ
Fallacis. miseri quibus
Intentata nites. me tabula sacer
Votiua parięs indicat humida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris deo.

ACR.



Vis multa. metrum duobus ṽsibus asclepiadeū. tertius pherecratius, q cōstat spōdeo, dactylo & spōdeo, ita. grato. pyrrha sub ātro, quartus glyconicus, q cōstat spōdeo: & duobus dactylis, ita, Cui fla, uā reli, gas comā. Quis multa. pcōtat pyrrhā, cū qua oli cōsueuerat, quo amatore nūc fruatur iuuene, & mūditias eius vel blāditias laudat, sed quadā adhuc amātis iuidia, cū se dicat veluti cū dolore eius illecebras qbus capit ignauorū adolescētiū aīos, tāq̄ naufragiū euasisse p dāna. gracilis. delectās, tenuis. vñ & vmbræ ibāt tenues. Perfusus liqdis vrget odoribus. pfluxu seminali. i. coitu & libidine.
¶Sub antro, ꝙ & loci grā & vnguētoruꝫ iuuetur. nā ī ātris pstare cōsueuerīt vñ & fornices dicti. Cui flauā religas comā. cui comeris. Simplex mūditijs, siplicē mūditijs dicit, aīo factiosā mutatosq́ deos. sibi iratos cū permiserint illū in foueā cadere meretriciā Flebit. vt mutatā felicitatē suā dū quæritur ipsa in nigredine nudet amatorē. hoc aūt iuxta opinionē hoīm dixit, q iratis, aut propitijs dijs lucra siue dispēdia sua applicāt: vt Lucanus. O faciles dare summa. d. e. q. t. difficiles. Et. a. n. e. v. bñ. allegoricos aspera ęquora & aurā fallacē meretricē vocauit, hoc est incōstantē, nā dū blandiendo insipiētē trahit, captū crudeliter nudat, incōstātiæ maris similis. vnde Vir. Me ne huic. c. m. & . t. d. f. f. Idē de pfidia mulierū. Eya age. r. m. v. & m. f. fœmia. Insolēs, nō cōsuetus & īexptus amorē meretricū. Aureā pulchram aut certe diuitē siue siplicē significat. Vacuā. sibi vacantē. sine dolo alijs cōtēptis suo amori deseruientē. Auræ mutabilis fœminæ. Miseri, mira varietate. dicendo. n. eos miseros quibus fulgebat ītētata: quasi beatū se pfitetur q iā ab ea euasit: sicut ī sequētibus dicit. me. tabula. ac si diceret, adhuc non pbata ignorāti nites & places. paries metaphora a naufragis, q euadētes pictas cladibus suis tabulas pferūt, & cū qbus euaserīt vestibus eas ad Neptuni tēplum suspendunt. vt Iuue. Et picta se tempestate tuetur. & Virg. Seruati ex vndis vbi figere dona solebant. hoc p allegoriam ostendit post nuditatem suam a meretricis se amore liberatū. Vuida, madida. madidus autem extrinsecus, vuidus intrīsecus, Deo. Neptuno melius.

Madidus Vuidus,

¶Quis multa gracilis te puer in rosa perfusus liquidis vrget odoribus. Pyrrham meretricem alloqtur, cuius calliditatē ignorans ait se quoq́ in amorē eius implicitū susceptis votis tandē euasisse. Gracilē: pro tenero posuit. Teneri autem adhuc graciles solent esse & puellæ & adolescentes. Heu quotiens fidē mutatosq́ deos flebit. per allegoriā hæc dicuntur, quibus signat tempestatum modo mobiles esse meretricis huius blanditias. Miseri quibus intentata. Miseros eos ait quibus ignota & inexperta sit huius meretricis fraudulentia. se autem more eorum qui euaserūt maris pericula, vota soluisse, ꝙ amore huius liberatus sit. videmus autem hodie q̄q́ pingere in tabulis quosdam casus quos in mari passi sint: atq́ in phanis marinorum deorum ponere. Sunt etiam q vestem quoq́ ibi suspendunt dijs eam consecrantes. Me tabula sacer votiua paries. per tabulam votiuam indicat maris potenti deo vestimenta suspendisse.

POR

¶Quis multa, Graphice admodum atq́ diserte in se depīgit poeta minas & imprecationes misere amantiū, vbi ab amica alio recepto exclusi sunt. Nā qđ ipsi passi sunt, alios itidē passuros causantur, se vero miseris amoribus simulant solutos cū maxie sint irretiti. Id ergo hoc loco facit poeta vt Mācinellus narrat. Est autem ordo. O Pyrrha, quis puer gracilis: idest adhuc tener & imperitus rerū vrget. idest auide amplectitur te pfusus odoribus liqdis. i. vnguētis. quorū vsus abusus. i. absumptio est: in multa rosa, sub antro grato? quasi dicat quicūq́ is est perditus est ac miser. Cui. idest ad cuius deceptionē religas. i. innectis comā flauā. i. flaui coloris: existēs simplex munditijs: sed supple subdola mente qa forma neglecta & simplex cultus interdū plus placet. Heu cōdolentis vox. quoties quasi dicat frequentissime, flebit ille fidē. s. mutatā, & deos mutatos. i. q̊s credet mutatos, qa prius fauere: posterius aduersari vsi sūt. & q̊ties ipē īsolēs. i. īsuetus & īexpertus, emirabitur. i. expsse mirabitur, æq̊ra aspa nigris. i. caligīosis vētis. i. aduersa sibi facta amorum æq̊ra. quæ vt maria dū tranquilla videntur ad pernitiē spectāt, quia quisquis amores aut metuet dulces aut experietur amaros. Qui scilicet puer insolens credulus idest fidem tibi plus æquo. habens, fruitur te nunc antea. i. tāq̄ aurea: idest pulchra & bona, qui sperat te supple fore sempvacuam. i. sibi vacantem, & semper amabilē. i. comē & benignā nescius auræ fallacis. i. fauoris muliebris quo nihil instabilius Quia varium & mutabile semper fœmina. Miseri sup. sunt, vel ītellige o, quod non exprimit: quia nō excādescit sed cōpatitur: quibus tu nites. i. videris nitida, intentata. i. non experta, qđ nō dico æmulus, qa paries sacer. i. q est in sacello Veneris, indicat me suspendisse deo potenti maris. i. neptuno, in tabula votiua. i. quam periclitans voui, vestimenta humida, quibus enataui non amplius nauigaturus. idest amaturus.

ANTO ¶Argumentū Odes Quintæ. Quinta Ode in Pyrrhā meretricē inuehitur, postulans a quonam puero sub antro teneatur, cui sese comat munditijs & ornatu simplex: at animo fallax. heu quotiens flebit ille fidē mutatosq́ deos, mirabiturq́ æquora ventis aspera, qui quidem ea nunc pulchra. culta, & miti fruitur credulus, q sēper amabilē sperat & sibi indulgētē, nescius fallacis aurę, hoc est fallacis amoris meretricij. Miseros illos quibus intentata nitet & lucet vt eos alliciat. Ait tandem ꝙ sacer paries votiua tabula indicat se humida vestimenta maris deo suspendisse. Vbi certe metaphorice loquitur ostendens meretricis amore olim implicitum & denudatum liberatum esse peractis votis, vt naufragi faciunt, qui reduces pictas naufragij tabulas tēplis affigūt & humida vestimenta. Quis multa gracilis. Ode est Tricolos, siue mauis, Tetracolos, Tetrastrophos, p. iiij. em versus scāditur. Nā cōstat duobus metris asclepiadeis. Tertio Pherecratio. Quarto Glyconico, De asclepiadeis prima Ode narrauimus. Pherecratiū vero est trimetrum heroicum ex spondeo dactylo spondeo. Glyconicū item trimetrū heroicū ex spondeo & duobus dactylis. Gracilis. tenuis delicatus tenellus. teneri em graciles adhuc sunt pueri & puellæ. Plutarchus ī vita Lycurgi scribit ita, gracilis q

Pherecta tius ỹsus Clyconi

dem infantes fiunt & venusti & aspectu grati ob lęuitatē materiæ. Vrget: tenet, āplectitur. Odoribus. vnguētis. Cui. voluptati cuius & gratiæ. Simplex mundicijs. animo fallax es, cultu tamen & ornatu simplex benigna & pura videris. Heu quotiens. Miserantis interiectio erga amantem puerum. Mutatos. iratos, cum se deceptum aduertet & denudatum ab illa. est autem metaphora sumpta ab nautis, quibus dij mutari videntur quum tempestas superuenit. vnde ait, & aspera æquora emirabitur. Nigris ventis. hoc est tenebrosis ob tempestatem & nubila. Aequora aspera, hoc est ipsam Pyrrham exasperatā. Insolens. insuetus a meretricibus decipi. Te aurea. culta ornata formosa miti & simplici. Nam eam auro comparat metallorū optimo. Vacuā, ociosam & sibi indulgentē. Auræ fallacis. perstat in metaphora, nam vt venti fallaces sunt nautis: ita meretrices amantibus. Auræ ergo fallacis. i. fallacis amotis meretricij. qui blandiendo attrahit: attractus nudat: vt mare nauta. Miseri. adde sunt. Nites, luces & splendes alliciendi eos gratia. Tibula votiua. naufragio reduces vota persoluētes naufragij pictas tabulas templis affigunt, & humida vestimenta (vt diximus) hinc Maro li. xij. ait. Forte sacer Fauno folijs oleaster amaris Hic steterat, nautis olim venerabile lignum. Seruati ex vndis vbi figere dona solebant Laurenti diuo. & notas suspendere vestes.

cus vers⁹ Graciles pueri

Naufragorum, vota

ACR.

Sexta Ode Tetracolos Tetrastrophos ad Agrippam.

Scriberis Vario fortis & hostium
Victor Mœonij carminis alite:
Quā rem cūq; ferox nauibus aut equis
Miles te duce gesserit:
Nos agrippa neq; hoc dicere: nec grauem
Pelidæ stomachum cedere nescit:
Nec cursus duplices per mare Vlyssei:
Nec sęuam Pelopis domum
Conamur tenues grandia: dum pudor
Imbellisq; lyræ musa potens vetat
Laudes egregij Cęsaris & tuas
Culpa deterere ingeni.

¶ Scriberis Vario. &c. Hac Ode laudat Marcum agrippā a rebus fortiter gestis. & varium poetā atq; Homerū ab altisona musa, se aūt modeste extenuat cōfitēs imbelli Lyra non posse grandia & horrentia martis arma consequi. quod dum se posse negat, miro artificio assequitur. scriberis est hic futuri indicatiui modi, quia secundam producit, Varij etiā meminit in sermonibus, vbi dicit Plautius & varius Sinuessæ virgiliusq; Occurrunt. Et Saty. x. Forte epos acer vt nemo Varius ducit. &c. vnde credam aliū q̄ Varum fuisse. Ordo est. o marce Agrippa tu scriberis scilicet aliquādo. licet ego nō scripsero Vario. i. a vario poeta altisono: fortis & victor hostiū, scriberis dico. alite. i. auspicio & dexteritate: quia quę auspicato fiūt dextre. i. prospere fiūt: carminis Mœonij. i. Homerici. i. q̄ carmen Homericū scriptū est, quācūq; rem miles ferox gesserit te duce. i. sub tuo ductu nauibus aut equis, Est em̄ (inq̄t Bōfinis) vsitatissimus hic loquēdi modus, Quicquid egerit exercitus te duce, tu vel honorē vel infamiā assequeris, i. adscribentur tibi q̄cūq; exercitus egerit te duce. Et addit. Quale ē Horatianū q̄q; illud epistola scd̄a. Quicquid delirāt reges plectūtur achiui &c. Qd̄ mihi quidē nihil ad rem, immo contra facere videtur. Nā si luit pctā regū exercitus, vt Dauidis populus Israel, non regibus facta populi adscribuntur: sed populo pctā regū iputatur. Nos autē o Agrippa tenues: nec conamur dicere grandia. s. hoc qd̄ dictū ē, videlicet quamcunq; rē miles te duce gesserit, nec stomachū pelidæ. i. filij Pelei scilicet Achillis. graue. i. implacabilē. vt patet Iliados primo. vbi rapta Briseide placari nō potuit. vnde addit, nescij cedere id ē qui nemini, ne Agamennoni quidē cedere sciuit. i. nō conamur dicere Iliada Homeri, nec duplices cursus Vlyssei. i. ipius vlyssis, hoc est Odyssęā: sed quia gręce Odysseus huius Odyssei aut Odysseos dicitur, ad imitationē dixit Vlyssei, pro Odyssei. duplices autē. quia in Odissea Homerus eius pfectionem & reditum describit. Nec domū Pelopis sæuā qd̄ dicit, pp̄ter Atreū sęuum in se & thyesten fratres, qui tragicis materiam ingentē dederunt. Non inquit conamur, s. dummodo aut donec pudor. s. ingenuus & naturalis. & musa potens lyrę imbellis. i. vena lyrici carminis nobis potius q̄ heroici cōcessa, vetat deterere. i. diminuere & minus bonas facere culpa. i. vitio īgeni p īgenij. laudes cæsaris scilicet Augusti egregij. quia dicet ī epistola. Nil oriturū alias, nil ortū tale fatētes, & tuas. s. laudes. Vbi annotabis coniunctiones copulare diuersos casus dūmō dictio regens eos exigat, vt hic: quia non liceret dicere tui. credūtur aūt iperiti artifices dedecus afferre rei quā tractant, vnde Alexander magnus dr̄ publico edicto cauisse ne

Scriberis Vario fortis & hostiū. Metrum tribus versibus asclepiadeū. quartus Glyconicus. Scriberis. dicit Agrippæ. nauales, seu terrestres victoriæ tuæ scribentur a Vario perfecto oratore: Cęterum ingenium suum impar metrorum ludo deditum laudes bellicas canere. Mæonij. Homerici. qui de Mæonia fuit, id est in tali carmine Scriberis a Vario, quali vsus est Homerus. Alite. auspicio siue bono omine. Ferox fortis. Nos Agrippa. vocatiuus casus. ordo talis est. quamcunq; rem ferox miles gesserit te duce nauibus aut equis nos tenues, nec conamur dicere hæc, nec conamur dicere grauem stomachum Pelidæ. Cedere nescij. idest inuicti, ferocis. vt Rumpantur nescia vinci Pectora, nec conamur dicere duplices cursus Vlyssei per mare. nec conamur dicere sæuam domum Pelopis, dum pudor, & musa potens lyræ vetat deterere laudes egregij Cæsaris & tuas. culpa ingenij Pelidæ stomachum. Synecdochicos a parte totum. Nec. c. d. duplicis aut propter errores dictum, aut quia fertur dolosus. aut certe duplicis pp̄ter ānos. xx. nā dū alij duces capta troia post. x. ānos reuersi sūt. Vlysses solus post. xx. annos reuersus ad patriam dicitur. Nec. s. p, Atreū & Thyestem. a quib⁹ dijs humanæ epulæ carnis appositæ sunt. Vñ & tragœdiā varius scripsit, quē & virgil. laudat. Nāq; adhuc varo videor nec dicere Cīna digna. conamur te. tenuat vires suas acsi diceret nos tenues nō audem⁹ grandia ībellis, q nesciat res bellicas & altas describere vel tristes. ¶ Scriberis vario fortis & hostiū victor Mæonij carmīs. Agrippā alloqtur, cui⁹ reb⁹ gestis negat lyrico carmīe satisfacere posse, iōq; a vario ea scribi debere fuit aūt. L. vari⁹ & ipe carmīs tragœdiarum & elegorum auctor, Virgilij cōtubernalis. Mæonij carmīs alite. vtsi diceret hōericis auspicijs, ac per hoc homerica sublimitate. notum autē inter opiniones quæ de natalibus Homeri feruntur, & hanc esse quasi Męonis filius fuerit. Quā rēcunq; ferox nauibus aut equis Miles te duce gesserit. figurata elocutio. Nā quū dixisset scriberis. intulit quā rē cunq; miles gesserit te duce. Siplex autem elocutio erat. Scribentur res q̄scūq; miles gesserit te duce. Nec cursus duplicis per mare vlyssei, amphibolū. Nā & duplicis vlyssei potest, quod significat callidi, potest & duplicis cursus per accusatiuū pluralem accipi: idest itus ac reditus. nec sęuam Pelopis domū, notæ historię sūt de tāli gñe, ex quo pelops ortus: deiñ Atre⁹ & Thyestes, deinde Orestes. de quorū sceleribus Tragœdias compositas scimus, quarum stilus non nisi sublimitate fertur, cui se negat hic poeta sufficere. Culpa deterere ingeni. belle culpa ingenij. humanum vitiū autem nō aliud q̄ humilitatē vult intelligi. Deterere aūt minuere signat, & ex cōsequēti, quia quę deteruntur comminuuntur.

POR.

quis se prẹter Apellem pingeret. Deterere aūt aptum est vocabulum. est em̄ rem bonam minus bonam efficere. vnde deterius dicitur quid a bono quasi minus bonum, vt res detrita. Et peius a malo. idest magis malum q̄ prius fuerat.

¶ Argumentum Odes Sextę.

ANTO ¶ Sexta Ode agrippam alloquitur laudans
eum ab rebus gestis, cum quo & Varium a
carminū dignitate. Dicit ei ꝙ homerico car
mine ab Vario scribetur fortis & hostiū vi
ctor. Scribetur etiā quicquid nauibus aut equis gesserit eo duce miles. Ipse vero tenuis. hoc est lyricus: ten-
tabit minime talia dicere. Nec eis similia q̄ Achilles egerit, aut vlyssis err ores. Nec sæuā Pelopis domū. vt-
puta Tātali p̄ris ipietatē sæuitiāq;, & odium Atrei & Thyestæ fratrū Orestis item parricidæ furorem. nā
grandia sunt & tragico digna boatu, quali Varius vtitur. Inquit postea, dum pudor & musa imbellis & de
bilis lyræ potens igenij culpa vetat Augusti cæsaris laudes & ipsius agrippæ minuere. Quis digne scripse
rit Martem Adamantina tunica tectum. hoc est loricatū atq; pugnantē: Quis itē Merionæ magnanimi pu
gnam siue curule eius certamen ad Troiam: aut quis Diomedem superis parem auxilio Palladis: Cōclu-
dit itaq; conuiuia potius & virginum prælia se cātaturū. vel siqd amabitur ipsi. Scriberis vario. Ode est dis-
colos seu mauis Tetracolos Tetrastrophos. Constat em̄ ex tribus versibus Asclepiadeis, de qbus in prima
Ode. Ex quarto autē glyconico: de quo in Ode superiori quinta. Vario, alibi in Horatio nunc Varius. nunc
Varus Varus legr̄: ægloga autē sexta Maronis Varus sēper. Fuerūt aūt Varus & Tucca, vt scribit Eusebius, vir-
Tucca. gilij & Horatij cōtubernales & poetæ illustres, qui æneidos libros postea emēdarunt sub lege ea vt nihil ad
derēt. Eū Horatius hic laudat sicut etiā in Bucco. Maro, vbi ait. Te nostræ vare miricæ Te nemus omne ca
net. &c. Sūt aūt qui velit Varum & Varium eodē tempore poetas diuersos fuisse. Quintilianus præterea
Homer⁹ de Vario meminit. Fortis. magnanimus & virtute valens. Alite. i. auspicio & omine optimo, quali Homer⁹
Homeri vsus est in operibus suis. Mœonij carminis. i. Homerici de quo cicero pro Archia poeta sic ait. Homerū co-
patria. lophonij ciuē suū esse dicunt: Chij suū vendicāt, Salaminij repetūt: Smyrnij vero suum esse confirmant. hęc
ille. Est autem Smyrna in Mœonia regione Phrygiæ vrbs quę ab multis Homeri patria dicta est. vt scribit
Strab. li. xij. Aristoteles ṽo vt plutarchus refert. scripsit Mœonem Lydorū regē Homerum pro suo nato e-
ducauisse. Quum itaq; Mœonides a poetis appelletur. putemus vel ab Mœonia ob Smyrnam, vel a Mœo
ne rege dictū. Antipater epigrāmatū scriptor in Homerū epigrāma tale composuit. vti Plutarchus refert.
Diceris ab multis Colophonis alumnis Homere. Hic te Smyrneū credit, at ille chiū. Quum & Ion qdā qui
dam Salamina superbā, Thessaliā multi te genuisse ferūt. Sunt & qui memorēt alijs te sedibus ortū. Sic va-
rijs natus crederis esse locis. Dicere si liceat mihi Phœbi oracula, cælū certa tibi patria est, Calliopea parens.
Homerū præterea Pindarus tū Chium, tum Smyrneū fuisse ait. Simonides Chium. Aristarchus colopho-
niū, Ephorus cumeū, quidā etiā Salaminiū, quidā argiuū fuisse dixerunt. Dionysius thrax Atheniensem pu
tauit, filius vero a quibusdā Mœonis: ab aliquibus Neletis fluminis existimatus. scripsit poemata duo. Iliada
& Odyssæam. ambo non ab ipso poeta, sed ab Aristarcho grāmatico in numerū versuū diuisa atq; distin-
Ilias. cta. Ilias quedā gesta Græcorū & Barbarorū ꝓpter Helenæ raptū, sed præcipue Achillis præclara i eo bel
Odyssea lo facinora cōtinet. Odyssæa vero Vlyssis ex Troiano bello in patriā reditū, quotq; ille labores errādo ꝑ-
tulerit: atq; vt reuersus vltus fuerit inimicos, ōndit. hæc ex Plutarcho. Quā rē cūq;. Acronis & quorūdam
ordo hic minime cōuenit, ita ꝙ sit ordināda ṽborū series. scribetur itē ab Vario res illa quācunq; rē ferox
miles te duce gesserit nauibus aut equis. potest ēt cōstruere sñ scribetur: vt sit talis loquendi modus. Agrip-
pa. Marcus Agrippa hic itelligitur cæsaris augusti gener. nā eius natā Iuliā habuit. a quibus cæsar ipse sor
Marcus, titus nepotes tris: Caiū, & Luciū, & agrippā. Neptes duas Iuliā & Agrippinā. Marci Agrippæ Augustus
Agrippa offensis iteruenietibus desiderauit nōnunq̄ patiētiā, & Mecœnatis taciturnitatē: Auctor in his Suetonius.
Apianus vero li. v. scribit, ꝙ M. Agrippa e celtis qui Aquitani dicuntur. victoriā perillustrē habuerit. scri.
Celtę. item in Sicilia sextum Pōpeiū. Cn. Pōpeij filium iuniorē nauali prælio ab eodē Agrippa deuictū. ille enim
Aquitani maria omnia deprædationibus infestabat. ita ꝙ Romani maxima fame angebātur. Hæc ex Apiano. Sueto.
Sex. Pū- autē addit, ꝙ Augustus agrippā ipsum post naualē victoriā in Sicilia cęruleo vexillo donauit. Virgilius e-
peius. tiā li. viij. de eo idē īqt. Parte alia ventis: & dijs Agrippa secūdis Arduus agmen agens, cui belli insigne super-
bū. Tēpa nauali fulgēt rostrata corona. Vñ aūt dicatur Agrippa nostrū carmen de florib⁹ te docebit. Hęc di
cere. tua videlicet gesta. Pelidę stomachū. indignationē & iram Achillis Pelei filij. Patroclus em̄ Nestori
Achillis. li. xi. Iliados ait. Probe em̄ ipse cognouisti qualis ille sit, qua morositate, q̄ subito incurrat inculpationē etiā
mores. culpa vacantium Horat. itē in arte ait, Scriptor honoratū si forte reponis Achillem. Impiger iracundus in-
exorabilis acer Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis, Cedere nescij, i. inuicti, ferocis, inexorabilis: a-
Tātalus. cris. Cursus duplices, itus & reditus, Sęuā Pelopis domum. Tantalus Iouis & Plores seu Plotidis nymphę
filius fuit, vt scribit Lactantius li. ij. theb. fuitq; Phrigiæ rex auctore Eusebio. qui vt habetur li. vi. met. quum
Pelops. deos hospitio suscepisset, filium suū Pelopem eis comedendū apposuit, mentitus alias esse carnes, a quibus
epulis dij oēs excepta Cerere abstinuerunt. Ceres em̄ illius humerū edit. ob quod facinus Iupiter illū i in-
ferna detrusit, Collectis aūt pueri mēbris illū in formā pristinā reduxere. sed quū deesset humerus ab cere
Pelopon re sola cōsūptus, ex ebore dij fecerunt, Pelops deiñ regnauit i pelopōneso: quā a se dixit. genuitq; Atreum &
nesus. Thyestem, Pelopōnesi prius, postea Mycenatū reges. in Mycenas em̄ regnū trāslatū est, vt scribit Eusea
Atreus. bius, ij vero vt scribit Lactātius lib. iiij. th. alternis vicibus regnabāt. Verū Thyestes quū sciret regnū pe-
Thye- nes eū fataliter māsurū, qui arietē velleris aurei haberet. quē tū atreus regiā ingressus plurimū custodiebat
corrūpēs Europā fratris vxorē imperiū ad se trāsferre posse iudicauit. hinc ab atreo est regno pulsus. dein-
de ficta grā recōciliatiōis atreus fratrē reuocauit. Cui filios suos apposuit epulandos. Ex oraculo postea thy
stes. estes cū filia sua Pelopeia cōcubuit. Vñ natus est ægysthus, qui atreum occidit, & agamennonem eius fi-
Pelopeia lium. Orestes postea agamennonis natus matrē Clytennestrā in patris vltionē occidit. Propter hæc igitur
Aegis- tot & tanta scelera, Horatius sæuā Pelopis domū ait. De quibus quidē Seneca postea tragœdias fecit. Te
thus. nues. humiles. & ingenio imbecilles. arrogantiā vitat. Grādia. s. sunt prædicta om̄ia, & tragico digna boa-
tu, quali Varius vtitur. ibellis lyræ. nequētis ac nesciētis bellica & alta describere. cęsaris & tuas. augustus ei
& agrippa contra Sextum Pompeium in Sicilia vt diximus pugnarunt. agrippæ tandem vltima belli pro-
uincia tradita. Deterere. minuere. quæ enim deteruntur comminuuntur. Ingeni. pro ingenij per apocopen:

¶ Adamantina tunica. lorica. allusit propter
ACR. duritiē, nā bellū i qbusdā insuperabile est.
Nigrū. istātia certamis virū fortē pugnan
do squallērē. hic fortiter pugnauit in bello
Troiano. Tytidē Diomedē, Nos cōuiuia. i.
tm̄ ex voluptatibus scribim⁹. ordo est. nos
vacui cātamus cōuiuia prælia virginū iuue
nibus resistentium. Sectis in iuuenes. in os

Quis Martem tunica tectum Adamantina
Digne scripserit: aut puluere Troico
Nigrum Merionem: aut ope paladis
Tytiden superis parem:
Nos conuiuia: nos prẹlia virginum

Sectis in iuuenes vnguibus acrium
Cantamus vacui, siue quid vrimur
Non preter solitum leues

¶ Quis martē. &c. Tangit ea quę preclare & magnifice dicta sibi imitabilia negat, & tñ vt dixi negando vtcūq imitatē atq adsequtur e ꝓxio. Ordo ergo est. Quis scripserit. i. scribere potuerit digne: vt Homerus fecit, Marte scʒ deū belli, tectū. i. protectū & armatum, tunica. i. lorica adamātina. i. ex adamāte facta: vis vt nulla virū, nō ipi exscindere ferro cœlicolę valeāt, vt. vi. æneid. dr̄. rūpitur eñ adamas nō vi, sed hircino sāguine. Lorica aūt prius ex loris fiebat. sed galli ex annulis ferreis effixere. Martis aūt tunicā pulchre adamātinā. i. īfrāgibile fingit. Aut quis scripserit Merionē Idomenei comitē, nigrū idest offuscatū, puluere troico, quo in bello ante Troiā cōspsus est, aut Tytiden. s. Diomedē Tydei filiū, vñ tytidē ꝓ tydiden dixit, parē superis: quia cū marte & ænea pugnauit, & Venerē vulnerauit. vnde æneid. x. Credo equidē mea vulnera restant. ope. i. auxilio Palladis deæ sapiētiæ & belli, qa bellū nō recte sine sapiētia geritur. Nā (vt dicit Sallustius) priusq̄ incipias, cōsulto, & vbi consulueris mature facto opus est. Nos scilicet lyrici quibus ē musa ībellis, i. nō canēs bella virilia, cātam⁹ vacui. s. curis & sollicitudinibus cōuiuia, & nos cātamus pliū vgīnū, i. puellarū adhuc forma & ætate vigētium acriū. i. asperarū. i iuuenes. s. amatores dū ab eis deserūtur aut ꝑcutiūtur. & hoc vnguibus sectis, ob vehemētē īpetū dū vnguibus oīa disrūpere tentāt. siue cantamus si quid. i. in aliquo vrimur. . s. ardore amorū: exūtes leues. i. incōstātes. nō præter solitum: quia nihil inconstantius amāte. vnde in Eunucho In amore hæc omnia insunt vitia. &c.

iuuenum ad repugnādum acutis vnguibus & præparatis. Vacui: amore vacui. i. nō amantes & securi. Siue qd vrimur. i. amamꝰ q eñ amat vritur. Vir. Vritur infelix Dido traxitq ꝑ ossa furorē, seu forte amātes, & ostēdit se oī tpe seu amātē: seu nō amantē, id studij habere. ordo est. seu nō pręter solitū, leues ꝙ vrimur, nō. n. ṗter solitū leuis est dū oī tpe sit īcōstās. Leues nihil cōstātie habētes, quæ est consuetudo amatoribus.

Quis Martē tunica tectū adamantina. id est q perrupi nō possit. Adamas. n. lapis durissimus. figurate autem negat se posse res bellicas scribere, verum Varium potius qui sit Homerico spiritu. Nos plia vginū sectis vnguibus cantamus vacui. vtrū cum vacui sumus: an ideo hæc cantamus: quia vacui sumus, i. a negocijs liberi, qđ magis videtur sēsisse quum subijciat: non præter solitum leues, idest ex consuetudine leues. POR.

Tunica adamātina. Infrāgibili loricatum ītelligit Martē & pugnātē: quē apte tunc describere difficilius est. Digne scripserit. scilicet imbelli lyra. Merionē. sic legēdū est, nō Memnonem, vt quidā legunt. vsus eñ nō staret, nec bñ diceretur Mēnonē nigrū troico puluere, quū ꝑ se niger eēt, Antiqui etiā text⁹ Merionē hñt, Fuit autem Meriones seu Myriones Idomenei comes & patruelis, quod passim Homerus oñdit, & li. xiij. vbi cōtra Deiphobū pugnat: & li. xxiij. in ludis Patroclo exhibitis, ait eñ In certamen agit ANTO Meriões

currusq rotasq volucres Myriones: terræ descendunt protinus omnes. Et postea. Erigitur pedibus sublatus ad æthera puluis. Item. Atq in puluereo volitantes ęquore currus. Propter hæc igitur ait in puluere Troico nigrum Merionē, puer quem sane intelligit curule certamen ab Homero descriptum. Diodorus ꝑterea lib. v. scribit Minois fuisse filios Deucalionē & Molum, ex Deucalione Idomeneum, ex Molo Mirionē genitos, cum nauibus. xc. ad Ilium cum Agamennone profectos: euersoq postea in patria diē suū obijsse, honorificeq sepultos deorum honores fuisse assecutos. horum sepulchra in Gnoso hac ostendebant ur ī scriptiōe. Gnosij Idomenei sepulcrum aspice, in quo ego Myrion Moli filius propinquus iaceo. hos vt nobiles heroas Cretenses colebant sacris. in bellorū discrimine eorū præsidiū inuocantes, Tytidem. De Diomede Tydei filio, lib. v. Iliados sic habetur. Hic iā Tytidę Diomedi Pallas athena Fulgorē viresq dedit, q̄ maior in omnes Surgeret argolicos aspectu illustrat honoro. ꝑ superis parē, hoc ait, qm̄ Iliados lib, v. dū cū Aenea pugnaret Diomedes, venerē filio auxiliātē ꝑcussit ī dextra, hic ait ipa Marti cōqrens, Saucia cōficior Tytides īpulit ī nos Mortalis ferrum, qui cū Ioue fortius ipo cōsereret dextrā. Eodē lib. percussit etiā martē extrema vteri parte. qua. s. lamina ferrea pēdet. Sectis. i. effractis vel acutis & præparatis cōtra iuuenes. Vacui. s. amore, & securi, vel ab negocijs liberi Siue quid vrimur. i. siue aliquid amamus: amantes eñ vrūtur: hinc Sapho ait, Vror vt indomitis & c, Vir, item lib iiij. de Didone. Et cæco carpitur igni. Itē Est mollis flāma medullas. Sępe aūt poetę passiuo vbo figurate iūgūt actm̄. qđ et Priscianus admonuit. hīc Statius ait in syluis li. v, Carpitur eximiū fato Priscilla decorē. Et Sillius li. i, Horrida labenti perfūditur arma cruore, Lucanus lib. ix. Pluribus ille notis variatā pigitur aluū. Ouid, in Ibin, Belides assidua colla premūtur aqua. Nō ṗter solitū, i. ex cōsuetudie, Leues, īstabiles. incōstātes, vani. vt amatoribus euenit, Cōcludit autē, vel amās vel liber de amoribus potius q̄ de bellis se velle scribere, cum sua musa imbellis lyre sit potens. Deucalion. Molus Idomeneus, Myriones, Diomedes. Venus sauciata ab Diomede. Martis vulnus Passiuū. verbum cum accusatiuo.

Septima Ode dicolos distro, ad Plancum.

Laudabūt alij claram Rhodom aut Mitylenen:
Aut Ephesum: bimaris ve Corinti
mœnia: vel baccho thebas vel apollīe delphos
Insignes, aut thessala Tempe.
Sunt quibus vnū op⁹ est intactę Palladis vrbē
Carmine perpetuo celebrare: &
Vndiq decerptam frōti pręponere oliuam

¶ Laudabunt alij. Hoc carmine celebrat poeta tybur, si nō fallor, vt se gratum Mecœnati oñdat, abs quo illic locū amænissimum dono acceperat: in quo cum musis suis iucūde & qete tunc viuebat. vñ oībus locis laudatis ipsum præfert. hortatur autē Plancū amicū, vt exēplo suo: exēplo naturę, & Teucri aliquādo curas & sollicitudines deponat. & vino amplīter īdulgeat. exēplo suo, qa se tybur diligere & laudare nō ob aliā causā, q̄ ꝙ ibi trāqlle & secure viuat. Exēplo naturæ, qa ñ sēper nubilosū ē cęlū, sed īterdū sudū & serenū, Exēplo teucri, q ī t. īstissīo exilio et curas mero leuabat. Ordo est. Alij. s.

Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenē. Metrum heroicū. primus versus hexameter est. seqūēs vero tetrameter ē. q & phaliscus appellatur, eo ꝙ ex quatuor pedibus vltimis cōstat versus heroici, Numatiū Plācū alloquitur cōsularē virum tybure oriundū, ī cuius gratiam dicit. cū diuersis poetis studium sit diuersas insulas oppidaq certorū numinū gratia celebrare carmibus, sibi Tybur eē laudādū, cuius voluptate capiatur vel amœnitate sed Albuneæ nymphæ eiusdē nemoris vicini ac tyburis. de quo Vir. Lucosq sub alta cōsulit albunea. Tybur autē tyburtus cōdidit, a quo nomē ciuitati ē. hic fuit filius Catylli filij Amphiarai. vt catyllusq acerq coꝛax. sethac ode plācū hortatur vt curas volu ptatibus relaxet exēplo Teucri telamonij. ACR.

Clarā. r. aut. m. Maritimę grecię ciuitates sunt. Bimaris ve. c. m, quia & Ionio & ęgeo mari abluitur. vel baccho. t. ordo ē. vel thebas insignes baccho. vel delphos insignes Apolline, sic. n. apđ Thebas Dionysius sicut Delphis Apollo colitur, a qb⁹ honorē priæ fortiūtur. Thessala. t. amœnitates thessaliæ,

Tēpe.n.tribus casibus decliatur noiatiovo catio: & accusatio. Sūt qb⁹ vnū opus ē. ac si diceret: vnū studiū ē laudibus dicēdis ope rā dare certos, & exinde gloriā q̄rere laudā do tm̄ Athenas, quas vocauit vrbē Mineruæ velut proprium ciuitatis nomen. Carmine perpetuo. aut vno metro, aut nō aliorum laudibus mixtis. Vndiq; decerptā. ex omnibus collectam. ordo est, præponere fronti oliuam vndiq; decerptam.

POR. ¶ Laudabunt alij claram Rhodon. hac ode Numatium Plancum cōsularē alloquitur. q̄a indicat se præcipue Tyburtina regione delectari, omnibusq; eam sua sententia præponendam affirmat. Claram Rhodon. propter ea claram q̄ soli sit opposita dicit, de qua & Lucilius sic ait. Rhodos carpathium in pelagus inclinat apertum. Bimarem Corinthum appellat q̄ Isthmo opposita Ionio & ægeo sinu abluitur.

ANT. Argumentum Odes Septimæ

scriptores, laudabūt Rhodō īsulā Lyciæ clarā, q̄a illic nūq̄ cœlū nubilū ē. Phanū aūt phœbi clarissimū ē. & vrbs ipa portubus & cæteris ędificijs icōpabilis. aut mitylenē oppidū Lesbi Alcei & Sapphus pr̄iam. aut ephesū asiæ vrbē ab amazonibus cōditā, vbi clarissimū dianę tēplū, aut mœnia corithi bimaris i. iter mare ioniū & ægeū sitæ: a quibus alluitur, vn̄ ꝓpter emporiū opulentissīa olim fuit, prius Ephyre dicta, vel laudabūt Thebas in Bœotia insignes baccho qui illic genitus est ex Semele, vel Delphos vrbem in parnaso, insignes apolline: qui il lic clarissima reddidit oracula: aut tempe Thessala. i. Thessalica, loca vsq; adeo amœna, vt cętera omnia singulariter amœna tempe dicantur. Sunt scilicet poete, quibus est vnum opus id est sola cura & studium ac operatio, celebrare carmine perpetuo, idest nulla alia materia intercisso, vrbem, Palladis intactę, idest sēper virginis, videlicet Athenas a Pallade q̄ ἀθηνᾶ dicitur dictas, & præponere. s. alijs arboribus fronti. i. ad ornamentū frōtis victricis (hic ordo placet bonfini. adno. vij.) oliuā. s. paciferā decerptā vndiq;. i. ex quouis loco, aut quouis pacto. i. sunt pacis & literati ocij vsq; adeo studiosi: vt nihil aliud celebrēt q̄ athenas, q̄bus ꝓpter literarū studia, Pallas oliuifera pręcipue placuit. Non enim sine pace vigere possint literæ & ideo vnice laudant Athenas.

Ode Septima Plancum virum cōsularē alloquitur, laudans præponensq; Tyburis amœnitatem cūctis locis amœnis, aitq; postea q̄ vti notus sæpe nubila pellit, neq; imbres parturit semper, sic sapiens ipse finire debet tristiciā vitæq; labores cōuiuijs, & molli mero: siue in castris erit siue i dēsa sui tyburis vmbra. Teucrū iñ exēplū affert. qui licet patriam patreq; fugeret, genio tñ vacabat, tristis amicos hortās: vt vino pellerent curas. Laudabunt alij: Ode ē dicolos distrophos, ex metro Archilochio heroico: primus. n. versus hexameter est, secūdus tetrameter, & phaliscus appellatur: qui cōstat ex iiij. pedibus versus heroici, tamen vltimus semper spondeus erit. Clarā Rhodō Est Rhodos in Lycia insula, vt Mela scribit. Solinus addit q̄ nunq̄ cælum ita nubilum est, vt in sole Rhodos non sit Strabo libro. xiiij. docet q̄ Rhodiorum vrbs portubus & vijs & mœnibus cæteraq; fabrica tantutum alias excellit: vt nullam ei æqualem nedum præstantiorem proferre, valeamus. Mitylenen. Est Mitylene in Lesbo insula oppidum, vt docet Mela. Inde vero vt aiunt oriundi fuere Alcæus & Sappho lyrici vates, ac pittacus vnus ex septem sapientibus. Ephesum. erat Ephesus in Asia Ionum regia clarissima quidem, vt Strabo libro decimo quarto scribit. Erat ibi Dianæ templum pulcherrimum. de quo Plinius lib. xxxi. cap. v. Iustinus lib. ij. scribit Amazones in Asia Ephesum condidisse. Bimaris corinthi. i. Ephyre antea, postea Corithus appellata est, colonia colli applicata medio interuallo q̄d Isthmi appellauimus, inquit Plinius li. iiij. de pelopōneso loquēs. De coritho ēt Strabo pluria li. viij. meminit, atq; iter alia q̄ ciuitas ipsa corinthiorum amplissima vsq; fuit & opulentissima, seu viros innumerabiles, ad ciuile regimē peritissimos siue eximias opificum artes animo vertis, Erantq; in ea plurima opera ære elaborata. Bimaris autem Corinthi ait. quoniam Isthmos Peloponnesi promontorium vbi sita est, ab altero latere Ionium, ab altero ægeum mare habet. de quo etiam solinus cap. vij. isthmos aūt dicitur terra angusta inter duo maria. Baccho Thebas. Thebæ vrbs Boeotię, nec cedentes Athenis claritate, duorum numinum liberi atq; herculis, vt volunt, patria, auctor pli. lib. iiij. Diodorus v̄o li. i, sic ait. Qui deū hūc tradūt Thebis boeotiæ ex Semele & Ioue fuisse genitum: aberrare videntur. Orpheum. n. quū ad ægyptios trāsisset percepissetq; ab eis sacra & mysteria dionysia: esset autē amicus Thebanis. a quibus plurimo in honore habebatur, retulisse ad eos tradunt huius dei originē. Delphos. Erant Delphi: in Parnaso mōte Phocidis. clarissima vrbs & celebris ꝓpter Appollinis Pythij tēplū & oraculum vetustate insigne. de quo legito Strabonem li. ix. Iustinus v̄o li. xxxiiij. sic ait. Templum autem Apollinis delphici positum est in monte parnaso in rupe vndiq; pendenti, ibi & ciuitatem hominū frequētia fecit, qui admiratione maiestatis vndiq; concurrentes in eo saxo consedere. atq; ita templum & ciuitatē nō muri, sed præcipitia, nec manu facta, sed naturalia præsidia defēdūt prorsus: vt in certū sit vtrū munimētum loci, an dei maiestas plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes in formam theatri: q̄obrem & hominū clamor, & siquando accidit tubarum sonus personātibus & resonantibus inter se rupibus multiplex auditu. Thessala tēpe. loca amœna a cæli tēperamēto dicta sunt tēpore, vti Lactan. li. i. inquit. Sunt autem proprie loca in Thessalia quinq; milium passuum longitudine, & ferme sex latitudine vltra visum hominis attollentibus se dextra læuaq; leniter connexis iugis. intus sua luce viridante allabitur Peneus: qui inter ossā & olympum nemorosa conualle defluit, vt pli, li. iiij. edocuit. Intactæ palladis vrbē. Iustinus libro. ij, scribit q̄ Amphiteon qui post grecum regem Athenarum regnauit, primus Mineruę vrbem sacrauit, & nomē ciuitati Athenas dedit, Vt q; alij dicunt minerua ipsa ab græcis Athena dicitur. Referunt etiā poetæ itē fuisse inter neptunum & Mineruam de impositione nominis Athenarum, quod quidem latius libro primo. Georgiam diximus, Carmine perpetuo. iugi & continuo nunq̄ intermisso, celebrare, Cicero pro L. Flacco ait. Adsunt Athenienses: vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortę, atq; in omnes terras distributę putantur, Iustinus etiā libro. ij. sic ait: Primi Athenieēses lanificij, & olei: & vini vsum docuere, arare quoq; & serere frumenta glande vescentibus monstrauere, literæ certe, ac facundia, & hic ciuilis disciplinæ ordo, veluti templum Athenas habet Vndiq; decerptā. ex quocūq; loco non solum inde vbi Athenienses legebant quum victores olea coronabantur. Plinius eñ lib. xv. scribit q̄ Athenæ victores olea coronabant. poetæ vero vt dicit Horatius scribentes de Athenarū laudibus olea se coronabant decerpta vndiq;: vt puta si Romæ composuissent opus, Romę oleam decerpebant, videtur etiā sic posse intelligi: & forte melius, vt dicat illos preponere oliuā vndiq; decerptam fronti. i, ad frontē victorū in ludis Atheniensibus: p q̄d q̄dē ōnd t poetas ipsos, oliuā. i. Athenienses ludos preponere oibus alijs, Nam Athenæ victores olea coronabant, vt Pli. scribit. Vndiq;, ex quocunq; Atheniensi certamine decerptam ad frontes victorum.

Phaliscus Versus. Rhodos. Mitylene. Alceus. Sappho. Pittacus. Ephesus. Corinthus. Isthmos. Thebæ. Bachus. Hercules Delphi. Apolinis Delphici templum Tempe. Amphiteon rex. Athenæ. athen ſū. laudes. Olea victorum. athenis.

ACR. ¶ Aptum dicit equis Argos. aptū aūt equis Argos genere neutro absolute dicit. ditesq; m. hoc est sicut athenas in Mineruę honorē ita Argos & Mycenas laudari i honorē Iunonis. Nec tā patiens, quia in agoneis verberibus immobiles cędebantur. Lacedemō

Plurimus in Iunonis honorem
Aptum dicit ęquis Argos ditesq; Mycenas
Me nec tam patiens Lacædemon:
Nec tam Larissæ percussit campus opimę

Quae domus Albuneę resonantis
Et pręceps Anio ac Tyburti lucus, & vda
Mobilibus pomaria riuis.

Plurimus in iunonis &c. Prosequitur alia loca celebria, vt illis oībus vuum praeferat tybur: quia victoris preciū ex victo dependet: Est ergo ordo: Plurimus. s. scriptor, dicit. i. describit & laudat, sicut in principio epistolarū. Prima dicte mihi, sūma dicendę camoena Mecoenas. agros. s. Hippiū, quod est inter Inachum & Erasinum amnes, vnde addit aptum equis. & dicit Mycoenas vrbem etiam in achaia stadijs minus quinquaginta ab argis distantem, dites, quia opulenta admodum fuit. dicit autem in honorem Iunonis, quae ab argis praecipue culta, eos etiam plurimum dilexerat. vnde aene. i. Veteris q; memor Saturnia belli prima quod ad Troiam ꝓ charis gesserat. argis. Laudabunt ergo dicta loca alij: verum nec Lacedaemō vrbs Lacedemoniorum, qui in Laconica regione diu rerum potiti sunt, & legibus & imperio clarissima, patiens. s. laborū etiam legibus Lycurgi id curantibus, nec campus Larissae vrbis Thessaliae patrię Achillis, opimae. i. pinguis & foecundae percussit. i. affecit me amore sui: tam, i tm̄ q̄. i. quantū. domus Albuneae. s. nymphę ac fontis in albunea sylua, resonantis. s. dum per syluas: & fontes deriuatur. Est autem non longe tybure. Et Anio. s. fluuius, preceps. i. praecipitanter, & cum dulci murmure se in Tyberim illic precipitans Facit autem in genitiuo huius Anienis, sed antiquus nominatiuus erat Anien. ac lucus Tyburti. i iuxta Tyburtum seu Tybur oppidū nō longe a Roma abs Tyburto conditum, & pomaria vda. i. irrigua riuis mobilibus. i. in diuersas partes ductilibus.

post matricidum Orestes cum fureret adijt oraculum de sanitate. oraculum respōdit se eum posse sanari si Dianae Scythicae de taurica simulacrū auferret. ꝓfectus itaq; ē. ibi erat soror eius sacerdos, q̄ aduenas immolabat, agnouit fratrē: pepercit illi, interrogauit q; cur venisset: ille indicauit. abstulerunt inde simulacrū, simul soror secuta est. delati sūt ad Italiam: & collocauerūt in neore aricino simulachrū &, cōsecrauerūt nemus. Post hęc Italis immite numen visum est & asperum, miserūt q; ad orientē simulacrū, quod Lacedaemonij susceperunt. & ne aut crudelitatem, aut sacrilegium facerent: statuerunt hi vt iuuenis aras ascenderet, & superponeret manus, & tandiu loris caederetur ab alio iuuene q̄diu sanguis de vibicibus in ara remaneret, & satisfaceret numini. inde ergo patiēs Lacedaemon. Nec tam Larissę. larissa ciuitas Thessaliae a qua & achilles Larissęus dictus ē Virg. Quos neq; tytides nec Larissęus Achilles. Percussit. nimia delectatiōe animū ferijt. q̄ domus Albuneę. delectabile nemus est consecratū albuneae nymphę a qua & nomē accepit. Et preceps anio. aut per deuexa cadens aut rapidus. Tyburti lucus. sylua iuxta ciuitatem eiusdem nominis Mobilibus. discurrentibus. POR.

Aptū dicit equis. Homericū. sic. n. de hoc ille ἄργος ἱππόβοτον nec tam patiens Lacedemon, q̄ domus Albuneae. Albuneam deam in regione Myburtina fontis praesidem, & Virg. testis est. qui in septimo ait. Lucos q; sub alta Consulit Albunea nemorum quae maxima. Tyburti lucus. Tyburtus cōditor tyburis est, cuius frater Cathyllus & Corax, quorum Virg, meminit. Cathyllus q; acer q; Corax argiua iuuentus. Vda mobilibus pomaria riuis. Irrigua intelligi vult.

ANTO Plurimus. adde scriptor, Dicit describit. Aptum equis Argos. Plinius libro. iiij. de Achaia loquens ait inter amnes inachum & Erasinum eē argos Hippium cognominatū. Strabo lib. viij. etiam de Achaia loquēs scribit q; argos & Mycenae vrbes ambe principatu eminentes minus stadijs quinquaginta inter se finitimę erant. & dicatum Iunoni templum iuxta Mycenas ambabus fuisse commune, in quo polycleti simulachra artis laude omnium prestantissima, sumptu & magnitudine phidię sane imaginibus cedentia. Argos quidem a primordio magis ac magis extitit potentia primarium. subinde Mycenae ampliora susceperunt incrementa. posteriori tēpore eas argiui solo ęquatas deleuerunt, adeo vt aetate Strabonis Mycenei oppidi ne vestigium quidem reperiretur. Homerus vocat Argos interdum priscum, alias Iasium. Equestre quandoq; vel pelasgicum: vel equorum alunnum. Cognominationem igitur per epitheta distinguit. Equestre vero & equorum alunnum communi quadam proprietate dicit, haec ex Strabone. qui etiam addit q; peloponnesos ꝑ multos prius annos Argos vocata est, eaque tempestate Argos Achaicum nominari caeptum. Per Argos denique hic Horatius Agamenonis praelia intelligit, Patiens Lacedaemon. ea vrbs est in Laconia etiam Sparta appellata. Cuius iustinus libro. tertio. meminit. Homerus lib ij. Iliados diuersas esse vrbes ostendit. Lycurgi praeterea leges: vt Cicero li, ij. Tus. edocet, laboribus erudiebant iuuentutem, venando, currendo, esuriendo: sitiendo: algendo, aestuando. Spartae vero pueri ad aram sic verberibus accipiebātur, vt multus e visceribus sanguis exiret: nonnunq̄ etiam ad necem, quorum non modo nemo exclamabat vnq̄, sed ne ingemebat quidem. hęc ex illo propter id igitur patiens ait Horat. & si in cunctis agendis patientissimi erant. vt large in Lycurgi vita a plutarcho ostenditur. Larissae cāpus opime. Srabo li. ix. vbi de Thessalia loquitur, scribit Larissam vrbem esse iuxta Peneum fluuium. est & alia vt inquit in Creta ciuitas: a qua subiectus campus Larissius vocatur. Larissa quoq; ossę locus est, quae pensilis aut obliqua dicitur a plerisq;. est & in peloponneso Argiuorum arx Larissa, Eleorum quoq; agrum Dymaq; disterminās Larissus fluuius est, est & in Asia Larissa phriconia: In agro item Attico Larissa est. Trallibus quoq; est vicus plura etiam Strabo in dicto volumine, Albuneae resonantis. de hac poeta lib, vij, ita scribit At rex sollicitus monstris oracula fauni Fatidici genitoris adit, Iucos q; sub alta Consulit Albunea, nemorum quae maxima sacro Fonte sonat saeua q; exhalat opaca mephitim, vbi quidem Seruius ait vnum esse fontis nomen & syluę asserit q; in tyburtinis esse altissimis montibus. esse vero dictā ab aquae qualitate. Acron dicit nomen accepisse ab albunea nympha, cui nemus cōsecratum est, Porphirio etiam scribit Albuneam deā in regione Tyburtina fontis praesidem, Strabo lib, v, refert in planitie Tyburtina fluere, quas nuncupabant Albulas aq̄s frigidas multis e fontibus edētes varios ad morbos salutares, Lactantius praeterea li. i, cap, vi, scribit decimam Sybilam Tyburtē nomine Albuneam, q̄ Tyburi colitur vt dea, iuxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite simulacrum inuentum esse dicitur. tenens in manu librum, praeceps Anio, in Romae cōspectu Tybur quidem Herculeum est, & Cataracta, i. descensus, quam facit Anio, vbi nauigabilis esse incipit, quū e sublimi profundam in vallem praeceps defertur. & per vrbi ipsi vicina nemora, Hoc ex loco mira fructuum abundantia preter lapidis effossiones, qui Tyburtinus dicitur. In hac planitie Anio fluit, quousq; Tyberī intret, haec ex Strabonis libro quinto Qui Anio ex alba decurrens praeter latinam Marsorum vrbem & ꝓpinquum illi campum per Tybur descendit in Tyberim, vt idem ait. Plinius item libro tertio scribit. q̄ anio in monte Trebianorum ortus lacus tris amoenitate nobiles, qui nomē dedere sublaqueo, defert in Tyberī, Tyburti lucus, Sestius graecus hystoricus libro sexto antiquitatum scribit q; Cathyllus Amphiarai filius pꝰ prodigialem patris interitum apud Thebas: iussu Oeclei aui sui cum omni foetu & sacris missus tris, liberos in Italia procreauit Tyburtum Coracem & Cathyllum, qui depulsis ex oppido haud longe ab Roma posito veteribus sicanis, ab nomine Tyburti maximi natorum filij oppidum vocauerunt, Virgilius ēt. lib, septimo ait. Fratris Tyburti dictam cognomine gentem, Solinus quoq; de hoc meminit secundum Sextium. qui quidem vltra praedicta: non desunt inquit qui dicant singulum fratrem ciuitatem singulam condidisse. Testis est mons qui adhuc Cathyllus dicitur, & Cora oppidum inter Volscos.

Argos, Hippiū, Mycenę Iunonis templum Argis, Argi plures. Pelopon nesos, Lacedaemon, Sparta: Lycurgi leges, Spartae pueri Larissa Larissus fluuius, Albunea Albulę aquae Tybur, Anio, Sublaqūū Tyburtus, Corax Cathyllus.

Albus vt obscuro detergit nubila cælo
Sępe notus:neq; parturit imbres
Perpetuos:sic tu sapiens finire memento
Tristiciam:vitæq; labores
Molli Plance mero:seu te fulgentia signis
Castra tenent:seu densa tenebit
Tyburis vmbra tui. Teucer Salamina patremq;
Cum fugeret:tamen vda Lyęo
Tempora populea fertur vinxisse corona
Sic tristes affatus amicos.
Quo nos cumq; feret melior fortuna parente
Ibimus o socij comitesq;.
Nil desperādū Teucro duce & auspice Teucro
Certus enim promisit Apollo
Ambiguam tellure noua Salamina futuram.
O fortes peioraq; passi
Mecum sępe viri:nunc vino pellite curas:
Cras ingens iterabimus æquor.

ACR. ¶ Detergit nubila cælo,purum aerem facit, quem græci Leuconotum appellāt.i.serenū Ordo est,sæpe albus notus detergit nubila obscuro cælo.Plance.vocatiuus prop rijno minis.Molli mero.aut leui aut suaui.nā vino in obliuionem veniunt curæ.& tristicię fugātur.Seu te fulg.s.acsi diceret. seu signis militaribus,seu bellis misecaris.Seu dēsa te nebit.seu sis domi.Salamina.ciuitas Thelamonis.hic filijs suis Teucro & Aiaci ad troianum bellum ꝓficiscentibus legē posuit;vt alter sine altero non rediret. Aiace itaq; se perimenti ꝙ per dolum Vlyssis iudicio armorum victus sit,cū ipse corpus Achillis liberasset.Teucer memor imperij paterni patrem & patriā fugiēs responso Appollinis cum socijs alibi condidit ciuitatē.hunc fugientem dicit hortando comites suos ad pocula consolatum,& vino tristitiam mitigasse. Tamen vda lyæo.madida vino,O socij.ordo est.o socij o comites ibimus quocunq; feret nos fortuna melior parente.Auspice.fautore vel sponsore.Apollinem dicit,cuius responsa vel promissa sequebatur.Certus.nō fallax.veridicus.Ambiguā.duplicem vel ꝙ vna in cypro,altera in Thracia regione eē dicitur,vel ꝙ vna pulsus est,alteram condidit.Virg.similiter ambiguam duplicem posuit.Agnouit prolem ambiguam geminosq; parentes.Noua.s.incognita,peregrina, Peioraq; passi.Virg.O passi grauiora. Iterabimus.i.iterum nauigabimus.

POR. ¶ Albus vt obscuro detergit nubila cælo Sæpe notus.Hanc Oden quidā putāt aliam esse:sed eadem est.Nam & hic plancū alloquitur in cuius honore & superiore parte Tybur laudauit.Plancus enī Tyburti fuit oriundus,Album autē notum dixit,vt græci λευκονοτον ꝙ serenum faciat. vda lyæo tempora.υγρα λαγνα.ipsum enim vdum lyæo intelligi oportet.i.vino. Populea fertur bene non quemlibet.sed populeam coronā propter fortitudinem animi.Nā hæc arbor in tutela Herculis.Ambiguā Salamina.nūc duplicem intelligamus·quoniā alterā Teucer in Cypro insula condidit patria a Thelamone patre eiectus.O fortes peioraq; passi. vt Virg,O passi grauiora dabit deus, Nunc vino pellite curas.Cras ingens iterabimus æquor.Quidam stulte ab itinere ṽbum fictum putant:sed nequaquam sic accipiendum.cum simplicior elocutio magis rationem habeat:Teucer mari ven erat:quia a patria eiectus est errans ingēs iter,vt iteret ēt nauigationem socios hortatur.

ANTO Aquilo. ¶ Albus notus.permutāt duo vēti naturā Quū sit auster Aphricæ serenus.Aqlo nubilus:vt inquit Plinius lib.ij.Vbi etiā ait.ꝙ Auster Italiæ humidus est & c. νοτος.iqt Gellius:humor dr̄.Hic notus Auster dictus

Notus Teucer Molli mero.dulci suauiq; vino. Teucer Salamina patreq;.post finē Troiani belli teucer morte Aiacis fratris inuisus patri Thelamoni,quū non reciperetur in regnū. Cyprum concessit, atq; ibi vrbē nomine antiquo patrię Salamina cōdidit. Auctor est iustinus lib.vlt.Altera autem Salamin atticæ regioni adiacet,insula quidem stadiorū.lxx

Cum in longū porrecta, vel vt alij asserunt.lxxx. Scribitq; hæc Strabo li.ix.quū fugeret ,i. q̄uis.nā sequitur tn̄. Sæpe autem quū pro q̄uis reperitur.Cicero ad Cælium epistola vltima li.ij.Quæ quū essent incerta, existiaui

Lyęus, Lyo. Populus tamen faciendū esse & c.Lyęo.lyæus bacchi nomē ab λυω qđ ē soluo.eo ꝙ mētē & mēbra vinum dissoluat,Vnde sequitur paralysis.populea corona,populeā posuit co-

¶ Albus vt obscuro.facit qđ dixi.quia enim in superiorib⁹ vt iam vidimus præ cæteris locis amœnis Tybur propter amœnū secessū extulit,cohortatur Plācum vt frontē exporrigat.& curas mero demat.secutus naturā & principē virum.vnde dicit.Vt.i.queadmodum,notus ventus ex natura humidus,qui & auster dicitur,albus i.sublustris faciens nubis minus densas,quia densæ nigræ sunt,detergit i. fugādo amouet sæpe cęlo obscuro.s.priusq̄ flare incipiat,nubila,i.nubes,neq; parturit imbres perpetuos.i.continue durantes:sic tu plance sapiens vel memento sapiens.i,vt sapientē decet, finire iusticiam & labores vitæ,molli,i.maturo & nō nimis vehementi mero,seu castra fulgentia tenent te,seu densa vmbra Tyburis tui i.patriæ tuę tenebit te,s.peracta militia,hoc ē tā nūc quādoin castris degis .q̄ postmodū dum domi ocia læta duces. Id autē in castris faciendū docet exemplo Teucri dicens. Teucer. cū id est q̄uis fugeret,Salamina.s.patriam suā:hoc est vrbē Thelamonis patris sui.Decliatur aūt hęc Salamin vel Salamis:huius salaminos & c.accusatiuo hanc Salamina.& p̄rem.s. Thelamonē filiū Aeaci,qui eū ex Isiōe Priami sorore genuit multum autem est qđ dicit fugeret.sicut in Bucco,Maro.Nos patriam fugimus & c.q̄uis autem fugeret,tamen fertur vinxisse i.ligasse,corona populea.i.ex populo facta, qua & Hercules coronatus iferos petijt:tpa,s.capitis sui,vda.i.vaporata, lyeo i.Baccho,hoc est vino curas soluēte:affatus amicos.s.comites & socios fugæ,tristes.s. ꝓpter exilium eius:sic .i.in hæc ṽba. O socij & o comites,nos ibimus q̄cūq;(Est aūt Tmesis.i, incisio dictionis,quæ ab imperitis temesis dicitur)fortuna melior parēte.s,Thelamone,qui nobis,q̄bus fortūa belli pepcit. exitium minatur,feret.i.trahet nos.Maro. Quo fata trahunt retrahūtq; sequamur.Nil desperādū est supple vobis,Teucro hoc est me,sed moris est vbiq; se laudare vult. potius nomē ꝓpriū q̄ pronom ēponere,p̄sertim quū illustre sit. vt ęnei .v. Quę munera Niso Digna dabis primā merui quid laude corona.Duce.i.vos ducēte,& Teucro auspice.i.auspicij docto, & perito,& ita ad ꝓfectionē cohortante.Em̄ pro quia:apollo cœtus.i.infallibilis & qui certo scit sed nō voluit apertelo cū designare,ne diligētiā inquirēdi auferat.Non em̄ licet nobis omnia scire vt æne.iij.prohibēt nā cætera parcæ Scire,helenum fariq; iubet Saturnia Iuno,& ideo Apollo licet certus secundū ethnicos fallacia demoniorum deceptos:dubie tamē sępe respōdit,quod ne faceret precatur æneas ibidem dicens Da pater augurium atq; aīmis illabere nostris.promisit ergo certus,& est antithetō certus & ambiguam. Salamina ambiguam id est incertam mihi,futuram,tellure noua.i.in qua prius non fuit Salamin,hæc autem erat Cyprus.O viri fortes & passi peiora.sicut æneid.i.O passi grauiora dabit deus hisquo que finem.passi dicit mecum. ne se expertem laboris innuat: pellite nunc curas vino: quia nos iterabimus.i.iterum nauigabimus,cras ingens ęquor.i.mare.

rorram ꝓpropter animi fortitudinem. hæc em̃ arbos in tutela Herculis est. imitabat̃ ergo Herculẽ. qui ad in Hercules.
feros pergens eadem fronde se coronauit. O socij comitesq;. Socius par est. Comes vero minor. quippe q̃ se Socius.
quitur & ducem habet. Vtq; Victorinus li. i. rhe. vet. inquit, Socius est qui nobis aliquo pacto ad aliqd agẽ- Comes.
dum cõiungitur. Amicus vero est qui mihi vsu vitæ simili pio ac fideli amore coniungitur. Auspice Teucro Socius.
idest auspicij docto: per quod futura nosse poterat. Ambiguam. dubiam: vel duplicem. propter alteram Atti Amicus.
cæ adiacentẽ. Certus Apollo. nõ fallax sed veridicus. Nunc vino pellite curas. Plini. etiã li. xiiij. scribit nimio Ebrietas.
potu gigni fere rerum oĩm obliuionem: mortẽq; memoriæ: furorẽq; etiã. Iterabimus. repetemus.

Octaua Ode Dicolos Distrophos: in Lydiam meretricem.

Lydia dic per omnes
Te deos oro: Sybari cur properas amãdo
Perdere? cur apricum
Oderit campum: patiens pulueris atq; solis?
Cur neq; militaris
Inter ęquales equitat? Gallica nec lupatis
Temperat ora frenis?
Cur timet flauum Tyberim tangere? cur oliuũ
Sanguine viperino
Cautius vitat? neq; iam liuida gestat armis
Brachia: sępe disco
Sępe trans finem iaculo nobilis expedito?
Quid latet vt marinæ
Filium dicunt Thetidis sub lachrimosa Troię
Funera? ne virilis
Cultus in cędam & Lycias ꝓriperet cateruas.

Lydia &c. Obiurgat meretricẽ perdentem Sybarim amando; non sine amara irrisione pueri eam ita perdite redamantis: vt omne studium militare propter eam pretermittat, & cũ ea deliteat eam fouens. Ordo autem est. Lydia, dic, quod quia impiosum & odiosum est, vt in Buc. Dic mihi Damœta &c. mitigat dicẽs. dic oro te per omnes deos: cur properas. i. festinas. s. ante ętatem veneri maturam: perdere. i. destruere: amando. i. ꝑ amorem: aut quia nimis ipsum amas. qđ signanter & diserte dictum: quia meretrices quos amant maxime perdunt. illis enim oblectatæ cogunt eos sibi morem gerere. Sybarim puerũ illũ tacitum, & ita minus repugnantem & tractabilem ac delicatũ vnde nomen impositum a re ipsa. Et dic cur oderit campum apricum. i. soli expositum: patiens. i. cum sit patiens pulueris: atq; solis. Et dic cur neq; militaris. i. cum sit militaris; eqtat. s. amplius, iter æquales. i. coęuos suos, nec tẽperat. i. domitat & regit ora gallica. i. equorum Gallicorum, frenis lupatis: a lupinis dẽtibus, ad quorũ similitudinem facta sunt, sic dictis. Et cur timet tangere Tyberim flauum, vnde Albula prius dicebatur. i. cur non audet amplius natare, & cur vitat oliuum, id est oleũ quo vnctus tutius natet & luctetur, cautius sanguine viperio: id est q̃ vitare debeat sanguinem venenosissimi serpentis: qualis est vipera. Nec gestat iam, id est amplius, brachia liuida, id est plũbei coloris in armis. i. quem colorem inducunt arma, existẽs nobilis. i. insignis, & multis notus disco, & iaculo expedito, id est expedite iacto, aut iaculato trans finem. i. metam iuuenibus cõstitutam, vt discum aut vectem proijciendo vires exerceant. Quid, id est ad quid, latet. s. Sybaris apud te, vt. i. quemadmodum dicunt (quod & Statius postea in Achilleide dixit) filium Thetidis marinæ. s. deæ Achillem sup. latuisse in aula Lycomedis regis Scyri, vbi ex Deidamia eius filia Pyrrhum genuit sub, id est paulo ante tempora, cum tempora tenderent in funera lachrymosa Troiæ. i. ante excidium Troianum. dicunt inquam latuisse, ne cultus, id est vestitus virilis proriperet ipsum in cædem, & Lycias cateruas, pro eo quod est in cædem Lyciarum cateruarum. quæ Troianis suppetias tulerãt duce Orõte & Sarpedone.

ACR. Lydia dic ꝑ oẽs. Metrũ choriãbicum qđ constat ex choriambo & bacchio ita Lydia dic. ꝑ oẽs scđs ex epitrito scđo & duobus choriambis: & bacchio ita Te deos o. ro Sybarim. cur ꝓperas. amãdo. Lydia dic ꝑ oẽs. In Lydiã dicit vulgaris formæ mulierẽ: & sibi aliqñ dilectę cur ita Sybarim diligit iuuenem: vt eum ab omnibus officijs amore sui desistere fecerit. iter missa etiam exercitatiõe campestri: & sic apud eam lateat: sicut apđ virgines Lycomedis Achillẽ ferunt. qđ per histerõproterõ in riualem dicit. ordo est. Lydia dic oro: hoc est interrogo per omnes deos cur properas amando perdere. Perdere, κατὰ ἀντίφρασιν declamat. Amãdo perdere. amore perdere. vnde est. Vt vidi: vt perij. Apricũ. amœnũ. voluptuosum: Patiens. cũ possit iam ferre militares labores. Flauum. turbidum: Tyberim tangere. natare: qđ adolescentibus inter summa erat virtutum exercitationis studia. Cur oliuum sanguine. v. c. v. dicit. cur non exercet palestram: quã tractantes oleo vngebãtur, magis vitat oleum q̃ sanguinem viperinum venosum: Liuida brachia. assiduo vsu & pondere armorum. Disco. Discus genus ludi est certi ponderis. dicit discum quo iuuenes in agone contendebant. fortior est iudicandus qui vltra designati spatij finem eũ iecisset: ita vt missilibus certabat. ordo est. neq; iam nobilis gestabat liuida brachia armis: sæpe expedito disco trans finem: sæpe iaculo trans finem. Filium dicunt. Latuisse subaudis. Achillem dicit a Thetide absconditũ metu belli Troiani. Ne virilis cultus. Lycij populi fuerunt Troianis ferentes auxilium. vnde est. Vnamque Lycios fidumq; vehebat Orontem. Proriperet, raptim vel incaute iret.

POR Lydia dic per omnes te deos oro. Hęc Lydia amica videt̃ fuisse Sybaris nomine adolescentis: cui imputat q̃ amore sui implicitũ residem fecerit exercitationum campestriũ. Cur apricum oderit cãpum: cũ patiẽs pulueris atq; solis sit aut fuerit. Gallica nec lupatis temperet ora frenis. gallica ora. pro Gallicorum ora equorum. Lupata aũt frena sunt aspera: de quibus & Virg. sic ait. Et duris parere lupatis. Cur timet flauum Tuberim tãgere. qui in campo Martio exercebantur: & natabant post exercitium: quia & hoc videtur necessarium militiæ esse. Sæpe disco sę. trans finem iaculo. Nobilis ad excipiendum trans finem, expedito nobilis sępe iaculo. dicit autem eum gloriose & discum & iaculum misisse. Quid latet vt marinæ filium dicunt Thetidis. σιλλ:†ς. quia ex eo q̃ latet, latuisse accipiendum est. Lycias proriperet cateruas. Manifeste hic Lycias pro Troianis posuit.

Argumentum Odes Octauę.

ANTO Octaua Ode in Lydiam meretricem scribitur. Sybaris enim eius amore officia oĩa quę prius obire solebat, reliquerat: latẽs apđ eam, vti Achilles olim inter filias Lycomedis latuisse fertur: matre iubente: ne videlicet virilis habitus eũ in Troiã duceret De quo late Papinius. Id aũt latere apud Lydiã: & cõsueta officia reliquisse: in riualẽ quoq; dici existimemus. Lydia dic ꝑ oẽs. Ode ex dicolos Distrophos: metrũ habet Anacreõtiũ & Alcaicũ. Anacreontiũ ex Choriãbo & Bacchio cõstat. Alcaicũ ṽo Epitrito secũdo: Choriãbis duobus & Bacchio. Choriãbus cõstat prima longa, duabus breuibus, vltima longa. Bacchius prima breui: duabus lõgis, Epitritus scđs secũda breui tribus alijs longis. Lydia meretricis hic nomẽ ab Lydia regione: quæ & mœonia dicitur, sumptum est autem Lydia annexa Phrygiæ, vt Strabo li. xiij. edocet. Sybarim. Iuuenis hic nomẽ nõ abre posi

Anacreontiũ metrum. Alcaicũ metrum. Coriãbus. Epitritus ij. Lydia.

Sybaris. tum. Nam Sybaritę delicijs: & luxuria defluxerũt: vt patebit. & συβαρίς græce, latine tacitus & delicatus di
Cratis. citur. Alibi tamen fluuius est qui veterẽ separat Campaniam. Cui fluuio propriũ illud inesse tradit: vt in eius
aqua demissa virgulta saxificentur: forma tamen colore꜓ seruato. Auctor est Strabo lib. v. Plinius vero lib.
Crotoniatæ. iij. dicit. inter duos amnes Cratin & Sybarim: vrbem fuisse eodem nomine. sic, etiam Strabo lib. vi. ait, addẽs
ꝙ ea ciuitas tanta excellentia & felicitate excreuerat: vt quaternas proximas rexerit gentes: & quinq́ ac viginti vrbes suo subdiderit imperio. Totam autem felicitatẽ intra dies. lxx. Crotaniæ illis interceperunt, adeo
delicijs, & luxuria intemperantes defluebant. Vrbe em̃ potiti inducto fluuio cũcta demerserũt. Qui de Sybari biberint: sternutamentis agitari constat. Cratis autem homines in eo lotos cęsarie candidos & flauos effi
Amãdo. cit: ac multis medetur morbis. Amando perdere. per antiphrasin est: nam qui amat: vel qui amatur, fauere debet: non obesse. preterea amãdo hic potest actiue & passiue accipi: ita vt Lydia amet Sybarim: vel vt ametur a Sybari. Apricũ. soli expositũ. Patiens pulueris: atq́ solis. cũ assuetus sit pati & puluerẽ: & solem. Cur
Iuuenũ exercitia ĩ equis. neq́ militaris. Iuuenũ exercitia narrat. Nam vt Vegetius scribit: iuniores in equis ligneis exercebanť: tãtaq́ cura erat: vt non solũ a dextris: sed etiam a sinistris partibus & insilire & desilire discerẽt: euaginatos etiã gla
Gallica. era. dios vel contos tenentes. Gallica ora. gallicorum equorum. Strabo li. iiij. ait ita. Vniuersa vero natio: quã hęc ætas gallicã vel gallaticam nominat: martis studio: & animorũ ardet impetu: cõferendę pugnę alacritate im
Galitiæ equi. pigra. Et paulo inferius sic. Ephorus tã latæ Galliæ magnitudinẽ excedere tradit: vt quã nũc vocamus Iberiam: plurima illius spatia Gallis vsq́ Gades attribuat. Iusti. aũt li. vlti. scribit: ꝙ tanti in Galitia ac Lusitania & tam pernices visuntur equi: vt non immerito vento ipso concepti videantur. Pli. etiã li. viij. de equis scri
Asturia. bit. ꝙ in Hispania gallica gẽs & Asturia est equini generis &c. Lupatis frenis. i. asperis. ab lupinis dentibus:
Lupus frenum. qui inęquales sunt: vt inquit Seruius. Lupus autem & lupatũ frenũ dicitur. Oui. in tristibus. Et placido duros accipit ore lupos. Et Martialis. Mordent aurea ꝙ lupata cerus. Tyberim tangere. i. natare. Natãdi vsum
Lupatũ. inquit Vegetius: ęstiuis mensibus omnis æqualiter debet tyro condiscere. Non em̃ pontibus semper flumi
Natandi vsus. na transeuntur. Ideoq́ Romani veteres Campum Martiũ vicinũ Tyberi delegerunt: in quo iuuentus post exercitiũ armorum sudorem puluerem q́ dilueret. Cur oliuum. olei natura tepefacere corpus: & cõtra algo
Olei natura. res munire. Vsum eius ad luxuriã inuenere Græci vitiorũ omniũ genitores: in gymnasijs publicando. Auctor est Pli. lib. xv. Vtq́ Liuius docet, Annibalis milites pugnaturi ad Trebiã oleo mollierunt artus: p ma
Grecorũ vitia. nipulos misso: ab ipso. s. Annibale. hic aũt de ceromate intelligitur. De quo satyra. ij. in Iuuenalẽ iã diximus
Armis. i. armorum exercitatione: vt disci: & iaculi. hæc em̃ vna est clausula. Disco. graui lapide: & rotundo:
Discus. qui exercitij causa corporis ad auras projciebať. Vegetius ait. Ad lapides vero vel manibus vel fundis iaciẽdose xerceri diligenter conuenit iuniores. Dicitur autem discus a δισκεῖν iacere. Iaculo. Tyrones iacula aduersus palum tanq̃ aduersus homines iaciebant. Armorũ doctor attendebat: vt magnis viribus & destinato iactu hastile torquerent: vt vel in palũ vel iuxta dirigerẽt missile. Quod idẽ Vegetius edocet. Filiũ Theti
Scyros s. dis in mari ęgęo vna cycladũ est Scyros longitudinis. xxv. miliũ passuũ: antea phœnice appellata, vt Pli. li.
Achilles puella. iiij. ait. In ea vero Lycomedes rex erat apud eũ itaq́: nã filias habebat: Achillẽ puellari habitu Thetis deposuit. Audierat em̃ a Proteo vate apud Troiã periturũ Achillẽ: hinc mater eũ celare Achiuos: vt dixim⁹: vo
Sub. luit. ab Vlysse tãdẽ recognitus est: & ad Troiã ductus. Sub. i. aň. Virg. in geor. Sub lucẽ exportãt calathis. p
Sarpedõ aň lucẽ. Lycias cateruas. Lyciorũ rex Sarpedõ Iouis filius Troianis fauit: vbi a Patroclo occisus est. Hora. Lycios pro Troianis omnibus illorum q́ socijs posuit. de Sarpedonis morte libro. xvi. Iliados late habetur.
Proriperet. traheret ipsum Achillem.

Ode. ix. Tricolos Tetrastrophos ad Thaliarchum.

Vides vt alta stet niuę candidum
Soracte: nec iam sustineant onus
Syluę laborantes: gelu꜓
Flumina constiterint acuto.
Dissolue frigus ligna super foco
Large reponens: atq́ benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum dyota.
Permitte diuis cætera: qui simul
Strauere ventos ęquore feruido
Deprẹliantes: nec cupressi:
Nec veteres agitantur orni.

ACR. Vides: vt alta stet niue candidũ. Metrũ duobus versibus Alcaicum: quod cõstat ex pentemimeri iãbica & cæsura & duobus dactylis, ita. Vides. vt al. ta stet niue. candidũ. Tertius dimeter iãbicus hypercatalecticus. i. ex duobus dijãbis, vel ex quatuor iãbis, & cæsura, ita. Sylug, labo, rãtes, gelu, q́. Quartus Pindaricus ex duobus dactylis & duobus trochęis ita: Flumina constite. ruti. a. cuto. Inter Pherecratiũ & Pindaricũ: hoc interest. Pherecratiũ cõstat ex spondeo dactylo & spondeo. Pindaricũ ex duobus dactylis & duobus trochęis. Vides vt alta stet. i. cooperiať. vt, Stãt lumina flammę. & Iã puluere cęlũ stare videt. Ca-
Soracte. didũ. candẽs niuibus. Soracte. mons Apulię in quo Apollo colebať. vt, Summe deũ sancti custos Soractis Apollo. Sylug laborantes. ponderis magnitudine. Flumina. c. a. nimietate frigoris etiam flumina concreta a cursu suo stetisse dicit. Super foco: vt Multa sup. p. r. s. h. m. & alibi. Gemia super arbore sedit. Large. abundanter: copiose: pro foci magnitudine. Benignius. remissius solito. Deprome. hauri: ꝓpina. Quadrimũ. i. quatuor annis inueteratũ. O Thaliarche. nomẽ eius ad quem loquitur. Diota. vinariũ vas. i. magaũ duas habens ansas. Permitte di. c. omnes sollicitudines ordinationi numinum debere committi dicit. Qui simul. simul dixit in momento omnia tranquillantes. Strauere. placidũ fecere. Vir. Sterneret ęquor aqs remo, vt luctamen abesset. Aequore. f. con citato mari propter ventos prælsantes. Nec v. a. o. nec cõmouenť sedato fluctu vẽtorũ.

POR. Vides vt alta stet niue candidum Soracte. Thaliarchũ ad lætiorem vitam hortatur: vt lusibus adolescẽtiæ q̃ diu ętas permittit, vtatur. Notandum aũt ꝙ neutro genere. Sora-

Vides vt alta. Ex asperitate hyemis monet Thaliarchũ, quasi principẽ festiuitatis & cõuiuiorũ: vt igni & vino frigus & curas, ꝓpellat: vt Mãcinel. latius exequit. Ordo ẽ. O Thaliarche tu vides, vt. i. qualiter, Soracte mõs ille in phaliscis Apollini sacer: stet. i. rigeat, Soracte inquã candidũ. i. albicans, alta. i. densa niue nec. i. & non, hoc est, vides vt sylug laborãtes. s. onere niuiũ nõ sustineant iam. i. amplius onus. i. pondus niuiũ, quia aut rumpuntur, aut declinantur in terram, & vides vt flumina cõstiterint. i. constricta sint & impedita a cursu seu fluxu: gelu acuto. i. aspero, qď in glaciẽ cõuertit aquas. Et ideo dissolue frigus reponens. i. iterũ atq́ iterũ ponens large ligna super foco. i. loco qui ignẽ fouet: & deprome benignius. i. indulgẽtius & abũdantius (sicut cõtra maligne fit, qď parce & ab nõ fauẽte) merum quadrimũ. i. quatuor annorũ, dyota. i. amphora binas aures habente: sabina. i. quæ in sabinis recondita est: aut quæ sabinum vinum cõtinet, & permitte diuis cætera. i. regimen mundi & auræ temperiem: qui. s. diui simul. i. statim, vt strauere. i. sedauerũt: vẽtos depręliantes scilicet prius, ęquore feruido, id est

freto: aut feruido, id est æstuoso & multum commoto, nec cupressi nec orni veteres agitantur, id est nulla fit amplius commotio, ad quorum exemplum tacite innuit etiam mentis agitationes sedandas esse.

cte dixerit: cū vulgo Sorax dicatur. Est autē hic mons in Phaliscis. Stet autem plenum sit signat. vt Ennius. Stant puluere campi. & Virg. Iam puluere cælum stare vides: & in Buc. Stāt & iuniperi & castaneę hirsutę.

Flumina constiterint acuto. Vtrum ad sensum frigoris pertinet quod velut vitrum pungit. An ꝙ frigus velut vitrum acutum sit. Super foco. super focum videt̄ dicere debuisse: sed frequēs in hac figura Horatius: vt Districtus ensis: cui sup̄ impia ceruice pendet. Atqꝫ benignius deprome quadrimū sabina O Thaliarche merū dyota. Dyotam amphorā dicit ꝙ ansæ ei velut aures sint. ergo græca appellatione hoc dicitur. Dyota.

Argumentum Odes Nonæ.

Nona Ode Thaliarchum puerum ad voluptatem lætioremqꝫ vitam hortatur. Dicit enim cum maxima vigeant frigora: lignis foco repositis dissoluenda sibi. Merumqꝫ opimū exhibendo: crastina curet minime: nec itē dulces spernat amores: aut choreas, dū iuueni sibi canities abest. Qui vero dicūt poetā hic loq̄ ex Epicuri sententia minime veri esse vidētur. Epicurus eñ in epistola Herodoto missa: hęc ait. Cum itaqꝫ dicamus voluptatem finem esse: nō luxuriosorū voluptates eas ve quæ in gustu sunt positæ: vt quidā ignorātes: aut ab nostra sententia dissentientes: aut male accipientes: arbitrantur, sed nō dolere corpore: animoqꝫ trāquillū eē: & perturbatione vacare dicimus. Non enim conuiuia & comessationes: non puerorū mulierumqꝫ cōgressus: non piscium vsus: & cæterorū quæ affert præciosior mensa: suauē gignit vitam: verum ratio sobria, causasqꝫ perscrutans: cur quæqꝫ vel eligenda: vel fugienda sunt: opinionesqꝫ expellens: per quas aīos vt plurimū occupat tumultus. Horum omniū initium maximūqꝫ bonum prudētia est. hæc ille. Vides vt alta stet niue candidum. Ode est Tricolos Tetrastrophos. Est enim metrum ex duobus versibus iambicum Alcaicum constans duobus iābis: vel spōdeo & iābo: cæsura: duobusqꝫ dactylis. Tertius Archilochius Hypcatalecticus est: ex spōdeo: iābo: spōdeo: iābo: cæsura. Quartus Pindaricus ex duobus dactylis, & duobus trochęis. Hypercatalecticus aūt versus dr̄ exuberās vnica syllaba. ὑπὲρ hyper qđ est super, supra, vltra & καταλεκτικον terminatum, quasi superflua terminatio. Thaliarchus autem nomē est a poeta fictū. Nam dici potest cōuiuij, seu festiuitatis princeps. θαλία nāqꝫ dr̄ conuiuiū: fertū, festiuitas. ἀρχος princeps. Stet. i. cōsistat. plenū esse hic non conuenit: nā alta niue candidū dicit. Soracte. scribit Solinus ꝙ perpaucæ familię erāt in agro Phaliscorum: quos Hyrpos vocabant: qui sacrificiū annuū ad montē Soracte faciebant: idqꝫ operātes gesticulationibus religiosis impune insultabant ardentibus lignorū struibus: in honorē diuinę rei flāmis parcentibus. Strabo etiam lib. v. ostendit: Soracte in phaliscis esse iuxta flaminiā viā. Sub quo mōte: vt ait: vrbs erat Fetonia quo nomine & dea quędam nūcupabat̄: quā finitimi miro dignabātur honore: quo in loco ipsius templū erat mirificū sacri genus habēs. Nā quieius numine afflabant̄: nudis pedibus prunas & copiosum cinerē inambulabant nulla lęsione sub hoc dæmone. Id aūt quotannis celebrabat̄. Hor. vero hic ī Sabinia Soracte esse ostendit: vl̄ potius prope. nā ꝑpe est, vt vidimus. Distatqꝫ ab vrbe Roma milibus passuū vltra viginti. Dicitur aūt Soracte, vt puto: a σωρεία quod est congeries, vel a σωρος qđ est aceruus cumulusve. est. n. mōs altiss. mus. Gelu acuto. Acutū dixit qm̄ gelu ipsum acutum fit aqua paulatim stillante. vel acutū ait: qm̄ suo innato frigore cum tangitur: pungere videtur atqꝫ vrere. Dyota. potādi vasculum. a δυο qđ est duo, & ὦτα plurali nūero aures: quasi duas aures. i. ansas habens. Cętera. i. omnes alias curas. Tu vero voluptati incumbe & quietæ vitę, futurorū minime sollicitus. Dij, eñ post aduersa ꝑ seipsos quietē tribuūt hoībus & iucunda. hinc ait. Qui simul & stra. &c. Strauere. quiescere fecere, atqꝫ subsidere. Feruido. ęstuanti. Orni. arbores sunt albo cortice graciles & altæ: dictę vt puto, ab ορνυω quod est insurgo īcito promoueo. itaqꝫ si nec orni nec etiam cupressi graciles quoqꝫ & altæ stratis vētis agitantur, quid de arboribus erit crassis & robustis?

ANT. Epicuri voluptas. alcaicū. iambicū. archilochium. Hypcatalecticū Pindaricum metrum. Hypcatalectic9 versus. Thaliarchus. Thalia. archos. Phalisci: Hyrpi Soracte. Feronia. Soracte. vnde. Dyota. Orni. Ornyo. ACR.

Quid sit futurum cras fuge quęrere: &
Quem sors dierum cunqꝫ dabit lucro
Appone: ne dulces amores
Sperne puer: neqꝫ tu choreas:
Donec virenti canities abest
Morosa: nunc & campus & areæ
Lenesqꝫ sub noctem susurri
Composita repetantur hora.
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellę risus ab angulo:
Pinusqꝫ direptum lacertis
Aut digito male pertinaci.

Quid sit futurum. Prosequitur eandē materiā. Quia enim sollicitudo rerum futurarum pręsentium demit voluptatē, dicit. fuge q̄rere. i. disquirere: quid sit futurū cras, & appone lucro id est deputato de lucro, quęcunqꝫ dierum sors aut sors dabit. Nec. i. & non: & puer. i. cū sis adhuc puer: non sperne amores dulces. s. ætati puerili pubescenti. neqꝫ tu qui habilis & peritus es saltandi, sperne choreas donec canities. i. senectus, morosa. i. difficilis, & in nulla re contēta, abest tibi virenti, & campus. s. Martius, in quo exerceban iuuenes Romani, & areæ. i. alia loca exercitij in vrbe q̄ minora sunt q̄ campus, qui dictus ꝙ capiat ample, & susurri. i. cōfabulationes cum amica, lenes: i. suaues sine rixa, repetant̄ sub noctē. i. paulo ante noctē, hora cōposita. i. ad hoc constituta. Posset forte intelligi de susurris: hoc est murmure fluuiorū: quorū auditus & prospectus sub noctē gratus & iucundus est, sed quod sequitur, amicę cōgruit. Risus puellę, id est datus a puella ab angulo: proditor ipsius puellæ latentis gratus. s. tibi repetatur sup. nunc, id est composita hora, s.

Quem. s. d. Euētus dierum lucrare, & memor mortis citę, nec lętitiā nec amores omitte. Ordo est. quęcūqꝫ dierū dabit sors, appone lucro, & fuge quærere qđ sit cras futurū. Fuge quęrere, in vituperationē Mathesis dictum ꝙ magis cruciat expectatione & quæsitione futurorū. Appone. patienter fer, & habe pro lucro quēcunqꝫ dierum siue bonū siue malū dabit sors. Neqꝫ. t. c. Choreæ a choro dictę, ꝙ iunctis manibus saltetur. Virenti. tibi. s. iuueni, & adhuc viridis ętatis homini. Morosa. c. ꝙ morosum tarda deliberatione faciat. Campus & areæ. planus ad ludum locus, & repetātur ab inferioribus subaudis. Lenesqꝫ. voluptuosi. Susurri. confabulationes. ordo est. nūc & gratus risus ꝓditor puellæ latentis ab intimo angulo repetatur abs te. Latētis. Virg. Et fugit ad salices: & se cupit ante videri. Proditor. manifestator. Vir. Tectusqꝫ recusat prodere voce suaquē q̄: aut opponere morti. Gratus puellæ. puellam sibi gratam dicit: q̄ sæpe meretricio ritu manibus ludit amatoris. hāc autem dicit impetēdam. Pignusqꝫ direptum. l. pignus est, aut armilla de brachio, aut anulis de digito datus causa veniendi ad constitutum locum & subdole. Nam fingūt se retinere qđ volūt sibi adimi: vt habeant iustam causam veniēdi. Male ꝑtinaci. male in tenēdo ꝑseuerāte.

Quem sors dierum cunqꝫ dabit lucro appone. Ordo est. quęcunqꝫ dierum sors dabit lucro appone. per qđ dicit vnūquēqꝫ diem vitę nostræ nos de lucro computare debere eo ꝙ mors quotidie possit accidere. Nec dulces amores sperne puer. pro dū puer es noli spernere. Donec virenti canities abest mo

POR

Senectus. Morosi. Canities. rosa.i.senectus difficilis:nam morosi dicuntur multorum morum inter se cõtrariorum. Compos.ta.pro cõstituta. Nunc & latentis proditor intimo Gratus puellę risus ab angulo.gratus dicit.sic.n.puellæ solent verecundiam sexus cum libidine miscentes abscondere sequentibus amatoribus:& rursus vt inueniantur risu se prodere. Tale illud Virg. Et fugit ad salices:& se cupit ante videri. Male pertinaci. Belle male pertinaci.quia fingunt se retinere quod volunt sibi adimi:vt iustas habeant causas per quas veniant. ante noctem,aut interdiu,& pignus direptum.s.a puella,vt sit occcasio redeundi:lacertis.i.ab hũeris tuis,hoc est armillæ: aut a digito tuo:male.i.non satis pertinaci.i.annulum non semper tenenti,sed per dissimulationem dimittenti: vt repeti possit, repetatur nunc.

ANT. Aera. Campus. Fuge quærere.hoc ad animi pertinet tranquillitatem:ex qua summa voluptas redũdat. Lucro appone.qa mors imminet.vnde die quocq; accidere potest. Quęcunq;.vel bonũ vel malũ. Virenti.tibi iuueni Canities morosa.senectus difficilis & querula.hinc Iuuenalis ait. Vsqueadeo grauis vxori natisq; sibiq;, Vt captatori moueat fastidia Cosso. Morosi aũt vt Porphyrio inquit,dicunt multorum morũ inter se contrariorũ. Canities vero gñatur:vt docet Philosophus,ex putredine. Cum itaq; in senectute desit calor naturalis:q causa est digestionis: necessario pilorũ materia non bene digesta putrescit:hinc postea senes canescunt. Macrobi.etiã li.vij.scribit Canitiẽ ex nimio humore fieri:qd phlegma vocatur. Nã ideo albi sunt cani:quia colorem humoris quo nutriuntur,imitant. Campus. Martius.s.vbi iuniores exercebant:vt superiori Ode ostẽdimus. Areę plateę.nam loca in vrbe pura areę dicunt:vt Varro ait:ad similitudinẽ areę vbi frumenta secta terunt & arescunt. Festus etiã Pompeius inquit q area proprie dr locus vacuus.quasi exaruerit:nec possit quicq gñare. Aduerte tamen campos ãpliores esse:areas vero minores.hinc poeta hæc simul cõiunxit. Lenes. voluptuosi:suaues:dulces:gratissimi. Sub noctem:per noctẽ. Composita hora.constituta tibi ab amica. Susurri.confabulationes. Catullus. Verbosa gaudet Venus loquela. Nunc & latentis. Ordo est.& nunc repetatur gratus risus proditor puellę latentis ab angulo:quum em̃ risus auditur puellam latere ostendit.qd quidem ad voluptatẽ,& lusum fieri solet.hinc illud est in Buc. Malo me Galatea petit lasciua puella. Et fugit ad salices & se cupit añ videri. Pignusq; direptum lacertis.hic locus per antiphrasin ĩtellectus a quibusdã fuit.debemus em̃ intelligere pignus direptum a puella e lacertis amatoris:& anulum a digito eiusdẽ. Sic nãq; coguntur amatores repetendi gratia:qd reliquerant vi fere ablatum:puellas reuisere. Nam idcirco illæ id fecerant. Pignus di-

Armillę. Armi. Arma. reptum lacertis. Armillas intelligit direptas e brachijs amatoris a puella. Nã vt Festus edocet, Armillas ab armo(quibus viri militares ab imperatoribus donati)dictas esse existimant:q antiqui humeros cũ brachijs vocabant armos. Vnde arma ab his dependentia sunt vocata. Aut digito. anulum hic intelligit: direptum etiam a puella ex digito ipsius amatoris. Male pertinaci.ficte & debiliter tenaci:nã fingũt se amatores retinere; qd optant sibi adimi a puellis:& illud est:quo iustiores habeant redeundi causas.

Ode.X. Dicolos Tetrastrophos. De Mercurij laudibus.

Mercuri facunde nepos Atlantis:
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus:& decorę
More palęstræ
Te canam magni Iouis & deorum
Nuncium:curuæq; lyrę parentem:
Callidum quicquid placuit iocoso
Condere furto.

ACR. Mercuri facũde nepos Atlãtis. Metrũ Sapphicum hendecasyllabũ. Mercuri facunde. Mercuriũ laudat ab arte:vt idẽ ad Iuliũ Florum Seu ciuica iura Respõdere paras seu cõdis amabile carmen Prima feres hederæ victricis premia. & a genere,vt Vir. Tantitalem genuere parentes. Qui feros.c.qui incompositos mores hominum tua eloquentia ab ipso exordio domuisti. Voce.eloquio.ratione. More palæstræ.exercitatione eloquentiæ: siue qa ab ipso dicitur inuentum exercitiũ huius certaminis.hinc Vir. Et crines flauos & mẽbra decora iuuentę. Nuncium.interpretem. Sic Virg.de eodem. Nunc etiam interpres diuũ Ioue miss⁹ ab ipso, Testor vtrũq; caput,celeres mandata per auras Detulit, Lyre parẽ-

Pręstrigiator. tẽ.ipse.n.dr lyræ inuentor:& Apollo caducei. Callidum.ingeniosum.doctum. Iocoso furto. dulci. vt Vulcani Martisq; dolos & dulcia furta. Iocosum aũt furtũ vocauit artẽ pręstrigiatorũ:quã ipse ĩuenit. Pręstrigiator vero dicitur ab eo q prestringit aciẽ oculorum.& mire moderat dicẽdo iocoso: ac si diceret: nõ illo qd ad auaritiã & fraudẽ spectat.

POR. Mercuri facũde nepos Atlãtis. Hymnus in Mercuriũ ab Alceo Lyrico poeta. Facũdum autem Mercurium dixit: quia oratiõis inuentor. Nepotem Atlantis:quia Maiæ filius. Maia autem vna Ex Atlantibus. Voce formasti. Notum est Mercurium inuentorẽ existimari sermonis palæstræ lyræ & furto rũ. Magni Iouis & deorũ nũciũ. σχημα λεξεως hoc & Vir. Amphitryoniadę magno diuisq; ferebat. Iocoso furto.bñ iocoso. Nõ

ANT. em̃ illo quod ad auaritię fraudẽ spectat.deinde docet quid sit iocoso furto aliter.

Mercuri facũde. Disertissime accumulat laudes Mercurij nec immerito:est enim deus facundię & eloquẽtię:õnisq; solertię:& lirycię describere laudes deorũ.vt diximus ex aucto re nostro de arte.musa dedit fidibus diuos:puerosq;deorum. Primo ergo laudat eum a facunda sapientia,& canendi peritia quæ duo poetæ lyrico summe sunt necessaria:tum a vafritate & ingenioso furto lyricis puellarum dolos describere volentibus nõ minus scitu necessarijs. Qd autẽ eloquẽtia feros cult⁹ hominum reformet:attestatur etiam poeta in arte dicens. Syluestres homines sacer interpresq; deorũ Cędibus & victu fœdo deterruit Orpheus Dictus ob hoc lenire Tygres rabidosq; leones:Et Cicero in prĩcipio rheto.veterum docet quid valeat coniuncta sapientiæ. Ordo est. O Mercuri facunde.i.deus naturalis eloquẽtiæ:nepos Atlãtis,quia ex Maia eius filia genite qui catus.i.acutus & ingeniosus formasti feros cultus hoim recentum.i.recenter productorum,voce,& more decoræ palæstræ,id est exercitatiõe quã inuenisti:ego canam te nunciũ Iouis magni.i.egregij,& deorũ.s.aliorum, & parentẽ.i.inuentorẽ:lyræ curuæ in formam testudinis factę: & callidũ cõdere.i. abscondere furto iocoso.i.non auaro nec animo detinendi,qcquid placuit.s.condere:vt sequentia probant.

Mercurij inuenta. Rerum noia. Literarũ inuentor. Deorũ cultus.

Argumentum Odes. X.

Decima Ode Mercuriũ laudat ab genere.ab eloquẽtia.ab officio.ab inuentis.ab astu.a potentia. Est autem hymnus ab Alcæo sumptus,vt scribit Porphyrio. Mercuri facunde nepos Atlantis.hæc Ode metrũ habet vti secunda. Iam satis terris niuis atq; diræ. Volunt præterea Mercurium repertorem rerum plurimarũ: quibus vitæ hominũ consuleretur,fuisse,hunc enim primũ & verba in ordinẽ redegisse,& multis indidisse rebus nomina. fuisse quoq; literarũ inuentorẽ aiunt:instituisseq; quo honore quibus ve sacris coleretur dij.in primis obseruator astrorum cursus fuit:& vocum harmonias adinuenit:palestræ numerorũq;,& ad corpa curãda medicinæ artis,lyræ insuper ex neruis triũ chordarũ,instar triũ anni temporũ,repertorẽ tradũt. Tris em̃ instituit voces, Acutam grauẽ & mediam, Acutam ab æstate,grauẽ ab hyeme,mediam a vere sumens

hic & græcos docuit verborum interpretationem. Vnde & ipse Hermes .i. interpres appellatur. hæc oīa ex Hermes.
libro primo Diodori. Qui etiam li. vi. sic ait, Tribuuntur preterea Mercurio preconia, dissidia, ac fœdera que
libellis fiunt, præcones quoq; adijciūtur qui internuncij esse solēt: ob eamq; rem ab hoste tuti. Vñ & ipsum
cōmunem vtriusq; dicūt: cum ambobus vtilitatis communis ac pacis mutuæ interpres existat: mensuram in
super ac pondus & mercaturę questum reperisse affirmant, occulteq; inuicem speculandi modū. Præco etiā
deorum traditur nunciusq; optimus, quoniam mandata diligenter perficiat. Vnde & interpretis nomen as-
sumpsit. non q nominū aut orationis, vt quidam tradunt: fuerit inuentor: sed quia diligentius q̄ cęteri mādā
ta referat. palęstram eum introduxisse: & testudinis forma lyram adinuenisse aiūt. hæc ille. Mercuri. hic vo- Mercu. deorū in terpres.
candi casus media correpta profertur: est enim trochęus, deinde spondeus sequitur. de huiusmodi autem vo
catiuis latius meminit Gellius lib. ij ca. xxiiij. meminit item Priscia. lib. vij. Cice. præterea in lib. de. na. d. scri-
bit fuisse q̄nq; Mercurios. Tertium tñ Ioue tertio natum & Maia. Ex quo & Penelope Pana natū ferunt. Mercurij
Quartum vero argentum inuenisse, & Argum intermisse dicūt. ob eāq; causam ægypto prę fuisse: atq; Ae quinq;
gyptijs leges & literas tradidisse. Macrobius li. i. sat. docet optime Argum pro cælo accipi: & Mercuriū ꝓ so Pan.
le. Cui Mercurio Tetrachordium scribit attribui. quippe significat is numerus: vel totidem plagas mūdi, vel argus.
quatuor vices temporū: quibus annus includitur: vel q duobus æquinoctijs: duobusq; solstitijs Zodiaci ra- Tetra-
tio distincta est. Vt lyra Apollinis chordarum. vij. tot cælestium sphærarū motus præstat intelligi: quibus so chordiū.
lem moderatorē naturę constituit. Voce formasti. Cic. in lib. de na. de. Sic iam vero domina rerū: vt vos sole Lyra.
tis dicere: eloquendi vis: q̄ est præclara: q̄q; diuina: q̄ primū efficit, vt ea quæ ignoramus discere: & ea q̄ sci- apollinis
mus alios docere possimus. deinde hac cohortamur: hac persuademus: hac cōsolamur afflictos, hac ducimus ꝑ eloquētia
territos ab timore: hac gestiētes cōprimim⁹: hac cupiditates iracūdiasq; restiguimus. hæc nos iuris, legū, vrbiū Catus.
societate deuinxit. hæc ab vita immani & fera segregauit. Catus acutus proprie dr̄, teste Varrone, nō sapiēs. Palęstra.
Catus ingeniosus inqt Seruius li. i. ęnei. & Tullius li. i. de legibus ait. Quis igitur prudentē & vt ita dicam ca Pale.
tum nō ex ipsius habitu: sed ex aliqua re externa iudicaret? Palęstræ. Palestra dicitur ludus: & locus. παλη lu-
cta. παλαιω luctor. παλαισ*της* luctator. Iocoso furto. nō auaritię causa cōmisso, verū iocando ludendove.

ACR.

Te boues olim nisi reddidisses
Per dolum amotas puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.
Quin & Atridas duce te superbos
Ilio diues Priamus relicto
Thessalosq; ignes & iniqua Troię
Castra fefellit.
Tu pias lętis animas reponis
Sedibus, virgaq; leuem coerces
Aurea turbam, superis deorum
Gratus & imis.

Te boues. Prosequitur vt dixi reliquas Mercurij laudes. Ordo est. Apollo dum terret te puerū .i. cū formā pueri .s. bubulci induisses: voce minaci .i. minanti te transfigere iaculis nisi reddidisses boues .i. vaccas eius amotas olim, scilicet cum priuatus diuinitate armentū Admeti regis pauit: ꝑ dolū .i. per fraudem sicut putauit: qḋ nō putasset nisi diuinitatē amisisset: viduus .i. spoliatus a te pharetra .i. cum sensisset te sibi interea dūtibi minabatur etiam pharetram cum sagittis sublegisse, risit propter iucundū & argutum furtū tuum. Quin .i. quinimmo, insuper: Priamus diues: vt qui ingēs pondus auri cum Polydoro deposuerat, & ꝓ redemptione Hectoris extincti secū attulerat. vnde illud primi ęne. Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles. fefellit quia latuit: te duce relicto Ilio .i. dū tuo ductu Ilium reliquit, fefellit dico Atridas .s. Agamēnonē & Menelaum, & ignes Thessalos .i. excubias Thessalorū & castra inimica Troię per q̄ trāsiuit. Tu gratus superis & imis deorū reponis lætis sedibus .s. elysijs, pias animas, & coerces a pijs sedibus virga aurea .i. Caduceo turbam leuem .i. inconstantē & quæ fidem deo promissam non seruauit.

Te boues olim. sensus iste est. abegisti boues Apollini pascenti pecus Admeti regis. & cū tibi minaret sagitta nisi eas reddidisses volenti telū proferre pharetram pręstrigiatā ademisti. Ordo est. nisi reddidisses olim boues amotas per dolū, Apollo viduus pharetra dum terret puerum minaci voce risit te. Quin & Atridas. ordo est, quin & diues Priam⁹ relicto Ilio te duce fefellit supbos Atridas. Ilio diues Priamus r. Priamus duce Mercurio iuit ad Achillem relicto Ilio: & petiuit corpus Hectoris filij sui. Hinc Virg. Exanimūq; auro corpus vēdebat Achilles. Tu pias. l. a. r. s. virgaq;. Virgi. Tum virgam capit hac aīas ille euocat orco Pallēteis alias sub tristia tartara mittit. Virgam autem dicit Caduceum: qḋ primo Apollo habuit: & donauit Mercurio: lyra sibi tradita. Huius aūt virgæ hæc ratio est. Mercurius & orationis deus dicitur & interpres deorū. vnde virga bellantes diuidit .i. bellū, nam bellātes interpretum oratione sedantur, vnde secundum Liuium legati pacis Caduceatores dicuntur. & inde græce Hermes dicitur απο της ερμηνειας. sicut contra per fœciales bella sumebātur. Leuem. vanam: peccatricem.

POR.

Boues olim nisi reddidisses amotas, per dolū te puerū Apollo dū minaci voce terret pharetra viduus risit. Fabula hæc aūt ab Alceo facta. & iterū Mercurius idcirco tradit furādi reptor: qa orō, cuius inuētor est: aīos ad audiēdū fallit. Viduus pharetra risit Apollo Belle viduus pharetra pro viduatus pharetra .i. priuatus. Ilio diues Priamus relicto. diues Priamus opportune nūc dicit: q tm̄ .s. auri habuerit q filij corpus redemit. Mercurio aūt duce dicit ad Achillē venisse: qui custodibus somnū misit: vel q aurū sub tutela sit Mercurij. Iniqua Troiæ. pro eo qḋ est inimica. Thessalos ignes. cū ad Achillem venit propter Hectoris corpus redimendum. Letis sedibus. elysijs campis: Aurea virga .i. Caduceo

ANT.

Te boues. Ordo est. Apollo dū minaci voce terret te puerū: nisi reddidisses boues olim ꝑ dolum amotas apollinis
viduus pharetra risit. Te boues. Quo tēpore pastor Apollo Admeti regis pauit armēta: dum amori vacabat boues.
demulcereturq; fistula, eius boues incustoditas Mercurius in sylvis abscondit. Id aūt solus Battus pastor & Mercuri.
senex aduerterat: itaq; sibi silentij gratia vaccam donauit. hinc ille inqt, Tutus eas lapis iste prius tua furta lo- abegit.
quet. Simulauit Mercurius abire. Mox redijt versa figura cum voce, petijtq; a Batto vt ei aperiret: an boues Battus:
aliquas vidisset. Nam & vaccam & taurum tribueret ipsi. Inquit ille, sub illis mōtibus errāt. risit Mercurius di Index.
cens. Me perfide mihi prodis: hinc periurum in silicem vertit, qui nunc quoq; dicitur Index. hæc lib. ij.. Met. Iris ad
Addūt alij Apollinē, vbi omnia prædicta cognouit, sumpto arcu voluisse Mercurium sagittis offendere, ille Priamū.
tamen astu clam pharetram ei abstulerat: qua re cognita, risit Apollo cū prius irasceretur: Quin & Atrida. Qui adit
lib. Iliad. vltimo longo carmine scribitur ab Homero Irim ab Ioue missam Priamo significasse, Achillem cū Achillē.
donis peteret solo comitatus auriga, nec formidaret: Mercurius eñ ducturus erat eum incolumē in illius ten- Mercuri.
toria. Itaq; sumpto curru & ideo auriga iter arripuit, occurritq; sibi Mercurius illico dicens se Achillis aurigā Priami
esse tunc per aperta vagantem. Inde Priami currum ascendit, immissoq; somno castrorū custodibus gręcisq; ductor ad
omnibus inscijs ad Achillē peruenit Priamus nulli visus. Abs quo Hectoris recepto cadauere: muneribus achillem.

prius exhibitis:eodē Mercurio duce in Troiam reuersus est. Thessalos ignes.& per hos custodes intellig i qui ante Achillis clausum tentorium erant Achille cœnante:dum Mercurio duce aperta ianua ingressus est Priamus. Homerus enim li. Iliados vltimo inducit Achillem inter alia hæc Priamo dixisse. Te quoq; nescio quis deus huc comitetur euntem. Quandoquidem iuuenile etiam si robur inesset. Nec quisq̄ auderet:nec se committeret hosti Ingrediens furtim reserato cardine nostras Decepto custode fores. Tu pias lętis. Ordo est Tu gratus superis & imis deorum aurea virga pias animas lætis sedibus reponis:& leuem turbam coerces. Lætis sedibus.campis elysij. Leuem.vanam & delinquentem. Coerces.in tartaro scilicet. Virga aurea. Vir. lib.iiij.de Mercurio inquit. Tum virgam capit:hac animas ille euocat orco Pallentes: alias sub tristia tartara mittit. Dat somnos adimitq; & lumina morte resignat. Illa fretus agit vētos:& turbida tranat Nubila. Homerus itē lib. Iliados vltimo ait. Tum virgā capit:hac oculos deus excitat ipse: Hac dulces suadet somnos:& lumina claudit. Macro.li.i.sat.scribit Caduceum duobus draconibus ornatū fuisse mare & fœmina in nodū obligatis inuicem parte media voluminis sui. Martia.etiā lib.vij.sic ait Cyllenes cæliq; decus facunde minister Aurea cui torto virga dracone viret.

Mercurij virga.

Caducei.

Dracones.

XI. Ode Monocholos. Ad Leucotoen

TV ne quæ sieris:scire nephas:quē mihi quem tibi
Finem dij dederint Leucothoe:nec Babylonios
Tetaris numeros:vt melius quicquid erit pati
Seu plures hyemes:seu tribuit Iupiter vltimā
Quæ nunc oppositis debilitat pumicib9 mare
Tyrrhenū:sapias vina liques:& spatio breui
Spē longā reseres:dū loquimur fugerit inuida
Aetas, carpe diem q̄ minimū credula postero.

ACR. TV ne quæsieris,scire nefas: quem mihi quem tibi. Metrum choriambicum hexadecasyllabum:quod cōstat ex spōdeo,tribus choriambis,& pyrrhichio siue iambo:ita. Tu ne. quæsieris.scire nefas. quē mihi quem.tibi. Siue aliter, metrum est Phaleucium:quod scanditur ita. Tu ne.quę sie.ris.catalecton.scire ne.fas.catalectō. quē mihi.quē.catalectō.tibi. Nec Babylonios tētaris.vt qui conātur comprehendere finem vitæ suæ numeris. Seu.p.h. Sinecdochicos a parte totum.tempus enim pro anno intelligitur,& est sensus,licet cognoueris quæ res commoueat mare,necesse est vt bibendo reseces curam. Sapias.deest si. Liques.consumas,potādo proferas. Breui.s.propter breue spatium. Carpe diem.fruere pręsenti die nihil credens postero. Q̄ minimū.pene nihil significat.

POR. Tu ne quæsieris. Leuconoe. Leuconoen alloquitur,quę sollicita de vita sua mathematicos consulebat. Suadet autem omissa cura futurorum vnumquenq; diem de lucro computans læta exigat. Babylonios numeros.mathematicos intellige. Babylonij em̄ Astrologiam inuenisse traduntur: per quā Genesis colligitur. Et spatio breui spem longam reseces. Grata,id est cum spatium vitæ breue sit noli in longum spes tuas porrigere Vt melius quicquid erit pati. Nunc videtur alter sensus incipere. vt sic claudatur:vt melius possis pati quicquid erit. Ergo subaudiēdum hic verbum extrinsecus quod est possis. Sapias liques vina. Sapias pro si sapias veterum consuetudine dictum. Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare Tyrrhenū suauiter dictum,quia illisi fluctus in saxa debiles redduntur,hoc est vires amittunt. Carpe diem q̄ minimum credula postero. Metaphorice primo quoq; inquit die fruere. Trāslatio autem a pomis sumpta est quæ.s. ideo carpimus vt fruamur.

Tu ne quæsieris.argumentū huius Odes a Mancinello diligenter explicatur. Verum quantum ad intētionem:videt̄ velle cohortari ad tranquillitatē animi:sine qua nulla voluptas nullaq; beatitudo contingere potest: ideoq; cōgruei fictum nomē eius ad quā scribit. Nam Leucothoe,id est alba currēsq; puella a Phœbo corrupta fingitur:q̄ nimia indagatione s.deorū,quorum Sol princeps est,seipsam cōfecit. Vnde ordo est. O Leucothoe, Tu ne quæsieris,id est,caue disquiras & inuestiges nimium,quem finem.s.dierum,dij dederint mihi,& quē tibi: qa nefas sup.est scire.& ita nō expedit disquirere. Reuera noluit deus diem extremū sciri:vt semp parati simus. Vnde dicit dominus in euangelio. Vigilate itaq; quia nescitis diem neq; horam.nec tentaris, id est neq; tentaueris numeros Babylonios, id est supputationes astrologicas a Babylonijs potissimū excogitatas, vt sup.possis,aut sit melius pati, quicquid erit, scilicet patiendum,seu Iupiter tribuit tibi plures hyemes.i.annos seu tribuit tibi vltimū.s.hyemē hanc quæ nunc debilitat.i.fatigat, mare Thyrrenum:pumicibus.i.spongiosis scopulis oppositis .i.in littore positis ne terras obruat. Sapias,id est si sapias.liques .i.coles & dissoluas vina.s.promendo, & reseces.i.amputes, spatio breui.s.dierum:longam spem. Nam ętas inuida: fugerit dū loquimur,& ideo carpe.i.carptim absume diem.s.præsentem,q̄ minimum,id est in valde parua parte:credula,id est cōfisa postero,id est sequēti diei.quia forte nulla secutura est vnde in quarto huius. Quis scit an adijciant hodiernæ crastina vitæ Tempora dij superi?

Argumentum Odes. XI.

ANT. Vndecima Ode Leucothoen admonet,vltimū vitæ finem scire non quærat.cōsulebat em̄ illa mathematicos.hortat̄ postea præsentis diei lætitiam carpere:postero nāq; credēdū minime. Tu ne q̄sieris. Ode est monocolos,habens metrū Phaleticū constās spondeo dactylo cæsura,dactylo iterū & cæsura:inde duobus dactylis. Poterit etiam esse choriābicū metrū ex spōdeo,tribus choriābis & pyrrhichio siue iambo. Nefas.s.est deus enim futura solus vult nosse.vtq; legitur in lib.de na.de.nihil tam irridebat Epicurus q̄ prædictionem rerū futurarū. Multa tn̄ cernunt haruspices.multa augures prouident multa oraculis declarantur. multa vaticinationibus.multa somnijs.multa potentis. Leucothoe.nomen est a poeta fictum.fuerat em̄ Orchami regis filia pulcherrima quidē,& hinc a Phœbo stuprata.de qua lib.iiij. Met. Naso meminit.diciturq; ab λευκη, id est alba,& θεω.curro. Leucothea vero filia Cadmi fuit,aliter Ino dicta:ab Homero ponit̄ pro aurora.dicitur em̄ quasi Albunea seu alba dea:θεα nāq; dea est. Matuta etiā ab latinis dicitur:vt scribit Cicero li.i. Tus. Babylonios numeros. Cicero li.i.de diuinatione scribit q̄ in Syria Chaldęi cognitione astrorū solertiaq; ingeniorum antecellunt. Babylon autem vt Solinus scri.quondā Chaldęorum caput extitit. Numeros. calculationes ipsas astrologorū. Diodorus li.i.scribit Mercuriū fuisse numerorū repertorē. Pli.li.viij.inqt q̄ Epigenes apud Babylonios septingentorū viginti annorum obseruatiōes siderū coctilibus laterculis inscriptas docebat. Pati.adde possis. Hyemes.i.annos,per synecdochen. Quę.s.hyems vitia. Nunc debilitat &c.p q̄d intelligendū quo tpe hæc Ode scribebat̄ fuisse hyemē asperam quidē.nam ea mare concitabat̄. Pumicibus. spongiosis & aridis scopulis. Debilitat.dum.s.ibi illidit̄. Thyrrhenū.mare Thyrreniam radēs ad Austrū versus Thyrrhenū vocatur,auctore etiam Dionysio. Nos thuscum:Graij Thyrrhenū perhibent,inquit Mela At Solinus scribit ab mari Ligustico ad Siciliam Tuscū esse:quod Cræci Ionium vel Thyrrhenū:Itali inferum vocant. Thyrrheni autem dicti sunt ab Thyrrheno Lydiæ rege.& Diodo.lib.vi.scribit q̄ Thyrrheni fortitudine egregij magno potiti imperio ciuitates condidere plures atq; opulentas. Classe quoq; potentes cum diutius mari imperitassent,Italum pelagus Thyrrenum a se denominarunt. Pedestri quoq; exercitu

Phaleticū metrum.
Choriābicū metrū
Epicurus
Leucothoe.
Leucothea.
Ino.
Matuta.
Chaldæi.
Babylō.
Numerorū reptor Mercuri9
Epigenes astrorum pertus.
Thyrrenum mare.

præualidi tubam primi adinuenerunt. Sapias. p si sapias. ita Prisc. exponit lib. xviij. de constructione subiūcti & Mart. li. xi. inquit. Non puto si sapiam. Spatio breui. obbreue spatium. Liques. Liquare est dissoluere & liquidū facere. hinc liques futuri optatiui. potando autem vina liquātur. Inuida. nō enim vult nos esse qđ sumus Diem. presentem scilicet.

Duodecima Ode Dicolos Tetrastrophos. De laudibus plurium, & Augusti maxime.

Qvem virum aut heroa lyra vel acri
Tibia sumis celebrare Clio?
Quem deum? cuius recinit iocosa
Nomen imago.
Aut in vmbrosis Heliconis oris.
Aut super Pindo gelidove in Aemo
Vnde vocalem temere insecutę
Orphea syluæ.
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapsus, celeresq; ventos,
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Quid prius dicam solitis parentum
Laudibus? qui rex hominum ac deorum,
Qui mare ac terras, varijsq; mundum
Temperat horis.
Vnde nil maius generatur ipso.
Nec viget quicq̄ simile aut secundum.
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.
Prælijs audax neq; te silebo
Liber, & sęuis inimica virgo
Beluis, nec te metuende certa
Phœbe sagitta.

Quem virum & cętera. Perinde atq; musico furore se raptū sentiat, & instigatū ad alicuius laudes celebrādas: quęrita musa, quem virum: aut heroa: aut deū sumat celebrare. Hi tres eīn sunt laudandi. Sed mirandū est ingenium poetæ, qui ad vires suas respiciēs ab infimis proponit. Nam viri minores sunt heroibus: qui quasi semidei sunt: & heroes dijs imortalibus. Verum in prosequendo respicit ad merita dicendorum, nā a summis dijs auspicatus per eos ad diuos ex hominibus factos, ad heroas, & principes viros ad augustum vsq; progreditur. Ordo autem est. O Clio quem virum aut heroa sumis, id est assumis celebrare lyra vel acri. i. acuta tibia. Quē deū. s. sumis, cuius scilicet viri herois aut dei: nomē imago iocosa. i. echo referēs cātum musarum laudatorum nomina repetentium. cecinit aut in oris. i. nemoribus: vmbrosis, id est opacis Heliconis scilicet mōtis Phocidis apollini & musis sacri: aut super Pindo monte Thessaliæ, dicit autem antique, sicut maro, Frōde super viridi, aut in Aemo monte Thraciæ. vnde de quo monte: syluæ sunt insecutæ temere, id est sine ordine: Orphea vocalē. i. voce canentē & plectro: & morantem. i. retinentem: arte materna. s. Calliopes musę: hoc est musica: rapidos cursus fluminū & celeres vētos: blandū. i. & blande potētem: ducere fidibus. i. chordis canoris: quærcus auritas: quia auribus dulcedinem captātes Quid dicam prius solitis laudibus. i. secundum solitas laudes parentum. i. maiorum: q̄ sup. eum. s. Iouem, qui rex sup. est hominū ac deorum: qui temperat mare & terras & mūdum. i. ornatum vniuersum: varijs horis. vnde. i. a quo nil generatur maius ipso: qđ de deo vero conceditur: nec viget quicq̄ simile aut secundum. i. proximum ei: qđ negatur in deo patre, qui filium ęqualem sibi genuit. tamen Pallas. i. dea sapientię occupauit honores proximos illi. Neq; o liber audax prælijs apud Indos gestis: silebo te: & nec te o virgo. s. Diana inimica beluis. i. feris: nec te Phœbe metuende sagitta quam iratus promis.



Qvem virū aut heroa lyra vł acri ACR: Metrū sapphicū Hendecasyllabū. In hac Ode velut prępositio est cuiusdā incerti carminis. Nam dubitat quid primū vel qđ potissimum dicat: vtrum deorū cælestiū laudes: an Romanorū & fortium ducū: omēs tamen laudat: cum se fingit ancipitē per oratoriam paralipsim: verū maiori intētione in Augusti laudes contendit: quē secundum a Ioue vult esse in terris. Quē virum. de viuis iā semideis. Aut heroa. de mortuis. Ordo est Clio quē virum aut quem heroa sumis celebrare tibia: aut acri lyra. i. graue sonāti. Quē deū cuius recinit iocosa. ordo est. Quē deū sumis celebrare: cuius iocosa imago recinit nomē. aut in vmbrosis oris Heliconis: aut super Pindo: vel in gelido æmo: vnde sylue temere sunt secutę vocalē Orphea morantem rapidos lapsus fluminū materna arte: & celeres ventos blandū ducere: auritas quercus canoris fidibus. Iocosa aūt imago bene dixit quæ voces nostras imitari videat. Vnde vocalē. vocales omnes dicuntur summę vocis. Arte materna. musica. s. nam filius Calliopis dicitur. Auritas. sensum audiendi habentes. Ducere. ad se ducere. oblectare. Quid prius dicam. illū. s. qui temperat res hoīm ac deorum: aut quas ego soleo dicere laudes: vł quas omnes. Temperat. distinguit: vel diuidit: vel regit. Horis. a quibus velut temperatur annus per ver, æstatem: autumnum: & hyemē. traxit. n. tēperat a lyra. Vnde. ex illo qui cuncta temperat, vel a quo: vt Virg. Vnde genus ducis. & Genus vnde latinum Nec viget quicq̄. q. d. Iouem super omnia sine comparatione. Aut secundum. secundū aruspicum dicta vel disputationes, qui Iouē primam secundam & tertiam partem cęli solū volunt in fulminibus tenere. Proxios illi tamen occupauit. proximam Iouis honori Mineruam dicit: hoc est virtutē & sapientiam deo vicinam. vnde nulla quæstio est cur supra dixerit nil Ioui simile aut secundum: & in sequenti Mineruam posuerit. Prælijs audax. nimia. n. vini potatio litē generat & audaciam. Virgo. Dianam studiosam venandi dicit. Neq; te si. a superioribus. Metuende. c. p. s. Apollinem dicit sagitta metuendū pter Amphionem: qui cum filijs pereptus est, nam appollini & Dianæ certæ & ineuitabiles ad ferendū sunt sagittę: vtpote numinis: sicut est. Nec dextræ erranti deus abfuit.

Quem virū aut heroa lyra vel acri Tibia sumis celebrare clio. hæc a Pindaro sumpsit. POR. continet autem hæc ode laudes deorum ac principum Ro. Iocosa nomē imago. & hoc quia velut ludens respondet. Imago dicitur Imago. quasi imitago. Helicon autem mons Bœotiæ musis sacer. Pidus Thessaliæ mōs. Luc. Pindus agēs gemitus. Vnde vocalem temere insecutę Orphea syluæ. Quid est temere? vtrum inordinate & passim atq; confuse: an vero sine contatione & facile? Arte materna. i. musica. Orpheus. n. Calliopes musę filius. Blandum & auritas fidibus canoris ducere quærcus. Blandū ducere sua figura dixit: vt Callidū quicquid placuit iocoso condere furto. Auritas quærcus. audēter dictum. Relatum autem ad id qđ cantu mulcetur. Vnde nil maius. vnde aut ad Iouem, aut ad mūdum refertur. vnde aūt ita positum: vt Genus vnde latinum. pro ex quo. Quid prius dicam solitis parentū. solitis laudibus. Vtrum mihi solitis: an vulgo. Neq; te silebo liber. attende q; promittit se dicturum de his: non tamen dicit.

Argumentum Odes.XI.

ANTO Duodecima Ode insinuatione vtitur quo ad Cæsaris Augusti laudes deueniat. Itaq; Clio musam alloqtur dicens. Quem virum aut heroa: quem deum celebrare incipiet aut lyra aut tibia. Cuiusq; nomē recinet Echo: aut in Helicone, aut super Pindo, aut in Aemo: vbi quidem Orpheo canente syluę & arbores seqbātur eum: flumina & venti celeres sistebātur. Dumq; dubitare videtur: quid prius laudet, Iouem celebrare incipit, inde Pallada, Liberū, Dianam, Phœbum, Herculem, Castorē & Pollucē. Inde Heroas Romulū, Pōpilium, Tarquiniū, Catonē, Regulū, Scauros, Paulū Aemiliū, Fabricium, Curiū, Camillū, Marcellū, Iulium sidus. Tādem Augusti Cęsaris laudes pręponit omnibus. Nam secūdū ab Ioue vult esse in terris. Quē virum aut heroa lyra vel acri. hec Ode metrum habet vti secunda. Iam satis terris niuis atq; diræ. Heroa. Qui sint Heroes Augustinus lib.x. ostendit his verbis. Nomen Herоū ab Iunone dicit tractū: ꝙ grece Iuno Hera appellatur: & ideo nescio quis filius eius secundū grecorū fabulas heros fuit nūcupatus: hoc videlicet mysticū significante fabula, ꝙ aer Iunoni deputet: vbi volūt cum dęmonibus Heroas habitare: quo nomine appellāt alicuius meriti aīas defūctorū. Et lib. vii. inquit idē, inter lunę gyrū & nimborū & vētorū cacumina aereas eē animas, sed eas animo nō oculis videri: & vocari Heroas & lares & genios. Trimegistus quoq; auctor est heroas habitare inter aeris purissimam partem supra nos & terram, vbi nullus est nebulis locus. Acri tibia, idest altissima & graue sonanti: est enim materia grandior & sublimis. Clio. musarum vna est. grece sic scribit. κλέος nā κλειω est gloria: quæ quidē ex rebus gestis poetarū carmine relatis oritur. de qua Diodo. lib.v. Recinet resonabit, remittet, reboabit. Iocosa imago. i. Echo: quæ voces nostras imitari videt. est enim Echo vox aeris vel sonus in sylua vel in cauernis resonās. Dicitur autē Imago quasi imitago: vt scribit Porphyrio. Heliconis. in Aonia Bœotię parte mōs est Helicō Phocidi affinis ex Aquilonis partibus: nō ꝓcul a Parnaso distās: q in Phocide est. Parnaso æmulus est & altitudine & circuitu. Vterq; eīm niuibus pulsatur: & rupes amborū saxea est. hoc aūt in loco est cōsecrata musis sedes, fonsq; Caballinus & Libethridū speluca nympharum. Auctor est Strabo lib.vi. Scribit aūt Lysimachus Helicona & Cytherona denominatos ab Cytherone & Helicone fratribus: qui illic singulari pugnarūt certamine. Pindo, Pindus Thessaliæ mōs est: vt scribit Solinus. ex eius vertice: vt Strabo lib.vi. refert, Inachus amnis defluit. Gelido Aemo. Aemus Thraciæ mons est cuius excelsitas sex milia passuū cōtinet: vasto iugo ꝓcūbēs in Pōtū: vt Pli. ostēdit. de quo etiā lib.i. Fast. habet. Et quicūq; tuas accolit Aeme niues. Temere. iordinate. cōfuse. Vocalē: canorū, summæ, itē ꝑfectę suauisq; vocis. Orphea. Orpheus Thrax genere, filius Oeagri: doctrina melodiaq; ac poesi excessit oīs quorū extet memoria. Et eīm poema mirandū edidit: & suauitate cātus feras etiā ad se audiēdū alliciebat. Diod. li.v. id scribit. Arte materna. i. musica. fuit eīm filius Calliopes. Vir. in Buc. Orphi Calliopea. Lino formosus Apollo. Auritas quercus. audiēdi sensus habētes. Auritus. vt Festus inqt, ab magnis auribus dicit: vt sunt asinorū & leporum alias ab audiēdi facultate. Quid prius di. Sensus est. quidnā prius ego dicā cū solitis laudibus parētū. i. maiorū. Qui rex. illum sup. dicam q est rex. Varijs horis. i. die ac nocte: vel varijs temporibus, vere, æstate, autumno, hyeme: per quę oīa tēperat annus. Vnde. a quo rege. Viget: floret, valet, cōsistit Pallas: virtus & sapiētia. dicitur aūt a παλλω qđ est vibro, moueo. Bellona. n. dicit hasta vtēs. eadē & Minerua est. putantq; aerē nominatū palladē, ac Iouis filiā dici: & virginē fuisse: qm & nō corrūpat: & sublimiorē locū teneat: qua ꝓpter ex vertice Iouis dicit nata. id Diodo. lib.i. asserit. Vtq; cice. i lib. de na. d. ostēdit, Mineruā pricipē & iuētricē belli ferūt. aitq; idē Cic. Mineruā dictā qa aut minuit aut qa minat. Macro. li.i. sat. scri. ꝙ Porphyrius testatur mineruam esse virtutem solis: quæ humanis mētibus prudētiā subministrat. Nam ideo hęc dea Iouis capite generata memoratur. i. de summa ętheris parte genita: vñ origo solis est. Diodorusq; lib.vi. docet palladi olearū oleiq; educendi inuentionem tribuisse antiquos. Nam ante huius deæ ortū erat hæc arbor cum alijs syluestribus immixta: olei vsus aberat, cum esset ignota. Addūt ipsi quoq; vestiū apparatum & ędificandi artem. præterea volunt in cęteris artibus hominibus profuisse. Nam & tibiā eiusq; cantum & plurima instrumenta ad varia opificia adinuenit. Liber. scribit Diodo. lib.v. Dionysiū orbē fere deambulantem multas regiones reddidisse domesticas: ac propterea maximis apud omnes honoribus celebratum. Vini vineęq; extitisse auctorem. Exercitum quoq; secum non tātum virorū sed etiā mulierū circūducens: nefarios hoies atq; iniquos merita mulctauit pœna. In Bœotia vixit: in Indiā cū exercitu trāscēdens triennio post multis cum spolijs in Bœotiam redijt. Primus omniū triumphauit elephanto indico vectus. Bœotij cęteriq; greci, Thraces quoq;, in memoriā Indicę expeditiōis sacra Trieterica sibi instituerūt. Vnde & in multis græcis, vrbibus triennio bacchides mulieres conueniebant: apud quas de more virgines Thyrsum ferebāt in honorē dei bacchātes. Sustulit & oēs īpios qui in orbe erant: sed maxime Pēteū, ac Lycurgū hęc ex Diodoro. Macrobius aūt lib.i. sat. scribit Aristotelē dicere Apollinē & liberū patrē vnū eundēq; deū esse. Vtq; Nęuius ait, liber sol ab Romanis appellatur: ꝙ liber, & vagus est. Sunt vero q dicāt Bacchū appellari liberū patrē: quia hoībus libertatem videatur inferre. Nam etiam serui ebrietate durante arbitrātur se fregisse vincula seruitutis. liberat pręterea ab curis: & in agendis securiores facit. Scribit quoq; idem Macrobius dicto lib. ꝙ calor vini cuius liber pater auctor est, sępe hoīes ad furorē bellicum vsq; propellit. Virgo. Diana intelligit: quā & lunam eandē esse putāt. dicta vero est diana quia noctu quasi diē efficeret: vt scribit Cicero in lib. de na. d. Diodorus aūt lib.vi. docet Dictynnā in Creta genitā ex Ioue & Charmide retia ad venādum inuenisse: ex quo & Dictynna est cognominata. Cōsuetudine dianæ vtebatur: qđ causam prębuit, vt quidā dictynnā Dianāq; eandem esse existimarēt. Phœbe. scribit Macrobius lib.i. sat. arcu & sagittis Apollinis simulacra decorari: vt per sagittas intelligatur. vis emissa radiorum. Manu tamen dextera gratias gestare; arcum vero cum sagittis sinistra: ꝙ ad noxam sit pigrior: & salutem dextera manus promptior largiatur.

Heros. Hera. i. Iuno. Heroes. Clio. Cleos. Echo. Imago. Helicon Cyterō. Pindus. Inachus. Aemus. orpheus. Auritus. Pallas. Dyonisius. Bacchus Trieterica. sacra. apollo. Liber. Vini calor Diana. Luna. Dictynna. Retia. apollinis arcus & gratiæ

ACRON.

Puerosq; Le. Castorē & Pollucē Ledę filios. Amatorē equorum Castorem dixit: vt est, Talis Amyclęi domitus Pollucis habenis. Pollucē vero pugnis non bellis valentē ab eo ꝙ pugil fuerit: ergo pugnos dixit. vt Terentius. Pugnos in ventrē ingere. Hunc equis. i. equestri prælio. Alba. serena. signū geminorum: nam frequētius dum oritur tēpestates facit. sed hic prosperum posuit. Defluit saxis agitatus humor. laus stellæ a tempore: nam verno tēpore nascitur: quo & niues resoluūtur. Virg. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur. Agitatus. solutus. Concidunt venti. fugantur vt est. Et hyberni parcebant flatibus Euri.

Dicam & Alciden: puerosq; Ledę:
Hunc equis: illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Stella refulsit:
Defluit saxis agitatus humor:
Concidunt venti: fugiuntq; nubes:
Et minax (sic dii voluere) ponto
Vnda recumbit.
Romulum post hos prius: an quietum
Pompili regnum memorem: an superbos
Tarquini fasces dubito: an Catonis

Nobile letum.
Regulum & Scauros, animæq; magnę
Prodigum Paulum superante Pœno
Gratus insigni referam camena
Fabriciumq;.

¶ Dicam. &c. Prosequitur reliquos dices. Ego dicam. i. canā & laudabo, & .i. ct Alciden. i. Herculen Alcei nepotē, & pueros. i. filios Ledæ. s. Castorē & pollucē geminos, hūc. i. alterū eorū. s. castorē, nobilē. i. magnæ famę & clarū supare eqs. s. domādis, & illū. s. Polucē nobilē supare. i. excellere, pugnis. i. arte pugillādi, qrū. s. fratrū gēinoꝝ simul. i. dū simul stella refulsit. i. resplēduit alba, i. lucida (vt prius. Sic fratres Helenę lucida sidera) aut fauorabilis, nautis. i. nauigātibꝰ, humor. s. vndarū maris agitatꝰ. i. cōmotus v i vētorū, defluit. i. deorsū fluit, saxis. i. de scopulis, & vēti cōcidūt: i. simul cadūt: & nubes fugiunt. s. a mari, & vnda minax. idest prius minans submersionē recumbit. idest residit ponto. i. mari. sic dīj voluere, hoc est cur id fiat nescitur, nisi q dīj ita voluere, vt dum geminę faces geminorum nautis appareant, trāquilla sint oīa, Ego dubito, an memorē post hos, scilicet deos & diuos atq; heroas grecos prius. s. q̄ alios, Romulū. s. regem & patrem Romani imperīj, an regnum Pompili. s. Numę, quietum. i. pacificum, cū ille religioni deditissimus Iani templum sub perpetua pace clauserit, an memorē. i. recitem, superbos. i. magnificos faces. i. insignia regalia Tarquini pro Tarquinīj. s. prisci nō supbi cognominati, an nobile letum. i. necem quā sibi ipse consciuit, catōis scilicet vticensis. Bonfinis, quia Tarquinius superbus illaudabilis videtur, intelligit de Fascibus Bruti illi ademptis, cui nō refragor, putem tamen sententiam superiorem nō pœnitedā Videre licet Bonfinis annotationē decimamquartam, secundum quam ordo est. an memorē fasces superbos, idest nobiles & quibus Brutus primus consul quodammodo superbequia sine collega vsus est, Tarquini, idest ademptos. Tarquinio superbo & filīs eius propter vim illatam Lucretiæ. Ego gratus scilicet ꝟtuti tātorū virorum, vnde imperium Romanū, aut partum: aut illustratum est: referam. i, recensebo insigni camœna. i. carmine, Regulum scilicet Marcum Attilium, & Scauros scilicet patricios viros. & Paulum. s. Lucium æmilium, ꝓdigū magnæ animę, quā pro rep. deuouit, pœno. s. Hannibale, superante. s. apud Cannas, q pro & Fabricium. s. Licinium.

Fugiunt. n. fugantur. Voluere dīj. vel pueri Ledæ. Recumbit. sternitur qd̄ vēto tumuerat. Romulum post hos. Ordo est, Dubito an prius memorem post hos Romulum an quietum regnum Pompili, an superbos fasces Tarquini: an nobile letum Catonis. hos autem Romanos duces & nobiles prætereundo commemorat, vt Augustum cunctis præferat. Nam Romulus vrbis Romæ conditor est. Numa Pompilius a curibus sabinis ad regnum vocatus est sacrorum inuentor. Tarquinius quoq; rex virtute magnus. sed hic priscum posuit: non superbum nam fasces nobiles dixit. Cato dum mortuo Pompeio apud Vticam obsideretur amore libertatis manu sua se peremit. vnde & vticēsis vocatus est. Regulus autem cū Afros vicisset, ab eisdem cum paucis captus ē quē cum Cartaginenses Romam pro commutatione captiuorum misissent, acqescentes romanos suo cōsilio reuocauit. hūc pœni dūsa cramēti memor reuertisset, sectis palpebris vigilīs necauerunt. Paulus: & Terēt. Varro consules aduersum Hānibalē missi sunt. hi apud Cannas Apulię vicū grandi exercitus Ro. clade superati sunt. Paulus postquā tantam vitio collegæ suorum vidit stragem se perimendū hostibus dedit. Fabricius q̄q; magnis pręmīs a rege Pyrrho tētatusdum nimis pauper censu esset corrumpi non potuit. de quo Luc. Quo te Fabricius regno, quo vēdidit auro. Curius paupertate clarus de agro ad consulatū reuocatus est, & q nū q̄ totondit cæsariē propter iniuriā ꝑturæ. camillus de exilio reuersus victores Gallos vrbe pepulit: & ad iternecionē cecidit, victor q sua sponte in exilium redīt. Pompili regnum, magna eñ pax fuit eius temporibus Superbos fasces. aut nobiles, aut re vera superbos. Regulum. referam inquit insigni camœna Regulum, Et Scauros. nobiles Romanos, qui & censores & cōsules fuerunt. Prodigū. cōtēptorē vitę. Gratus. aut delectabilis, aut libens, aut gratiā meritis debens.

¶ Puerosq; Ledæ. græca consuetudine pueros pro filīs, Castorem & Pollucem significat. Alba nautis stella. nunc candida & benigna, vt econtrario illud dicitur. Nigro cum lacte venenum, Defluit saxis agitatus humor. saxis littoris. s. quæ fundantur. s. fluctibus se in ea illidentibus: Et minax q sic voluere ponto. q sic voluere: pro cum voluere. Recumbit autē pro eō q quieta sit, dictum. An superbos Tarquini fasces. dubium est an, siquidem superbos fasces dixit. Tarq ni superbi intelligamus. Tarquinius enim superbus dignus non est cui laudes inter deos & hos quos principes nominabat, dicantur. Superbos ergo magnificos intelligamus. vt Tarquini prisci fasces dicat, non superbi. An Catonis nobile letum. eius qui se Vticę interemit. Animæq; magnæ. Aemiliū Paulum dicit q victus ab Hannibale apud Cannas Apuliæ vicum vitio collegæ Varronis: maluit perire q̄ ex eo fugere. ergo prodigum contemptorem intelligendum, prodigi enim dicuntur proprie qui bona sua a se disperdunt, quasi porro ea ab se agentes. Fabricium Licinium scilicet. POR.

¶ Alciden. Hercules vt ostendit Diodorus lib. v. antea Alcæus vocabatur. occisis autem duobus draconibus quos Iuno ad eum miserat, Heracleum dixere: quoniam Iunonis opera gloriam esset adeptus. succedēte tempore duodecim labores executus est, quos ei Eurystheus Mycenarum rex iusserat. De quibus quidē late satyra prima Iuuenalis iam diximus. Fuerat item Alcæus Amphitryonis pater. vt ostendit Euripides a quo Alcides Hercules ipse dicitur. Puerosq; Ledę. Castor & Pollux intelliguntur. fuit autem Castor equorum domitor, Polluxvero pugil. Hinc ait Homerus lib. īj. Iliados. Castor equorum domitor Polluxq; ī cæstibus audax. Scribit autem plinius lib. ij. q fulgurum effigies quædam & antemnis nauigantium alīsq; nauium partibus ceu vocali quodam sono insistebant, vt volucres sedem ex sede mutantes, graues quum solitariæ veniebant, mergentesq; nauigia, & si in carinæ ima decidissent, exurentes gemmæ autem salutares & ꝓsperi cursus pnūciæ, quarum aduentu fugari diram illam ac minacē appellatamq; Helenā ferūt, & ob id Polluci & Castori id numen assignant: eosq; in mari deos inuocāt. hominū quoq; capita vespertinis horis magno ꝑsagio cō fulgebāt. hæc ex illo. Diximus & plura Ode tertia. Sic dīj voluere. scilicet Castor & Pollux Romulum. fuit is decimusseptimus ab ænea ducēs originē. Vir bellicis rebus grauis ac strenuus, & ad cōstituēdū ciuitatis statū optimū prudētissimus fuisse perhibetur. vrbis autem fūdamēta iecit duo deuiginti natus annos nono Kal. Maīj horāpost secundā ante tertiam. regnauit annos. xxxvīj. de Cecinensibus egit primum triumphum capta eorum vrbe, & Acrone rege propria manu obtruncato. Rursum de Antennatibus triumphauit. de Veientibus tertio. apud Capreę paludē nonis quintilibus apparere desīt: annū vitæ agens. lv. Numa Pompilius eum postea vt naturam superantē mortalē templi adornatione & anniuersarīs sacrificīs Quirinum vocatum statuit honorari. Dionisius & Solynus auctores. Pompili. Numa Pompilius curibus sabinis habitabat vir consultissimus omnis diuini atq; humani iuris. Itaq; ab Romanis patribus accitus rex creatus est: summa q; oīm pace regnauit annos. xlīj. auctor est Liuius Superbos Tarquini fasces L. Tarquinius priscus Romanorum rex quintus de Sabinis triumphauit, omne nomen latinum domuit,

ANTO
hercules.
Heracleus.
alcides.
alceus.
Castor.
Pollux
romulus.
Romæ natalis.
Romuli anni. lv.
quirinus
numapō
targnius

Priscus. sceptrum regale. Secures Lictores Fasces. regnauit annos.xxxviij.Iā octogenarius iterfectus est dolo ab filijs Anci Martij.Ei aūt regnāti Hetruscia tulerūt isignia:qbus ipi reges suos adornabāt.coronā vꝫ aureā sceptrūqꝫ hn̄s sup caput aqlā,tunicā purpu reā cū signis aureis.& amictū purpureū fibriatū.Tulerūt ēt ei duodeci illas secures sūptas ex vrbibus singulis singulas,quas cū virgarū fasce lictores an̄ regē ferebāt. itaqꝫ lictores duodeci cū securibus ac virgis & ius diceti ei astabāt,& eūtē pcedebāt.Auctor ē Diony.Supbos fasces.i.nobiles & insignes.Catōis nobile letū.M.Cato iunior vticæ psidij causa perat:vt scri.Hircius li.v.de bel.aphr.Sed quū aduerteret vticēses se cęsari dedere velle,& eis psuadere nulla rōne qret vt secū oppidū defēderēt,ipse oībus rebus diligētissie cōstitutis,liberis suis Lucio Cæsari,q tū ei pqstor fuerat,cōmēdatis,& sn̄ suspitiōe vultus,atqꝫ sermone q̄ supiore tpe vsus fuerat,quū dormitū isset ferrū itro clā i cubiculū tulit,atqꝫ ita se traiecit.Qui dum aīa nōdū expirata cōcidisset,ipetu facto i cubiculū ex suspitiōe:medicus familiaresqꝫ cōtinere atqꝫ vulnus obligare cœperūt,ipe suis manibus vulnus crudelissīe diuellit,atqꝫ aīo p̄seti iteremit,hæc ex Hirtio.apia aūt li.ij.& Plutarchus dicūt Catonē bis plegisse librū Platonis,qui de aīa inscribitur,deīn obdormisse. postea

Catonis mors. vero se sub pectore impresso ense vulnerauit circa gallicinium. effluentibus itaqꝫ visceribus.quum strepitus insecutus esset,medicus accurrens illæsa viscera & vulnus colligauit.Cato deinde proprijs manibus viscera lacerans expirauit.anno ætatis.xlviij. Cognita iñ Catonis morte dixisse dicitur.Cæsar.Inuideo mortitueꝫ Cato.Nam & tu gloriæ meæ pro salute tua inuidisti.Scribit ēt de morte Catonis ipse Florus.Seneca itē epistola.xxiiij.Nobile letū:Valerius etiam lib.iij.de fortitudine hanc Catonis mortem laudat.Cice.item lib. pri. offi.secutus Stoicorum dogma laudat mortem Catonis seueri,grauis,atqꝫ perfecti Stoici.Stoici enim rigida disciplina formati mortem paratam habebant.Verum Peripateticorum sententia vituperādus ē Cato:timidusqꝫ potius appellandus q̄ fortis.quum sibi mortem consciērit,vt incommodum aliquod euitaret. Diuus quoqꝫ Augustinus hanc ipsam mortem vituperat.Philosophus item lib.iij.Ethico.sic ait Mortem autem sibi consciscere ob fugiendam paupertatem.aut amorem,aut molestum aliquid non fortis est hominis,sed potius timidi.Est enim mollitudinis laboriosa fugere.Atqꝫ non quia res est honesta appetit mortem,sed qa malum fugit.Et li.v.Nemo vero sponte iniuriam patitur.Atqui seipsum occidit sponte,id quod lex non permittit, cōtra legem efficit rectam:iniuriam ergo facit.Sed cuinam quæso?an ciuitati:non sibiipsi.nam sua patitur sponte.Quapropter & ciuitas mulctat,vt ciuitati iniuriam facientem. Regulum.M. Attilius Regulus

Attilius. Regulus xātippus Romanæ classis Imperator primo punico bello nauibus.l.supra trecentas in Libyam delatus est. a quo vrbes fere ducentæ in deditionem redactæ sunt,quæ Carthaginensium odio ad eum defecerunt.Cartaginenses post ea Xantippum Lacedęmonium ducem sibi fecere.Itaque multi Romanorum cæsi & capti sunt,cū quibus etiam Attilius Imperator, qui postea cauea clauis circumuallata inclusus extinctus est ex Libyco li. Apiani.Meminit etiam Plinius de viris illustribus.Multa etiam Polybius libro.i.Cicero autem libro secūdo de fi. scribit Regulum vigilijs & fame cruciatum,videto etiam Gel.libro sexto ca pi.quarto & Silliū lib. sexto Scauros.Scauri patricij fuerunt,quorum.M.Aemilius Scaurus eloquentiæ consultus ex ea gloriam pe

scauri Paulus æmilius. perit:de quo late Pli.de viris illustribus.Sallust.etiam in Iug.sic ait.Sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus homo nobilis impiger factiosus auidus potentiæ honoris diuitiarum.cæterū callide vitia sua occultās Meminit etiam de hoc viro Vale.li.iij.de fiducia sui.Paulum.L.Aemilius Paulus.M.Teren. Varronis collega secūdo bello punico fuit,q̄ tpe pugnatū ē apd Cānas cōtra Hānibalē, vbi primo stati p̄lio fūda grauiter ictus fuerat,tñ & occurrit sępe cū cōfertis Hānibali,& aliquot locis prælīū restituit ,ptegētibus eū eqtibus Romanis.reliquit postremo equū,qm̄ sibi vires deficiebant ad eū regēdū.Quūqꝫ.Cn. Lētulus.tribunus militū præteruehēs equo sedētē in saxo cruore oppletū cōsulē vidisset:Luci Aemili inquit quem vnum insontem culpæ cladis hodierne dij respicere debent,cape hunc equū dum & tibi virium aliquid superest. Comes ego te tollere possum ac protegere.ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris,etiam sine hoc lachrymarum satis luctusqꝫ est.Ad ea consul.Tu quidem Cnæe Corneli macte virtute esto,sed caue frustra miserando exiguum tempus e manibus hostium euadendi absumas.Abi,& tu me in hac strage meorum patere expirare.hęc & plura exigentē prius turba fugientiū ciuium,deinde hostes oppressere consulem,ignorantes quis esset:obruerūtqꝫ telis,Lentulum in tumulum arripuit equus &c.hæc ex Liuio libro secūdo tertiæ Decadis.Prodigum.Prodigere est consumere,vnde & prodigus fit.Auctor est Festus.Camœna.Ca

pdigere. camœnæ fabricius mœnæ musę a carminibus sunt dictæ:vel qꝫ canunt antiquorū laudes.vel qꝫ sint castæ mentis præsides, vt Festus ait.Fabriciū.fabricius Licinius hōribus & auctoritate oī ciue tpibus suis maior,cēsu p vnicuiqꝫ pau pr̄io,qa Sānitibus,qs vniuersos i cliētellā habebat,decē ęris,& qnqꝫ pōdo argēti totidēqꝫ seruos sibi missos i Sāniū remisit,cōtinētiæ suæ bn̄ficio sn̄ pecunia prediues,sine vsu familiæ abunde comitatus,quia locupletē illū faciebat nō multa possidere:sed modica desiderare.Hæc Valerius scribit libro quarto de Continētia.

ACR.

Hunc & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit:& camillum
Sæua paupertas & auitus apto
Cum lare fundus.
Crescit occulto velut arbor æuo
Fama Marcelli:micat inter omnes
Iulium sidus.velut inter ignes
Luna minores.
Gentis humane pater atqꝫ custos
Orte,Saturno:tibi cura magni
Cęsaris fatis data tu secundo
Cæsare regnes.
Ille seu Parthos latio imminentes
Egerit iusto domitos triumpho:
Siue subiectos orientis oris
Seras & Indos:

Hunc,ordo est.hūc & Curium incomptis capillis:& Camilum vtilem bello tulit sæua paupertas: & auitus fundus cum apto lare, id est conueniens fundus & domus tenuitati. Incomptis. impexis, Vtilem bello tulit. vt Luc.Fœcunda virorum paupertas. Sæua magna.Sæuus vbi æacidę telo iacet Hæctor;. Crescit occulto velut arbor æuo. incrementa arboris nisi posteaq̄ creuerint nō videntur.Fama Marcelli, Marcellum Octauiæ dicit filium sororis .Augusti. qui puer mortuus est de quo Virgilius . Si qua fata aspera rumpas. Tu Marcellus eris:aut illū Marcellum commemorat:qui primus Hannibalem apud Nolam ciuitatem in fugam compulit:& ab eo postea occisus est.Iuliū sidus ,vt Virgilius .Ecce dionei.p.c.a.velut inter ignes.pulchra comparatio ,Gentis humane pater atqꝫ custos.apostrophe ad Iouem.est autem periphrasis. Fatis.per fata. Tu secundo.id est sit secundus a te, scilicet vt tu in cælo ille in terris regnet.Ille seu parthos latio imminentes , Parthi in latium nec venerunt nec tentauerunt venire:sed quia

Te minor latum regat æquus orbem:
Tu graui curru quatias olympum.
Tu parum castis inimica mittas
Fulmina lucis.

¶ Hunc & incomptis. Prosequitur reliquorum Romanorũ laudes: vt ad Augusti præconia tandẽ perueniat dicens. Paupertas sæua .i. valde magna, vel sæua quæ non miseratur egenos. Nam qui paupertatis amatores sunt, credunt eam nõ esse malam, nec habere causam miserationis. & fundus auitus .id ẽ ab auis iuste obtentus nec auctus, cum lare, idest domo & familiari re, apto scilicet tali fundo, tulit hũc .s. Fabriciũ iã dictũ & Curium .s. Marcũ, capillis incõptis, qa in agro vixit, aut qa intonsi erant prisci Romani, vtile bello .i. ad bellũ, & tulit camillũ, scilicet Furiũ alterum quasi Romulum & vrbis cõditorẽ. fama Marcelli .s. Marci, crescit velut arbor æuo occulto .i. ĩperceptibiliter transeũte, quia nobis dormientibus crescũt arbores. crescit autẽ fama clarorũ virorũ post mortẽ, quę viuis inuidia deterebatur. Sidus Iulium .i. quod visum est cum Augustus ludos funebres illi ageret, aut splendor gloriæ eius, micat .i. rutilat & splendet, inter omnes ignes. scilicet cælestes ꝗ stellæ sunt: hoc est inter omnes omnium laudes: velut luna micat inter ignes minores, quia a sole offuscatur. O pater atq; custos gentis humanę, idest humani generis, hoc est o tu Iupiter conditor & conseruator naturæ humanæ, orte, idest progeni te Saturno. a quo etiam latini reges originem traxerunt, quia Fauni Picus pater Saturni erat filius dicente Marone æneid. vij. Fauno Picus pater: isq; parentem Te Saturne refert, tu sanguis vltimus auctor. Meminit ergo hic Saturni, qa hic Iulius ex ænea & Lauinia Latini filia originẽ traxit cura magni Cæsaris scilicet Augusti est tibi data: fatis, i. eẽna prouidentia tu regnes, scilicet in celis, Cæsare existente secundo, idest tibi proximo, vt qui regnet in terris, vnde addit. ille, scilicet Cęsar Augustus seu egerit, id est vt Bonfinis sentit, rexerit a Vẽtido Basso prædomitos, aut egerit .i. in Basso triumphans ipulerit suo auspicio licet Antonij collegæ sui iussu victos Parthos. Mihi autem placet, vt sit sensus, ille .s. Augustus siue egerit .i. impulerit ad reddenda signa Romana: Parthos imminentes latio, i. qui post mortem Marci Crassi ablatis signis irruissent in latium nisi Augustus fuisset, vnde addit. domitos iusto triũpho quia materia iusti triumphi est tales domare, seũ egerit .id ẽ cõegerit expetere pacem & amicitiam Ro. Seras & Indos subiectos, idest domitos oris .id est in oris orientis .idest orientalibus. aut subiectos, idest additos oris orientis, Legũt Seres, sed qa corripitur videtur legendũ seras: accusatiuus eñ tertię non corripitur. nisi in as. siue ergo Parthorum seu Indorũ sit domitor, ipse æquus, idest iustus reget. aut vt Bonfi. placet, regat orbem latum existens minor te, quia tu quaties, idest concuties, aut & tu quatias .i. cõcutias graui curru, per quem secũdum vulgi opinionem tonitrua citat, vnde & Salmoneus volens imitari Iouis fulmina curru inuehebatur, vnde dicitur æne. vi. Vidi & crudelis dantem Salmonea pœnas. Dum flammas Iouis & sonitus imitatur olympi. Quatuor hic ĩuectus equis, & lampada quassans Per Graium populos mediæq; ꝑ Elidis vrbem Ibat ouans, diuumq; sibi poscebat honores. demens qui nimbos & non imitabile fulmen Aere & cornupedum cursu simularat equorum &. tu quaties ergo curru graui olympum, id est cælum, hoc est aerem: & tu mittes, aut mittas fulmina inimica lucis. id est syluis sacratis, sed parum castis & ita pollutis ac violatis, Lucis autem, idest in lucos. Sunt qui legant terris, idest in terras:

dilatatũ est imperiũ Romanũ latium vocauit, quia sub ditione latuerat, vt Virg. imbellem auertis Romanis a rcibus idũ .i. a ditiõe Romana. Egerit. subegerit. Domitos subiugatos. Seres & indos, subaudi a superioribus regnes secũdus a Cæsare. Aequus iustus ordo est, ille æquus minor te reget latum orbem. Tu graui. ordo est. tu quaties olympũ graui curru, tu mittes inimica fulmina parũ castis lucis. Quaties. honore numinum frueris. Parum castis. pollutis secundum pontificum documenta & haruspicum: qui dicũt nunꝗ fieri fulmina, nisi in locis pollutione aliqua alienis, POR.

¶ Apto cum lare fundus. & apto lare & cõueniente gratus fundus intelligendus. Fama Marcelli. Claudium Marcellum octauię Augusti sororis filium. Cuius interitũ Virgilius in .vi. libro deflet occultum autem æuum, occulte procedens. Iuliũ sidus. C. Cæsaris stellã dicit. Gẽtis humanæ. p. atq; c. quasi occultus sensus. hoc autem dicit magis, vt neminem secundum abs te velis esse ꝗ Cæsarem. Ille seu parthos latio. grata cõceptione loquitur. Nam dũ rationem inducit, ꝓ incolumitate atq; ĩperio Augusti, mire illi honorem indulget dicens, siue parthos domuerit siue seres atq; Indos, nihilominus tibi olympi regnum, tonitruare, atq; fulminare permittet. Graui curru quaties olympum hoc secundum vulgarẽ opinionẽ dicitur. ANTO

¶ Curium. M. Curius Sãnitũ legatis agresti se in scanno assidentem foco, ac ligneo catino cœnantem spectandũ præbuit, ille Sãnitum diuitias cõtẽpsit, Samnites eius paupertatem mirati sũt. nam quũ ad eũ magnũ auri pondus publicẽ illum attulissent, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet, vultum risu soluit, protinusq; superuacue inqt, ne dicam ineptæ largitionis ministri, narrate samnitibus. M. Curium malle locupletibus imperare ꝗ ipsum fieri locupletem, atq; istud vt preciosum ita malo hominum excogitatum munus referte: & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrũpi posse. Valerius libro .iiij. de continentia. ita scribit. Camillum. Furius Camillus sua iustitia Phaliscos in ditionem accepit, Veios hyeme obsidione domuit, deq; ijs triumphauit, damnatus postea ꝙ prædam inique diuisisset. Ardeam concessit. Mox quum Galli Senones relictis ob sterilitatem agris suis Romanum exercitum apud Alliam fluuiũ occidissent, victores vrbem intrarũt. Tũc Camillus absens dictator dictus collectis reliquijs Gallos ĩprouisos occidit, populũ Romanũ migrare Veios volẽtẽ retinuit, sic & oppidum ciuibus, & ciues oppido reddidit Auctor Pli. de viris illustribus. Sæua paupertas. Liuius etiã in prefatione ait. Quãto rerũ minus tãto minus cupiditatis erat. Nuꝑ diuitiæ auaritiam, & abundantes voluptates desiderium per luxum atq; libidinẽ pe-

Curius.

Camillus.

Diuitiæ

Lar.

reũdi perdẽdiq; om̃ia ĩuexere. Auitus per hoc maiorũ suorũ persimonia cõtẽtos ondit. Cũ lare .i. domo apto fundis. hoc est nõ egregia & supba domo. Oui. li .i. de Trist. Quæ nro frustra iũcta fuere lari. Idẽ li. i. de amor. Dij tibi dent nullosq; lares ĩopẽq; senectã, & lõgas hyemes perpetuãq; siti. Lares et Dij compitales dicuntur. Suetonius in Augusto. Cõpitales Lares ornare bis in anno instituit vernis floribus & æstiuis. occulto occulte ꝓcedẽti. Marcelli M. Marcellus Gallorũ ducẽ apd̃ Padũ ĩgenti exercitu stipatũ cũ paucis eqtibus inuasit, quem protinus obtruncatum armis exuit: eaq; Ioui feretrio dicauit. Id scribit Valerius libro. iiij. de fortitudine. Addit Plinius ꝙ Syracusas per tris annos expugnauit. quinquies consul, insidijs Hãnibalis deceptus & occisus est. Vtq; liuius lib. iij. de secundo bel. punico ostendit, sępius Hãnibalem ab Nola & ab Cumis in fugã verterat multis hostibus occisis. Iulium sidus. Iulius Cæsar in deorum numerũ relatus ẽnõ ore modo decernentiũ, sed & persuasione vulgi. siquidẽ ludis quos primo consecratos et hæres Augustus edebat, stella crinita per .vij. cõtinuos dies fulsit exoriens circa vndecimã horã. Creditumq; est aĩam esse cęsaris in cælum recepti: & hac causa simulacro eius in vertice addebatur stella. Suetonius ita scribit. Ignẽ .i. stellas. Cicero. lib. vi. de rep. Hisq; animus datus ẽ ex illis sẽpiternis ignibus quæ sidera & stellas vocatis &. paulo inferius ait. Erãt autẽ hæ stellæ quas nunꝗ ex hoc loco vidimus: & hę magnitudines omniũ, quas esse nunꝗ suspicati sumus. Ex quibus erat ea minima ꝗ vltima ab cælo citima a terris luce lucebat aliena, Stellæ

Lares

Marcellus.

Iulius Cæsar, Iulij sidus

Ignes id est stellæ

Luna.

Stellæ. autem globi terræ magnitudinē facile vincebant. Horatius autē dicēs, Velut inter ignes luna minores, locutus ē vulgari opiniōe. Gentis humanę pater atq; custos. Iupiter Saturni filius excellit fortitudine & cęteris virtutibus omnes. Accepto eñ post Saturnū regno maxima plurimaq; contulit ad hominū vitā. prim⁹ omniū iustitiā docuit mutuo seruare inter mortales omni vi atq; iniuria remotis. postea vero q̄ in cęlū delatus est, memoria nois eius animis hoīm adeo īfixa permāsit, vt oīa quę in cælo fierent, velut ibriū, tonitruum, fulminū, cæterorumq; huiusmodi potens existimaretur. Itaq; q; vitę causa hominibus esse videretur cū fructus terrę ad maturitatē perduceret, Iouem dixere: patrē vero tū quia singulorū susceperit summa cū beniuolentia curā, tū quia tanq̄ dux hominibus extiterit recte viuēdi. Imperator ac rex ob imperij amplitudinem, consultor ac prouidus propter cōsulendi prudētiā appellatus est. hæc ex Diodoro lib. vi. Cæsaris Augusti scilicet. Secūdo Cęsare. scđo a te scilicet. Nā tu in celis, ille in terris regnat. Parthos Parthorū īperiū orientis erat, vt Iustinus late. vū. li, oñdit. Augusto Cæsari Parthi & Armeniā vēdicanti facile cesserunt, & signa militaria quæ. M. Crasso & M. Antonio ademerāt, reposcēti reddiderūt, obsidesq; insuper obtulerūt. Auctor est Trāquillus. de quo etiam latius aūdixim⁹. Latio imminētes. quomodo Parthi latio hoc est ipsi Italię & Romanis īminerēt videto Apianū in libro Parthico, ibi eñ clarissime hæc scribuntur. Iusto triūpho. iustū nāc; erat vt signa militaria Crasso adempta reciperentur. Vtq; tranquillus scribit. Augustus nulli genti sñ iustis & necessarijs causis bellū intulit. Seres Seres vt scribit Plinius lib. vi. regionē īhabitāt quæ spectat ęstiuū oriētem, & primi sunt hominū qui nascantur lanificio syluarū nobiles pfusam aqua depectētes frondiū canitiem. Indis. India & maxima est & ad orientē exposita, vt Strabo li. xv. ostendit. Fauonij vero spiritu saluberrima est. bis in anno æstatē habet: bis legit fruges, vti Solinus asserit. Dionysius scribit Indiam in ipsis Oceani labris sitam ad orientē, regionē sane iucūdissimā. Tu graui curru. sensus est, siue Augustus domuerit Parthos seu Seres & Indos Ioue minor æquus orbē terrarū reget. Nō eñ propter hanc gloriam se Ioui æquaret. itaq; ipse iupiter olympum reget & fulmina in lucos pollutos iaciet. Nam scđm Pontificum tonitrus. & Haruspicū documēta polluti luci fulminibus tangebātur Quaties olympū. secūdū vulgarē opinionē loquitur. Nam reuera si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua eduntur, si erumpit ardens, fulmina, si longior er tactu nitatur: fulgetra. ijs findatur nubes. illis perrumpitur. Auctor Plinius libro secundo.

(Margin notes: Iupiter pater. Iupi. rex. Parthi. Seres. India. Fulmen. Fulgetra)

Tertiadecima Ode Dicolos distrophos. Ad Lydiam amicam,

Cum tu Lydia Telephi
Ceruicem roseam: & cęrea Telephi
Laudas brachia: væ meum
Feruens difficili bile tumet iecur:
Tunc nec mens mihi: nec color
Certa sede manent: humor & genas
Furtim labitur arguens
Q; lentis penitus macerer ignibus.
Vror seu tibi candidos
Turparunt humeros immodicę mero
Rixę: siue puer furens
Impressit memorem dente labris notam.
Non si me satis audias
Speres perpetuum dulcia barbare
Lædentem oscula: quę Venus
Quinta parte sui nectaris imbuit.
Felices ter & amplius
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Diuulsus querimonijs
Suprema citius soluet amor die.

ACR. PArcius iun. qua. fe. Metrū saphicum Hendecasyllabum. quartus Adonius. In Lydiam meretricem rapacem Sed iam vetulam scribit, meritoque ab amatoribus passuram quæ fecerat. Sensus est. iuuenes qui olim fenestras tuas lapidibus incessebant: vt excitata somno ijs aperires: iā te negligere īcipiunt: & idcirco hoc rarius faciunt. Parcius. rarius. vt Parcius ista viris tamen obijcienda memento. ¶ Quatiunt. concutiunt: apheresis est: Ictibus: lapidum. Proterui. insolentes, superbi. Amatq;. ia. lib. nō recedit a limine. Hoc ē semper clausa est: nullo iam amatorum iuxta solitum veniente. aperta enim recedit a limine. Facilis. vncta ne resonaret assiduo vsu frequentius aperiēdo. Minus & mi. idest qđ olim solebāt amatores tui dicere adolescentes, o Lydia pereūte me dormis, iā minus audis dum despiceris propter senectutē. ab

XXV. Ode Dicolos Tetrastrophos.
In Lydiam.

PArcius iunctas quatiunt fenestras
Ictibus crebris iuuenes proterui:
Nec tibi somnos adimunt: amatq;
Ianua limen:
Quę prius multum faciles mouebat
Cardines, audis minus & minus iam:
Me tuo longas pereunte noctes
Lydia dormis?
Inuicem mœchos anus arrogantes
Flebis in solo leuis angiportu:
Thracio bacchante magis sub inter

Iunia vento:
Quum tibi flagrans amor & libido:
Quæ solet matres furiare equorum:
Sæuiet circa iecur hulserosum:
Non sine questu
Leta q pubes hedera virenti
Gaudeat: pulla magis atq myrto:
Aridas frondes hyemis sodali
Dedicet Hebro.

¶Parcius. Pulchre minatur Lydiæ meretrici olim damnatę su perbię talionē. Nam quæ omnis fastidierit, nec queq miserata est: nunc anus ab oibus spreta ante fores iuuenū secubabit. Ordo est. Iuuenes pterui.i. amore pteruiētes & ferociētes: quatiūt parcius.i. rarius & modestius: fenestras.s. tuas o Lydia: iūctas.i. clausas.i. quas olim clausas quatere solebāt: crebris ictibus.i. ipulsibus: sed nunc neq clausę sunt: neq si essent clausę pcuterent: neq si percuterent, nō tā crebris ictibus: neq si tā crebris, tā ardenter. aut animose: quia parcius. qđ aduerbiū parce. Maro in Buc. Parcius ista viris tamē obijciēda memēto. nec iuuenes adimūt.i. demunt tibi somnos & ianua tua amat lumē i. non discedit ab eo: quia nō aperit. quæ ianua mouebat prius. s. cum frequentes ad te venirent iuuenes: cardines.i. postes: ad quos ianua voluitur: faciles. s. ad dimittēdā ianuā, & iterū recipiendā: qđ nō facerēt nisi essent faciles. Nā faciles cito offesam remittunt. Maro. Sed faciles nymphæ risere facello. Tu audis iam minus & minus: qa in dies minus places: audis minus a iuuenibus dicere solitis. O Lydia dormis.i. potes ne in animum inducere vt dormias lōgas noctes, quæ amantibus lōgę videntur: me tuo. s. amico & amatore.i. me q tuus sum. pereūte. s. algore & imbribus ante fores tuas? Tu anus.i. propediem futura anus: hoc est vetula: flebis inuicē.i. vicissim: sicut flere illos coegisti: mœchos.i. adulteros aut quoslibet tecum coire solitos arrogantes.i. superbos & fastidiosos: existēs leuis.i. vaga huc, & luc cursitans & obseruans an quisq perditus intret: vt faciunt prostitutę vetulę: in angiportu.i. viculo cuius non est exitus. qualem meretrices fere habitant. Flebis dicit vento Thracio.i. Borea, qui frigidissimus est: Bacchante.i. furente & sæuiente magis sub, id est paulo ante interlunia.i. tēpora quæ sunt inter nouam & veterem lunam: quibus acrior ventus & libido esse solet. vnde etiam ad libidinis ardorē respexisse docet quod sequtur. Quum.i. quando amor & libido flagrās, id est ardens tibi: quæ scilicet libido: solet furiare, id est in furorem rapere matres equorū.i. equas (vnde Georg. iij. Scilicet ante omnis furor est insignis equarū) sæuiet tibi circa iecur, hulcerosum.i. amoribus saucīi: est.n. sedes amorū. sæuiet, dico non sine questu.i. te conquerēte q pubes.i. caterua pubescentium: læta.i. iocosa gaudeat magis hedera virenti.i. puellis molliter amplexantibus: atq myrto pulla.i. subnigra, vt est dum virescit: aut pulla.i. pullulāte adhuc: sicut pullus equinus dicitur: & est iucunde dictū atq dedicet.i. deputet & cōsecret Hebro, id est fluuio Thraciæ sodali hyemis.i. apud quē semp est hyēs, & niuis precipitatio: frondes aridas.i. vetulas, vt frōdes desiccatas.

ipso autem dict um qđ pueri aiebant. est aūt ordō: iam minus & minus audis: o Lydia iā dormis longas noctes me tuo pereūte amore? Inuicem. sigillatim modo hunc modo illum. Mœchos. pro amatoribus posuit. Leuis. ordo est. leuis anus flebis arrogātes mœchos iuicē in angi portu magis sub iterlunia Thracio vento bacchāte? Arrogātes. te dedignantes. Leuis aut cōtēpta: aut ab amatoribus vacans. Angiportum alij dicunt vicum sine exitu: quasi in loco deserto & sine conuentu vbi flexura esset. alij vicum angustum & flexuosum i modū anguis. vel ipso secreto serpentibus tutum: quasi anguibus portum. Thracio ven. Aquilone: vel Borea vt Threicio Aquiloni. Bacchante. insanien te: vt Virg. in. iiij. æneid. Sęuit inops animi totamq incensa per vrbem Bacchatur. Magis sub interlunia. tum magis flebis sub iterlunia: quia tum fere concitantur tempestates: quasi tetro tempore & in desertis locis ideo fleret: vt doloris testē vitaret. Sub. ante vt Virg. in. iij. geor. Sub lucem expor. c. a. o. pa. Furiare equarum. nouo verbo vsus qua si in libidinis furorem vrgere. Virg. Scilicet ante omnis furor est insignis equarum. Hulcerosum. libidinis indignatione commotum vel certe quod pro ætate appetente tāquam hulcerosum spernatur. Non sine questu. nō sine querela: vt auaritiam meretricis ostenderet: nec tum quidē sine lucro & precio corporis. Leta q. p. h. v. g. i. q puellas iuuenes amēt: quas in hedera & myrto intelligi voluit. Pulla. pullam dixit: vt eius coloris puellas ostendat amari. Aridas frondes. i. anus & decrepitas mulieres: & sic etiam ætate frigidas, vt Hebro glaciali sint similes, merito a iuuenibus contemnēdas. Hyemis sodali. frigido: vt hyemis tempore. Virgi. Sēper hyēs semper spirantes frigora Cauri.

¶Parcius iūctas quatiūt fenestras. hęc i meretricē rapacē, sed vetulā, & merito ab amatoribus passuram q fecerat, scripta est. Sēsus aūt est. Iuuenes q olim frequētius tuas fenestras lapidibus icessebāt: vt excitata somno ianuas aperires: iā te negligere icipiūt & idcirco hęc rarius faciūt. iūctas aūt. s. occlusas itelligēdū est. Amatq ia. li. mire: i limine ianua est inqt. i. occlusa. ianua. n. cū aperit recedit a limine. Quę prius multū faciles mouebat cardies. nō multū faciles: sed multum mouebat faciles cardines i hac re. Audis minus & minus iā me tuo lōgas pereunte noctes. Quę olim inquit solebant adolescētes amatores tibi dicere. O Lydia pereunte me dormis: iam hoc minus & minus audis dici. Flebis in solo leuis angiportu. Leuis, p nullius pōderis posuit. dicitur autē proeo qđ est contemptibilis: aut ergo amoribus leuis: aut

amatoribus quondā tuis leuis. i. cōtēptibilis. Thracio vento. i. Aquilone. Quæ. s. m. f. e. Furiare verbū fictū videtur: qđ signat cum furore concitare. Equas magis cæteris animalibus in libidinem venereā accedi, Virg. testis ita dicens: Scilicet ante omnes furor est insignis equarum. Hulcerosum. ex cōteptu. Læta q p. h. vi. g. p. m. a. m. per allegoriā hoc signat, iuuenculos iuniores mulierculas quęrere. Pullā autem myrtū subcrescetem: ac per hoc nouellam intelligendū. Aridas frondes. conueniens superiori allegoriæ: p vetulis mulieribus dixit. Sub interlunia. recte: quia tunc fere concitantur tēpestates. Hebrus. Thraciæ fluuius. Hyemis sodali dedicet he. Vel q rigidus. sit Hebrus hyemis sodalis dicit: vel q partis septētrionalis sit vbi maximū frigus est.

Argumentum Odes. XXV.

¶XXV. Ode in Lydiam meretricem rapacem scribitur: quæ quondam ab iuuenibus adibatur frequētius: nūc aūt rarius quia vetula. Vtq ipsa formæ fastu mœchos olim spreuerat: ita facta anus vicissim despiciet. flebitq etiam quoties libidinoso amore torquebitur: non sine questu: q iuuenes gaudeāt puellis magis: spernantq vetulā. Parcius iun. qua. fe. Ode est secundæ similis. Parcius. rarius. Ictibus. lapidum. s. Proterui. intēperantes & immodesti. Amat li. non recedit ab limine. Me tuo lon. &c. hoc minus audiebat Lydia quod qdā amatores olim dicere soliti erant. Anus leuis, id est contemnenda. Arrogantes: superbos & indignantes te adamare. Angiportu: angusto vico. Intelligit autem ambitum, id est domorum circuitum: in quo mœchi latere solent & ibribus &, ventis expositi. Lydia vero vicissim id patietur. Thracio vento. i. Borea. Bacchante furente. Interlunia. tunc enim tempestates excitari solent. Plinius autem lib. xviij. ca. xlvij. de lunari ratione inquit. Quoties ab occidente sole cernitur: prioribusq noctis horis lucebit: crescens erit. & oculis dimidiata iudicabit. Quū vero occidēte sole orieī ex aduerso: ita vt pariter aspiciatur: tūc erit pleniluniū. Quoties ab

Angi portus.

POR.

ANTO

Lunę natura.

Plenilunium. Interlunium. Equarū libido.

ortu solis orietur: prioribusq; noctis horis detrahet lumē: & in diurnas extendet: decrescens erit: iterūq; dimidia. In coitu: quod interlunium vocant, apparere desierit. Flagrans. ardens. Matres. e. Virg. lib. iij. geor. ait. Scilicet ante omnes furor est insignis equarum: Et mentē Venus ipsa dedit. Postea inquit. Illas ducit amor trās gargara: transq; sonantem Ascanium: superant montes & flumina tranant. Pli. lib. viij. scribit: q; equarum libido extinguitur iuba tonsa. Iecur hulcerosum. i. corruptum. in iecore aūt libido est: vt aiunt: soletq; vbi corruptum est hulcerosum esse: quod in brutis animalibus sepe videre est. Pubes. iuuentus ipsa. Hedera vireti. p hedera & myrto puellas ac iuniores intelligit. illę enim semp virent dum iuuenes quidem sunt. Pulla. m. i. nouella, a pullulo. Vnde & pullus equinus, pullus gallinaceus, & huiusmodi. Aridas. f. allegoricos vetulas mulieres intelligit quę aridæ sunt & siccę. Dedicet: deputet. Hebro. Hebrus Thracię amnis est inter Aemū & Rhodopen: qui recipit in se flumina Bargum & Suemum: vt Plinius libro quarto ostendit.

Pullus. Hebrus.

ACR. Musis ami. tri. & me. Metrum duob⁹ versibus Alcaicum. tertius iambicus nouenarius hypercatalecticus: quartus pindaricus. Hęc Ode ad Aelium Lamiam scripta est. Lamias em̄ veteres nobilis dicebant familiæ. qua significat doctum & perfectum virum tristi sollicitudine vel metu carere. Musis ami. tri. & me. ordo est. Ego amicus musis securus quid terreat vnice Tyridaten: tradam tristitiam & metus p teruis ventis portare in Creticum mare: a q bus metuat rex gelidę ore sub arcto. Creticū. pro quolibet mari. i. pro appellatiuo speciale. Quid. quæ res. Tyridaten. Tyridates rex Armeniorum siue Persarum fuit. Securus. securus amot⁹ a cura dicitur. O quę fō. i. g. ordo est. o Piplea dulcis: que gaudes integris. fōtibus. necte flores. necte coronā meo lamię itegris plenis & iminutionē nescienti b⁹, Piplea. Pipleæ musæ dictæ sunt aut a Pipleo fōte Macedonię: vł vico: aut a mōte Pipleo Orchomeniorum: aut a veste: hoc est a Peplo. Nil si. te. hoc est: aut quia sine musa non multum honoris vult intelligi Lamiæ carmina sua posse conferre: aut quia primus Horatius latinum carmen scripsisse dicitur. Hunc fidibus nouis. chordis. vt Virgi. in. vi. Threicia fretus cithara: fidibusq; canoris. ordo est. decet te tuasq; sorores. i. musas hunc sa. les. ple. lyrico carmini.

POR. ¶ Musis ami. Hæc Ode ad Aeliū Lamiā scripta est: qua signat doctis viris nullam hęrere sollicitudinem. In ma. c. Creticū mare p quolibet mari. ita specie pro genere vsus est Quid Tyri. Tyridates rex Armeniorū, fuit Piplea du. Pipleides musæ dicūtur a Pipleo fonte Macedoniæ. Hunc Les. sacrare plectro Teq; tu. de. soro. sic intelligendum: & tuas sorores decet hunc Lesbio plectro consecrare. Lesbio autem propter Sappho & Alcęum dixit.

XXVI. Ode Tricolos Tetrastrophos. Quę Aelium Lamiam celebrat.

Musis amicus tristiciam & metus
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventis: quis sub arcto
Rex gelidæ metuatur oræ: &
Quid Tyridaten terreat vnice:
Securus. O quę fontibus integris
Gaudes apricos necte flores:
Necte meo Lamiæ coronam
Piplea dulcis. nil sine te mei
Prosunt honores. hunc fidibus nouis
Hunc Lesbio sacrare plectro
Teq; tuasq; decet sorores.

¶ Musis: Dicit se curis vacuū velle Lamiam celebrare: qđ q̄a ipse satis nō pōt. musam vt id faciat precat. Ordo est. Ego amicus musis. i. dummodo sim amicus musis: tradā ventis p teruis portare in mare Creticum quod Cretā alluit: hoc est Hadriaticum: tristitiam & metus, existēs securus quis rex gelidę. i. frigidę: ore. i. zonę: metuatur sub arcto. i. vrsa, aut quis rex metuatur gelidę orę sub arcto: hoc est sub polo arctico: & qd terreat vnice. i. pręcipue Tyridatē regem Armenię aut Persię. O Piplea. i. o tu musa dulcis: que gaudes fontibus. integris. i. que in potestate habes ad plenū dicere: necte Lamiæ. s. Aelio, meę. s. presidio & amico, flores apricos. i. odoriferos sub sole ortos: & coronam. s. ex eis: hoc est sertum. Mei honores: quos illi impendam nil prosunt sine te. i. musarum inspiratiōe. Et ideo. decet te & tuas sorores. i. reliquas musas quę inter se sunt sorores quia filię Iouis: celebrare hunc. s. Lamiā meum fidibus. i. citharis: nouis. i. pręclaris aut insolitis Romanis, & plectro Lesbio. i. quali vsus est Alcęus Lesbius.

Argumentum Odes. XXVI.

ANTO ¶ Vigesimasexta Ode ostendit amicum musis hoc est doctum virum & perfectum vacate tristitia, sollicitudine, & metu. hinc ipse ventis permittit auferre a se talia: quo vacet lætitię & voluptati. Itaq; musam orat Lamiæ suo flores nectat & coronā. sui nanq; honores absq; ea nil prosunt. decetq; ipsam sororesq; suas. Lamiam ipsum cōsecrare nouis fidibus, & Lesbio plectro hoc est lyrico versu laudare. Musis a. t. & . m. Ode est Tricolos. Tetrastrophos. est. n. None similis. Musis. a. Ordo est. amicus ego musis tradā proteruis vētis portare in mare Creticum tristitiam & metus: securus quis rex gelidę orę sub arcto metuat: quis vel quid vnice terreat Tyridaten. Mare Creticum. Creta insula terminatur ab occasu mari Hadriatico: a Septentrione pelago Cretensi: a meridie punico. ab oriente Carpathio. auctor est Pro. li. iij. Sub arcto. in Scythia. sub septentrione. ἄρκτος em̄ vrsa dicit: ἄρτος vero sine κ. panis. Tyridatē. Armenię regē aut Persię, Lamię. viro quidē generosissimo & perito. Lamiarū familia nobilis erat in vrbe. intelligit aūt de Aelio Lamia de quo etiā lib. iij. meminit latissime in Ode. xvij. Fuit etiam alter Aelius Lamia eiusdē familię, qui Domitiani tēpestate vixit. Cui nupta erat Domitia Lōgina: quam ab viro ablatam Domitianus etiam in matrimoniū adduxit. Deinde Lamiam ipsum in exilium. misit. De Lamijs autē plura iā diximus in Satyra. iiij. Iuue. Piplea. i. o musa. scribit em̄ Festus q; Pipleides musæ a Pipleo fonte Macedonię dictæ sunt propter liquoris eius vnicam subtilitatē Varro etiam scribit Pipleides & Pimpliades Libethrides quæ & Tespiades. a terrestribus, locis cognominatas. Sūt & qui velint hoc in loco Pimplea legere. Nam Pimplea locus est Macedoniæ musis sacer. πιμπλάω autem impleo significat. Fidibus nouis. i. nouis chordis: per qđ latinas intelligit: quibus ipse Horatius tūc vtebatur græcos imitans. Lesbio. p. i. Lyrico carmine quali Alcæus & Sappho Lesbij sunt vsi.

Creta. Arctos. Artos. Lamiarū familia. pipleides Pimplaades. Pimplea

ACR. Natis in vsum lætitiæ scyphis. Metrū duobus versibus Alcaicū. tertius dimeter nouenarius iābicus hypcatalecticus. Quartus Pindaricus. Natis i vsū. i. s. ad hoc specialiter factis: vt eēt Animal p pter cōuiuia natū. Thracū. gētem significat: sicut supra posuit. p ebrietatē rixæ deditam. Verecūdūq;. b. verecūdum vel q; virgineo ore fingat. vel q; verecūde eo vti decet. Sāguineis: p. r. figura noua locutus est Bacchū

Ode. XXVII. Tricolos Tetrastrophos. Ad. Sodales: de vini modestia.

Natis in vsum lætitiæ scyphis
Pugnare Thracum est: tollite barbarū
Morem: verecundumq; bacchum

Sanguineis prohibete rixis.
Vino & lucernis Medus Acinacis
Immane quantum diſcrepat. impium
Lenite clamorem ſodales:
Et cubito remanete preſſo.
Vultis ſeueri me quoq; ſumere
Partem Falerni? dicat Opuntiæ
Frater. Megillæ: quo beatus
Vulnere: qua pereat ſagitta
Ceſſat voluntas: non alia bibam
Mercede: quę te cunq; domat Venus
Non erubeſcendis adurit
Ignibus: ingenuoq; ſemper
Amore peccas: quicquid habes age
Depone tutis auribus. Ah miſer
Quanta laboras in Charybdi
Digne puer meliore flamma.
Quæ ſaga: quis te ſoluere Theſſalis
Magus venenis: quis poterit deus?
Vix illigatum te triformi
Pegaſus expediet Chimera.

Natis in vſum. Hac ode quę de vini modeſtia inſcribitur, duo admodum graphice & argute facit. Docet em̃ vinum immodice ſumptum ad furorem & bellicũ tumultũ incitare. Deinde ſecreta reuelare, vſque adeo vt quæ inter bibẽdũ dicere & ſuæ fidei concredere coegerit tacere non poſſit: quod in ſe quidẽ depingit: ſed in alios animaduertit. Neq; vero tam intẽdit ab amore meretricio dehortari: quam oſtendere quam nõ celare ſecreta poſſunt vino indulgẽtes. Ordo eſt. O Sodales. i. conuiuę qui mecum ſedetis in conuiuio: pugnare. i. pugnas exercere. ſcyphis. i. poculis quibuſlibet: natis. i. inſtitutis & inuẽtis: in vſum lætitię: quam Bacchus rite potantibus cõfert: vnde æneid. i. Adſit lętitiæ Bacchus dator & bona Iuno. eſt Thracum. i. moris Thracij: hoc eſt id Thraces facere ſolent: qui barbari ſunt & ĩmanes populi. Et ideo tollite. i. amouete a vobis morem barbarum. i. barbarorũ: & prohibete. i. procul habete & arcete rixis ſanguineis. i. ad effuſionem ſanguinis procedere ſolitis: Bacchum verecundum: quia ſemper puerum & verecunde ſumẽdum. Quantum. i, o quantum vel quãtũ putatis immane. i. immaniter acinacis medus. i. enſis: aut mucro Perſicus: vel quiuis alius: diſcrepat. i. differt: vino & lucernis, quibus ad noctẽ potantes vtuntur. Et ideo quia plurimum diſcrepat: lenite. i. mitigate & ſedate: clamorẽ impiũ. i. ad pugnam prouocantẽ: & manete cubito preſſo. ſ. ad latera & nõ erecta manu ad ictũ. Vultis. ſi vultis me quoq;. i. etiam me: ſumere: partem falerni. ſ. vini ex falerno monte Campanię, ſeueri. i. veteris & ita ſeueri: quia nemini parcit: aut ſeueri quia ſeuere & modice ſumẽdi: ſi inquam id vultis, dicat frater Megillę Opuntię Locrenſis: qui cum fratrẽ nõ nominet meretrix videtur: quo vulnere. ſ. amoris ipſe beatus. i. qui diues eſt & ita amare feliciter ſibi videt: & qua ſagitta. ſ. cupidinis pereat. Ceſſat voluntas. i. non vult ipſe dicere: ego non bibam alia mercede: niſi videlicet dixerit. Et vt ad hoc eum inducat blanditur: vt fit inter potandum, dicẽs: quęcunq; Venus. i. amica (Eſt autem tmeſis. i. inciſio dictiõis quęte cunq;) domat. i. ſubijcit ſibi te: ipſa adurit te ignibus. i. amoribus non erubeſcẽdis. ideſt certo ſcio ꝙ non niſi te dignam amas quęcunque ea eſt: & tu peccas ſemper amore ingenuo. ideſt qui ingenuo congruat. i. peccas quidem: quia meretricem amare peccatum eſt (quam habere ethnici non ſatis ſeuere prohibebant: ſed duntaxat amare) verum huiuſmodi peccatum nõ eſt tam turpe: vt ingenuitatem polluat. Age quicquid habes ſcilicet amorum aut amicæ: depone ideſt tanquam depoſitum cõcrede: auribus ſcilicet meis tutis ideſt fidelibus & tute rem celaturis. Ad quæ blandimenta ille fingitur poetæ in aurem dixiſſe amicam ſuam. Qua audita vt oſtendat poeta quam nihil celare poſſunt qui potant: ſtatim exclamat. Ah miſer: quem beatum iam dixerat, quanta charybdi ideſt voraci meretrice in qua non minus quam in charybdi

rixis. ꝓhibete: cũ dici potuerit a Baccho rixas prohibete: eſt. n. hypallage: vt illud eſt. Accipite æneã & tãdẽ arcete ꝓclis. Lucernis. i. cõuiuijs. q̃ a veſpera ĩchoari conſuerũt. Medus Acinacis. gladius Perſarũ: ſed hic ꝓ quolibet poſuit. Luc. Decurrit Medica fuſis. Immane quãtũ. admirando dicit. i. valde diſcrepat. hoc eſt nõ cõuenit, nec eſt aptus lętitiæ vini barbarus animus. Lenite. c. rixã vel tumultũ cõpeſcite. Et cubito. r. p. quaſi inſurgẽtes ad iurgiũ admonet: vt diſcũbãt. Inter accũbere aũt & diſcũbere & recũbere hoc ĩtereſt accũbere ẽ deorũ: vt Tu das epulis accũbere diuũ diſcũbere hoim. vt Diſcunberet oſtro. recũbere ferarũ: vt Oſſa ſuꝑ recubãs. Seueri. aut vetuſtiſſimi: aut auſteri: vt Nec celis ideo contende Falernis. Me quoq; ſumere. i. ſi veſtro vultis me miſcere cõuiuio. deeſt. n. ſ. ordo eſt. dicat frater Megillę Opũtię. Opũtia Locrorũ oppidũ dictũ eſt. Megillę. nomẽ cõuiuę que opuntia oriũda erat. Quo btũs. v. velut voluptuoſus poeta bene beatũ amãtẽ dixit. Vulnere pro amore poſuit: vt Vulnus alit. v. & c. c. i. Qua pereat. quã amet. vt Virg. in Buc. Vt vidi vt perij: vt me. m. a. e. Ceſſat volũtas. ſ. confeſſionis: & de ẽ ſi. Nõ. a. b. m. niſi dixerit, ſubde. Quęte cũq;. Tmeſis eſt, q̃cũq; Venus. aut amor aut amica. Vir. ĩ Buc. Parta meæ Veneri ſũt munera. Nõ erubeſcẽdis. Nõ ignobilibꝰ: nõ verecũdis. Ignibus. amoribus. vt Cęco carpitur igni. Ingenuo ſempq;. a. p. ĩpudẽdo, nõ erubeſcendo: laudãdo, electione vel iudicio Quicqd ha. a. dic. coget illũ fateri: quã diligat Depone. t. a. i. fidelibus: depoſita ſeruãtibus hoc eſt ſecretũ ſecure cõmitte. Ah. ĩteriectio eſt dolẽtis. Miſer quãta. l. oſtẽdit illũ quaſi in aurem ſibi eſſe confeſſum quã amaret. & cũ execratiõe mirat ꝙ ſic in ꝓcacẽ & rapacem vel ſceleratam mulierẽ amor eius inciderit. Charybdi. meretricia voracitate. Ter. Nam quod nos capere oportet: hęc ĩtercipit. vnde eã & mari cõparauit voraci. Quę ſaga. incãtatrix & malefica, ab eo dicta ꝙ ſatis agat, id eſt quæ carminibus vel accerſere poſſit mala hominibus, vel pellere. ordo eſt. Quæ Saga Theſſalis poterit te ſoluere venenis. Venenis. hęrbis. Vir. in buc. Has hęr. atq; hęc. p. m. l. v. Ipſe dedit Mœris. Pegaſus. Bellerophontis equus: cuius celeritate Chimera dicitur ĩterẽpta: vñ & alas habuiſſe dicitur. Vir. Alipedũq; fuga curſum tentauit ẽquorũ. ſicut ſuperius meretricẽ mari: ita hic Chimerę cõparauit: quaſi multiformi belug: q̃ leonis, draconis, & caprę capitibus emineret: flãmis armata, ſicut meretrix dolis & ĩcitamẽtis libidinũ. multiformẽ aũt: voluit eã hac cõparatiõe ĩtelligi & oibus corꝑis tꝑibus eẽ turpẽ.

¶ Natis in. v. l. ſ. Protreptice Ode hæc ad hilaritatem: cuius ſenſus ſumptus eſt ab Anacreonte in li. iij. Natis in. v. l. ſ. p. th. eſt. Natis ꝓ factis. vt apud Lucili. Iudicis Hortẽſi eſt POR
ad eã rẽ nata palęſtra. Vęrecũdũ. b. ſ. p, r. verecundũ. i. detractãdũ. ita aũt figurata elocutio ẽ vt apud Vir. Et tãdẽ ar. p. Acinacis. gladius Parthicus, ſed nũc ꝓ omi gladio poſitũ eſt. Dicat. o. nomẽ huius adoleſcẽtis nõ dicit Opuntia autẽ oppidũ Locridos eſt. Quo. b. v. q. p. ſ. gręce dictũ beatus pereat: qđ ſignat tamen. Ceſſat voluntas. bibendi. ſ. qua negat ſe bibiturum: niſi frater Megillę amores ſuos narrauerit. Ah. m. q, l. c. intelligendum hic illum in aurem Horatio amorem ſuũ eſſe confeſſum. ita hic inquit. Ah miſer quanta laboras Charybdi. ſignificans illam q̃ ametur procaciſſimã ſceleſtiſſimamq; eẽ. Quæ Saga. Sagę ſunt precantatrices: quæ vel accerſere carminibus mala hominibus poſſũt

vel expellere. Vix.i.t. vix te inqt ab hac Chi
mera liberabit Pegasus. sed hoc vtiq̧ ꝑ alle
goriam dictum intelligitur.

Argumentum Odes. XXVII.

ANTO ¶XXVII. Ode Sodales hortat̃ ne vino ri-
xent: vt Thraces agũt: verũ benigne & hi-
lare cõuiuia celebrẽt. Ostẽdit postea meretri
cio amore illigatum maxime laborare: vixq̧
dissolui posse re vlla. Huius aũt Odes sensũ
ab Anacreõte poeta sũpsisse Porphyrio edo
cet. Natis in vsum lętitię scyphis. Ode est tri
colos Tetrastrophos. est. n. similis nonę. Scy
phis. Scyphus Herculis poculũ erat, ita vt li
beri patris Cãthar9. de quo Macro. li. v. Sat.

periclitaris: laboras. i. cum labore versaris: o puer digne meliore
flãma. i. amore aut amica: & paulo ante dixerat nõ erubescẽdis
&c. quæ saga. i. venefica quæ se sagã. i. sagacẽ & peritam dicit:
qs Magus. i. sapiẽs icãtator & venefic9, & qs de9 poterit te sol
uere. s. vinculis amorũ: venenis Thessalis. i. Philtro, aut amato
rio cõfecto ex hęrbis venenosis: q̃ in Thessalia plurimę nascũ
tur. Idem ẽm ꝓmittũt veneficę. vnde æne. iiij. Quæ mihi reddat
eũ, vel eo me soluat amãtẽ. de qua re ĩ Pharmaceutria plura vi
dent. Vix Pegasus. i. equus alatus & volare solitus. i. quo Bel
lerophõ Chimærã domuit: vix. i. cũ summa difficultate: expe
diet. i. liberabit te: illigatũ Chimęra. s. mõstro ĩ Lycia: triformi.
habẽti tris formas & totidẽ capita: hoc est hac meretrice q̃ Chi
męrę naturã habet. est ẽm serpẽtinis venenis: leonina feritate
& caprino foetore infecta: flãmas immũdi amoris vndiq̧ euomẽs

Scyphus & nos latius in Epodo. vi. Thracũ est. Tra-
Cantharus. ces enim nimio vino truces fiunt. de ijs etiam Ode. xviij. latius dictum est. Barbarũ morẽ. i. sęuũ. Verecun-
dum Bacchum. quo verecunde vtendum est. Vino & lucernis. i. a cõuiuio & lucernis: quibus in conuiuijs
vtebant̃. Virg. li. i. de Didonis cõuiuio Pẽdẽt lychni laq̃aribus aureis Incẽsi: & noctẽ flãmis funalia vincunt.
Medus a. Acinacis ẽm vt aiũt dicit̃ gladius militaris lingua Parthorũ: vel Medorũ q̃d etiam Porphyrio inuit.
hic tamen pro quocunq̧ gladio ponitur. Immane. pro immaniter. i. sæue & crudeliter. Discrepat. differt, dis-
Acinacis sentit, discordat. Lenite. mitigate, placate mulcete Sodales dicti sunt ꝙ vna sederent vt essent: quod Festus
Sodales. ait. Presso. depresso & demisso, in mensa scilicet, non autem elato ad pugnam. Cubabant autem antiqui ve-
Cubare ĩ scentes & cœnantes, ait enim Valerius de institutis antiquis. Fœminę cum viris cubantibus sedentes cœni-
mensa. tabant. M. Tullius lib. vi. epistolarum. Accubueram hora nona: quum ad te literarum exemplum in codicil-
lis exaraui. Item. Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. Seueri. vetustissimi. Opuntiæ Megillę. i. Locrensis.
Locri autem ciuitas est in magna Græcia iuxta Hadriaticum pelagus: vt scribit Ptol. lib. iij. Pli. item lib. i ij. ꝙ
a Locris Italiæ frons incipit magna Græcia appellata. Dionysius scribit Locros olim in Italiã ex Attica ve-
nisse. vbi ciuitatem condidere: quã suo noĩe appellarunt. Stra. lib. vi. scribit Locridis oram esse prope Phoci
Locri. dẽ in Attica e regione Eubœæ: quorũ aliqui Opuntij dicebant̃ a ciuitate Metropoli: ex qua natum esse Pa-
Magna. troclum testatur Homerus. Et Aiax Locrus Opuntiorum regnum obtinebat. Aliqui vero Ozolę nomina-
Græcia. bantur. i. odoris mali &c. Idem Strab. lib. ix. ait ꝙ Ephorus fallitur quum dixit Locros Italos ab Opuntijs de
Opuntij scendisse: quoniam e Locris Chryseum habentibus sinũ coloni in Italiam profecti sunt Euanthe ductore.
Patro- Horatius tamen cum Ephoro sentit hoc loco. Quo beatus. v. q. p. s. id est in cuius amore feliciter ardeat. Ces
clus. sat. v. i. dicere abnegat. Quęcunq̧ Venus. i. amica. Domat te. i. iugo subijcit. Propertius in principio. Et caput
Ozolæ. impositis pressit amor pedibus. Item lib. ij. Instat, semper amor supra caput instat amanti. Et grauis ipse sup
libera colla sedet. Non erubescendis. non pudendis & turpibus. hinc ait Phædra Hyppolito. At bene succe i-
Amoris sit digno ꝙ adurimur igne. Peius adulterio turpis adulter obest. Id autem poeta dicit quo illum magis hortet̃
sedes. manifestare. Ingenuo amore. i. libero & nobili non seruili. Ingenuus enim est cui ex natiuitate competit li-
Ingenu9 bertas, nec est factus liber sed natus. de quo legito institutiones Iustiniani, de ĩgenuis. Tutis. secretis & fidis.
Ah miser. postq̃ ille amorem suum poetę manifestarat. Horatius eum miserans ita erupit. Quanta laboras,
id est quanto discrimini exponeris & rapinæ. comparat enim meretriciam rapinam voraci mari. Saga. Sagę i
quit Nonius, dicuntur fœminæ ad libidinem virorum indagatrices. vnde sagaces canes dicuntur ferarum vel
animalium quæsitores. Lucilius. Aetatem & faciem vt saga & bona conciliatrix. Turpilius. Non ago hęc ꝑ
sagam precio conductam: vt vulgo solent. Acron dicit ꝙ saga est incantatrix & malefica: dicta ꝙ satis agat.
Festus ait. Saga quoq̧ dicitur mulier sacrorum & veri sapiens. Magus. μαγεια incantatio, μάγος incãtator:
Saga. sed Persarũ lingua sapiens dicitur. Thessalis veneris soluere. carminibus enim & veneficijs vel inferre, vel
Sagax. expellere hominibus mala solebant. Pegasus. ex Medusæ ceruice & gutture execto pegasus alatus equus ꝓ
Magus. siluit: qui longo post tẽpore quũ potaret in Pyrene fonte existente infra verticẽ Acrocorinthi montis Pelo
Pyrene. põnessi haud affluentes aquas habenti cęterũ ꝑspicuas ad imũ potuiq̧ suauissimas. a Bellerophonte depre-
hẽsus fuisse dicit̃. Vulgatũ est etiã Caballinũ in Helicone fontẽ erupisse quum subiectã ibi rupem feriret vn
Helico- gula. hęc ex Stra. lib. viij. Ouid. quoq̧ libro quarto Metamor. ex Medusę cruore Pegasum natũ scribit. Hesio
nis fons. dus autem in Theogonia scribit Pegasum dictum ꝙ iuxta pegas. i. fontes Oceani natus sit. Solinus docet ꝙ
Pegasus. in Aethiopia ales est Pegasus. sed hæc ales equinũ nihil p̃ter aures habet. Pli. li. x. ita inquit. Pegasos equino
gryphes. capite volucres & Gryphas auritos aduncitate rostri fabulosos reor. Illos in Scythia: hos in æthiopia. Higi-
nius scribit Aratum dixisse Pegasum Neptuni & Medusę Gorgonis filium. eo dicũt vsum esse Bellerophõ
tẽ: quũ deuicit chimęrã: quã Hesiodus in Theogonia tria habere capita dixit: vnũ Leonis, aliud ipsius Chi-
Chimęra męrę, aliud Draconis. quin & anterius leonẽ: posterius Draconẽ: medio aũt capram esse. & Ouid. lib. x. inqt
Quoq̧ Chimæra iugo medijs in partibus hircum: Pectus & ora leę. caudam serpẽtis habebat. addit vlterius
Chima- Hesiodus illã ꝑ singula capita ignẽ efflare solitã. Solinus aũt scribit: ꝙ in Lycia mons est Chimęra nocturnis
ros ęstibus ignẽ fumidũ exhalans. vnde fabula triformis mõstri in vulgũ data est: ꝙ Chimęrã animal putauerũt.
Bellero- præterea χίμαιρα capella interpretatur. χίμαρος vero hircus. Triformi Chimæra. i. meretrice dolosa & frau
phon. dibus plena: vt Chimæra flammis. de Bellerophõte autem latius diximus in sat. x. Iuue. Latissime vero. Ho
me. lib. ix. Iliados de Bellerophonte & Chimæra scribit.

ACR. TE maris & terræ numeroq̧ carentis
arenæ. Metrum primo versu heroi-
cum. secundus heroicus tetrameter.
Hæc Ode ex Prosopopœia formata
est: inducitur enim corpus naufragi Architę
Tarentini ad littus expulsum conqueri de
iniuria sua. & a prætereuntibus petere sepul
turam. Qui Archita Pythagoricus fuit Geo
metriæ & Astroscopiæ peritus: Pythagori
ci enim omnia numeris constare dicunt. ad
eius ergo consolationem etiam famosos &
dijs oriundos coniunctosq̧ homines pe-
risse commemorat. Numeroq̧ carentis are-
næ: vt est Quem qui scire velit Libyci ve-
lit æquoris idem Discere q̃ multæ Zephy-

Ode. XXVIII. Dicolos Distrophos Ostẽdit
mortem cõmunem omnibus per Architam.

TE maris & terræ numeroq̧ carentis
arenæ
Mensorem cohibent Archita
Pulueris exigui prope littus parua marinum
Munera: nec quicq̃ tibi prodest
Aereas tentasse domos: animoq̧ rotundum
Decurrisse polum morituro.

Occidit & pelopis genitor conuiua deorum:
Tithonusq; remotus in auras:
Et Iouis arcanis Minos admissus: habentq;
Tartara Panthoidem: iterum orco
Demissum: quãuis clypeo Troiana refixo
Tempora testatus: nihil vltra
Neruos atq; cutem morti concesserat atrę:
Iudice te non sordidus auctor
Naturę veriq;. sed omnes vna manet mors:
Et calcanda semel via leti.

¶Te maris. facit qđ in titulo est, & a Mãcinello recitatur. Est autem fere dialogus: quia inducitur Architas respõdere & precari iustam sepulturã: sine qua vt Maro ex Aegyptiorũ supstitione dixit libro sexto. Centum errant annos. Ordo aũt est. O Archita: parua. i. exigua: munera. i. officia funebria sine iusta sepultura scilicet, exigui pulueris in te coniecti: cohibent. i. cõprimunt & cõtinent prope littus Matinum qđ ad Apuliã est te, mẽsorem. i. qui fuisti mẽsor: quia geometra peritissimus, maris & terrę: & arenę carẽtis numero. s. cognoscibili nobis. i. innumerabilis: nec prodest quicq̃ tibi morituro. i. cum moriturus fueris: tẽtasse domos aereas. i. cælestes: hoc est cum fueris astrologus domos astrorum indagasse: & decurrisse animo, id est contemplando: polum. i. per cælum aut axes cæli. Respondet Architas quasi ægre ferens q; sibi mors obiecta sit, cum omnibus sit cõmunis, dicens. Et id est etiam. q. d. nõ ego solus: sed etiam genitor Pelopis, scilicet Tantalus: conuiuia, id est quis cõuiua deorum occidit, id est mortuus est. Et Tithonus remotus, idest sublatus ab Aurora in auras dum ab ea caperet (qđ tam placet quã qđ Bõfini, dum i cicadã mutaretur) etiam occidit: & Minos iustissimus & sapientissimus rex Cretæ admissus arcanis Iouis: vtpote abs quo didicerat leges & iura: etiã occidit: & tartara habent Panthoiden, id est Pythagorã qui se Panthoiden: hoc est Euphorbum dicebat, demissum iterũ orco, idest ad infernum cum semel illuc post mortem. Euphorbi descẽderit: q̃uis ipse testatus tempora Troiana, id est approbans se fuisse tẽpore belli Troiani, clypeo, scilicet suo: refixo, id est reuulso a postibus vbi sacratus pendebat: nil concesserat morti atræ, idest nihil in se mortale fateretur vltra neruos atq; cutem, id est vltra mortale corpus: quod spiritus linquens secundum Pythagoram in aliud corpus ingrediebatur. quod & Maro in sexto post certa spatia fieri docet. existens non sordidus: immo clarus auctor naturæ, id est physicæ, & veri, id est logicæ qua verum indagatur. summa autem erat Pythagoræ auctoritas: vt discipuli eius pro argumento & approbatione satis putarent Pythagorem id dixisse aut sensisse. non sordidus ergo auctor: te iudice. i. etiam iudicãte o Horati: sed vna nox aut mors cum ille se sępius mortuum diceret: incõcesso est q; vna mors manet. i. certe expectat oẽs: & pro. i. via leti. i. mortis est calcãda omnibus semel. i. constitutum est omnibus semel mori.

ro turbent arenæ. Mensorem. Geometram. Cohibent: continent. Propellit. p. m Matinus mons Apulię iuxta quem Archita sepultus est: siue vt q dã voluit: plana Calabrię. Nec tibi quicq̃ pdest. i. nihil tibi profuit ad mortalẽ cõditionẽ p physicę disciplinã ratione cęli & ipsas rerum perscrutatum naturas. Occidit & p. g. c. d. Tantalus Pelopis pater epularum scelere deorum conuiua: a quibus pro funestis filij dapibus pœna percussus est. Virg. in sexto. Lucent genialibus altis Aurea fulcra thoris: epulæq; ante ora paratę Regifico luxu: furiarum maxima iuxta Accubat: & manibus prohibet cõtigere mẽsas. Tithonusq;. r. i. a. Tithonũ Laomedontis filium Aurorę maritũ in auras receptum dicit. hoc est mortuũ. Vir. Tithonia flectere coniunx. Et Iouis arcanis. m. ha. aut q; se Minos prędicabat cum Ioue colloqui & ex consilio eius cuncta agere. aut Iouis arcanis Plutonis a quo institutus est iudex p recordatione iustitiæ: vt Virg. in sexto. Quæsitor Minos vrnam mouet. Panthoidem. i. o. d. nũc Pythagoram significat, qui prædicauit se apud Troiam Euphorbum Pantoi filiũ fuisse: qui iterfectus a Menelao iterum reuixit factus Pythagoras: idq; eum cognouisse agnito clypeo quem templo Euphorbus fixerat. hic ante & in Homerũ dicitur renat⁹ postea in pauonẽ: postremo iam Enniũ poetã: & ideo dicit eũ neruis atq; cutẽ mortuũ: anima diu vixisse. Iterum. quia sępe mortu⁹ est transeunte anima eius in alios. Demissũ. in inferiora de superioribus dicitur. vt. Vir. in secundo æneidos. Demisere neci: nunc cassum lumine lugent. Clypeo. per Clypeũ Tempora testatus. ordo. testatus Troiana tempora refixo clypeo te iudice nõ sordidus auctor naturæ & veri Nil vltra. n. a. c. cõcesserat atrę morti. Nil vltra. i. quãuis non sit mortu⁹ nisi tm̃ neruis & cute. Testatus, i. recordatus Troianorũ tẽporũ refixo clypeo. Et calcanda. intranda: vt est. Ibant obscuri sola sub nocte p vmbrã & alibi: Sed reuocare gradum. s. q;. e. ad. a. Hoc opus hic labor est.

¶Te maris & t. n. q;. c. a. Hæc Ode de Prosopopoeia formata est: iducit. n. corpus naufragi Architæ Tarentini in littus expulsum conqueri de iniuria sua: & petere a ptereuntibus sepulturam. Hic autẽ Architas Pythagoricus fuit: qui merito giometrię peritus dicitur: quia Pythagorici omnia constare numeris credunt. Matinus. mons siue promõtorium est Apuliæ iuxta quem Architas sepultus est. Nec prodest quicq̃. Nihil prodest tibi aduersus conditionẽ mortalitatis. q; rationem rerum naturæ & ipsum cęlũ sis perscrutatus. Occidit. p. g. Tantalus scilicet. hec autem ad solatium mortis dicuntur. Tithonusq;. r. in. a. id est terris excessit. ac per hoc mortuus est. Et Iouis. Minos Cretensium rex predicabat secũ Ioue colloqui: & consilio eius cuncta agere. Habentq;. t. p. nunc Pythagoram signat. quia prædicauit se ad Troiam Euphorbũ Panthoi filiũ fuisse: interfectumq; a Menelao iterum reuixisse & factũ Pythagorã: id cognouisse agnito clypeo: quẽ Euphorbus habuerat. Nil vltra neruos ac cutem morti dare iudice te non sordidus auctor naturæ veriq;. affirmante Pythagora non eum mentitum naturã rerũ cuius auctor extitit. POR.

Argumentum Odes. XXVIII.

¶Ode. XXVIII. ostendit mortẽ cõmunẽ oĩbus. alloquens aũt philosophũ Architam: dicit nil pfuisse mortuo sibi geometriã astrologiãq; nosse. ille aũt respõdere inducitur oĩbus mouẽdũ esse doctis pariter & indoctis vario tñ casu: se vero Illyricis vndis fuisse obrutũ, Itaq; nautas pretereũtes orat puluerem sibi ipsi inijcere pigeat minime. Te maris & terræ numeroq; carentis arenę. Ode est Dicolos Distrophos: est em. vij, similis. Mensorẽ. geometrã itelligit. Ouid. li. i. met. ait. Cõmunẽq; prius ceu lumina Solis & Auræ Cautus humum longo signauit limite mẽsor. Architas Tarentinus & Pythagoricus nobilissimus fuit. qui Platonẽ quũ a Dionysio necandus esset, per epistolam eripuit. Est autem admirationi summæ habitus apud plurimos in omni virtutis genere. in Geometria autem cubũ primus: vt Plato in repub. testat: iuenit. Auctor Laertius libro octauo. Matinũ littus. Matini populi sunt in Apulia: vnde Plinius libro tertio inquit Ex Gargano Mateolani, nerīcini, matini. Aereas tentasse domos. astrologum fuisse innuit. Polum rotundum. cælum ipsum. posuit enim pro toto partem per synecdochen. Poli nanq; dicuntur duo puncta axem terminantia i quibus cælum voluitur. Vnde dicuntur a πολέω quod est verto. Hinc & poli vertices appellantur. Virg. lib. i geor. Hic vertex nobis semp sublimis. Occidit & Pelopis genitor. Architã sic respõdisse per Prosopopœiam innuit: vbi per exempla ostendit formosos etiã & dijs oriundos coniunctosq; homines, peritos itẽ, mortem effugere non potuisse: quod in mortis solatium dicitur. Pelopis genitor, idest Tantalus Phrygiæ rex: de quo late

ANTO Architas Matini. Poli. Tãtal⁹.

Paphlagonia. in Ode.vi. Diodorus etiam lib.v.ait. Tantalus Iouis filius diuitijs & gloria insignis, in ea Asię parte: quam nunc Paphlagoniam vocant: habitauit: plurimum dijs ob generis claritatem charus: postmodũ felicitatem suam insolenter ferens immortalium secreta: quę mensæ communione vsq; deorum nouerat: palam protulit hominibus. Qua ex causa & viuus pœnam tulit: & post obitum secundũ fabulas tormentis apud iferos inter scelestos perpetuis punitur. ex eo & Pelops & Niobe orti sunt. hæc ex Diodo. Tithonus. Tithonus. fuit is Laumedontis filius quiin Asia orientem versus vsq; in Aethiopiam militans dicitur genuisse ex Ida filiũ nomine Memnona: qui quum Troianis opem tulisset postea ab Achille est interfectus. id scribit Diodo. lib.v. Sexuius autem lib.iij.geor. scribit ꝙ Tithonus dum iuuenis esset: & forma decorus, ab Aurora dilectus raptus fuit. ex qua Mēnonē genuit, sed tandē post longissimā optatamq; vitam audita Mēnonis filij morte in cicadam versus dicit a poetis. hinc ait Horatius. Longa Tithonũ minuit senectus. Latini quoq; poetę Mēnonē Aurorę & Tithoni filium asserunt. Remotus in auras. i. a terris in auras abijt. hoc est expirauit. Minos. fuit is Iouis ex Europa filius quileges multas Cretensibus dedit simulans eas a se in spelunca quadam meditatas scribit id Diodo. lib.vi. Plato autem in Minoe de legibus introducit Socratem dicere Homerum scripsisse Minoa in Gnoso Cretę vrbe ampla regnasse, nouem annos magno cũ Ioue collocutum. Accedebat eñi, vt idē Socrates ait: in Iouis antrũ erudiendus. Vnde didicit qđ docuit inde cæteros: quæ ab Ioue nouem annis acceperat. Panthoiden. Pythagoram significat: qui aliquando fuit Euphorbus Panthoi Troiani filius a Menelao interfectus. Laertius lib.viij. scribit: ꝙ refert Heraclides ponticus Pythagoram de se dicere solitũ ꝙ fuisset aliquando Aethalides: Mercurijq; filius putatus esset: Mercuriũq; monuisse illum: vt peteret præter immortalitatē quod vellet petijsse igitur vt viuens & vita functus omniũ quæ cōtingeret memoriam haberet. itaq; in vita meminisse omnium: eandemq; memoriā & post mortem reseruasse: longoq; post tempore in Euphorbum venisse: atq; a Menelao fuisse Vulneratum. Euphorbus aũt dixit se aliquando Aethaliden fuisse: atq; a Mercurio pro munere hoc accepisse: vt anima illius iugi circuitione vagaretur: & in quas vellet arbores vel animantes commigraret. Postea vero quam Euphorbus diem obijt, migrasse in Hermotinũ ipsius animā: qui & ipse quum fidem vellet facere. Branchidas petijt. ingressus Apollinis fanum ostendit clypeũ quem illic Menelaus affixerat. ait. n. illum quum ex Troia remeasset, Apollini sacrasse. scutum iam putrefactũ: solamq; perdurare eburneam faciem. vbi aũt & Hermotinus vita functus est: rursum in Pyrrhũ Deliũ piscatorem migrasse: illumq; omnia memorasse: vt. s. primũ æthalides fuerit: postea Euphorbus: deīde Hermotinus: ac postea Pyrrhus effectus sit. ac deīceps post Pyrrhũ factũ esse Pythagorā: omniũq; meminisse: quę prædiximus. Hæc Laertius lib.viij. Meminit etiam Naso lib.xv.met. nā introducit Pythagorā ita dicēte. Ipse ego: nam memini: Troiani tempore belli Pāthoides Euphorbus eiā: qui pectore quodā Cognoui clypeũ læuæ gestamina nostræ Nuper Abantæis tēplo Iunonis in agris. Orco. orcus Pluto dicit: ait. n. ī verrinis Cicero. Vt alter orcus venisse Aetnam, & non Proserpinam: sed ipsam cererē rapuisse videtur. Sũt & qui velint horcum dictũ ex eo ꝙ dij iurabant per stygem. est enim ὅρκος iuramentum: ὀρκόω vero voco ad iusiurandum. est Orcus apud Homerum li.ij. Iliad. Thessalię fluuius: qui peneũ olei instar supnatat. de quo Pli. lib.iiij. Nihil vltra neruos atq; cutē morti & c. Sēsus est. ꝙ nerui tantum & cutis ipsius perierant: anima tamen viuebat semp. Nō sordidus auctor. Cicero libro.i. de natura deorũ scribit de Pythagoræis: ꝙ tātum opinio preiudicata poterat: vt etiā sine ratiōe valeret auctoritas. Nā Pythagorei siquid affirmabant ī disputando: quęreretur q; quare ita: respōdebāt: ipse dixit. ipse autem erat Pythagoras. Sed oēs. Ouid. etiā inqt in Met. Serius aut citius sedē properamus ad vnam. Et de morte Drusi. Fata manent omnes: oīs expectat auarus Portitor: & turbæ vix satis vna ratis. Tendimus huc omnes: metā properamus ad vnam. Oīa sub leges mors vocat atra suas. Et de morte Tybulli. Scilicet oīe sacrũ mors īportuna prophanat: Omnibus obscuras inijcit illa manus.

Margin: Tithonus. Mēnon. Minos. Pythagoras. Euphorbus. Aethalides. Orcus. Horcos Horcoo. Auctoritas pythagoræ,

Dant alios furiæ toruo spectacula Marti:
Exitio est auidum mare nautis.
Mixta senũ & iuuenum dēsantur funera: nullũ
Sęua caput Proserpina fugit.
Me quoq; deuexi rapidus comes Orionis
Illiricis notus obruit vndis.
At tu nauta vage ne parce malignus arenæ
Ossibus & capiti inhumato
Particulā dare: sic quodcunq; minabitur Eurus
Fluctibus hesperijs: Venusinæ
Plectantur syluæ te sospite: multaq; merces
Vnde potest tibi defluat æquo
Ab ioue Neptunoq; sacri custode Tarenti.

ACR. ¶ Dant alios. f. id est diuersis generibus qui dē: sed vna morte singulos perire. Spectacula martis. eo ꝙ in ludũ martis per bellicũ pcipitent furorē. Exitio est. a. m. n, Vorax ꝙ demer sos sorbeat. Mixta senũ & .i. d. f. multitudo morientiũ totius ætatis. vt Matres atq; viri defunctaq; corpora vita: Magnanimũ heroũ pueri innuptęq; puellę. Sæua caput Proserpina. ꝙ omnis suscipiat: quam nullus euadat: figura est Hypallage, fugit Proserpina pro fugiunt Proserpinam: vt illud. Stat & oues circũ nostri nec pœnitet illas. ꝓ nos illarũ non pœnitet. Deuexi. in deuexa parte cæli positi. Rapidus comes Orionis, ortus enim & occasus Orionis tēpestuosi sunt ideo & comitem eius notum ventum dixit: vt Virg. in primo æneidos. Cũ subito assurgens fluctu nimbosus Orion In vada cæca tulit. Deuexũ aũt in deuexa parte cæli positum. vnde Virg. Conuexa polus dum sydera pascet. At tu nauta. hic quasi Architam ponit pcari nautā: ne remaneat insepultus sed iam arenam inijciat: nam & in sacris hoc genus sepulturæ tradebatur: vt & si non obrueretur manu plena ter iacta terra cadaueri pro sepultura esset: vt At tu mihi terram Inijce nāq; potes. Ideo enim & particulam arenæ dixit. Ordo est. at tu nauta ne parce malignus dare particulā vagę arenę ossibus & ihumato capiti. Sic plectātur Venusinæ syluæ quodcũq; minabit Eurus hesperijs fluctibus & c. Venusinæ. Venusiũ ciuitas ē Apulie cōfinis Lucaniæ: cuius syluas qa immensæ sunt, pro quibuscunq; posuit: admonet ergo vt etiam si tēpestas sit quæ tales syluas flectat: ne omittat sepeliendi Curā. Multaq; m. v. p. t. d. ę. a. i. hoc est, nec attentus ad

¶ Dant alios. Recitat varia fata ac mortis genera Architas: vt ad suum tandem casum perueniat, & sepulturam precetur. Ordo autē est. Furiæ. s. bellicæ hoc est erinnus & iræ immoderatæ: dant alios. i. quosdam, marti toruo. i. truculēto, qui strage & sanguine oblectatur. spectacula, i. vt dicunt, recreationē & gaudium ex nece eorũ spectanda: hoc est alij moriunē in bello. Mare auidum. i. multum vorax & insaturabile: est nautis, idest nauigare solitis exitio. i. ad exitium & calamitatem: sicq; melius legitur quā exitium. Funera senum & iuuenũ mixta. i. cōfusa densantur. i. multiplicantur: quia Proserpina scilicet Plutonis vxor: nullum. i. non vllum: nō fugit vllum caput. i. damnat orco quodlibet caput tam iuuenum quā senũ. Notus. i. vetus ille humidus, qui & auster dicitur: comes rapidus. i. celeriter rapiens quicquid offendit: orionis. i. syderis illius nimbosi: deuexi. i. inclinati ad occasum: quia tam in ortu quā in occasu tempestatē ciet: obruit, quoq;: i. etiā me: vndis illyricis. i. in mari Illyrico. At nauta q locũ hūc pertrāsis: ne pce. i. ne parcas: malignus. i.

tanq malignus dare ossibus & capiti inhumato: particulam arenæ vagæ. i. vento & aquis agitari solitæ. sic (aptaptationi particula) quodcunque. s. malum Eurus ventus ille orientalis impetuosus: minabit: scilicet tibi: in fluctibus hesperijs. i. italicis: eo sup. syluæ Venusinæ: quæ sunt iuxta Venusiam oppidum iter Lucaniam & Apuliam patriam poetæ: plectantur. i. feriatur & minas luat: te sospite. i. incolumi existente. Et multa merces. i. remuneratio & bonorum accessio defluat. i. deorsum fluat & abunde descendat tibi vnde potest. s. defluere: quia omne bonum a deo manat. vnde dicit ab Ioue æquo: quia nullum bonum dimittit irremuneratum. Est autem proprium epitheton Iouis. vt æneid. vi. Aut æquus amauit Iuppiter. Ideoque ipse dicit eiusdem. x. Rex Iuppiter omnibus idem. & a Neptuno sacro custode Tarenti. hoc dicit quia Tarentinus fuerat in gratiam patriæ suæ.

lucrum omittat studium' iusta soluendi. Neptunoque. s. c. t. Neptunus apud Tarentum deuotius colebatur: vel quia in Neptuni tutela dicitur fuisse: seu quia Neptuni filius Palanthus apud Tarentum Herculi & neptuno templa constituit: vt fortiter per fauorem Herculis faceret, per Neptunum feliciter ageret. POR.

¶ Me quoque deuexi. Notum est ortu & occasu orionis tempestates cocitari. Notum cominte orionis dicit, quod cum orione ort' est. Seua vllu caput Proserpina fugit. nullum Proserpina timet: ac per hoc nemine exceptum habet. Me quo deuexi. Deuexum Orionem dixit: vt Virg. Conuexa polus dum sydera pascet. i. in deuexo cælo positum. At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ. ad prætereuntes nautas Archytam se conuertisse fingit. Quodcunque minabitur Eurus Fluctibus hesperijs Venusinæ plectantur syluæ. Venusia Colonia inter Lucaniam & Apuliam poetæ patria. Vnde syluas Venusinas pro quibuslibet posuit. Plectantur autem luant atque experiantur sit. Neptunoque sacri custode Tarenti. Custodem Tarenti neptunum ait, quia præcipue neptunus ibi colitur. ANTO

¶ Dant alios. ordo est. Furiæ dant alios spectacula toruo marti. i. multi furore ducti sunt ludi Marti. pugnando. n. pereunt. Exitio. i. cladi, morti, calamitati. Funera. i. mortes. Proserpina: Plutonis coniunx: quam dicit fugere nullum caput: quoniam abscisso crine a Proserpina damnatur orco. Quam fabulam abscindendi crinis: vt refert Macro. lib. v. Virgilius induxit secutus Euripidem: qui composuit nobilissimam fabulam Alcestim In qua in scena orcus inducitur gladium gestans: quo crinem abscindit Alcestidi. Deuexi: in deuexo cælo positi. diuidit enim eum æquinoctialis circulus cum tauro decertante collocatum: vt scri. Higinius. Orionis. de Orione multa Higinius: & Naso lib. v. Fast. de quo ait. Creuerat immensum: comitem sibi delia fecit. Ille deæ custos ille satelles erat. Demum relatus inter sydera stellas habet decem & septem. Huius syderis incertam esse tempestatem dicunt nam sua magnitudine pluribus diebus oritur. hinc ait poeta libro i. æneid. Quum subito assurgens fluctu nimbosus orion In vada cæca tulit. Orionis signum ab Accio Iugula apellatur. de quo plura Varro ait libro. iij. de lingua latina. Illyricis. Illyris Hadriatici maris latus occupat: teste Mela & Dionysio. Et Pli. lib. iij. inquit. Quæ pars ad mare Hadriaticum spectat appellatur: Dalmatia & illyricum. Malignus. i. tanquam malignus. Particulam dare. sic etiam Palinurus æneæ dixit lib. vi. æne. Aut tu mihi terram inijce. id autem fiebat ne insepulti cadaueris anima ab Charonte expelleretur: cogereturque errare centum annos circum inferna littora. Sic. adiuratis est. Eurus. is ventus est veniens ab oriente æquinoctiali, dictus ab ἕω ῥέων. i. ab oriente sole fluens. is alio ab græcis nomine ἀπηλιώτης: ab Romanis nautis subsolanus cognominatur. Auctor est Gellius lib. ij. ca. xxij. Hesperijs Italo mari. i. Tyrrheno. nam Hesperia Italia dicta est quod occasui subiecta sit, ab Hespero stella: vt refert Macrobius libro. i. Saturna. Venusinæ syluæ. Venusia Colonia fuit inter Lucaniam & Apuliam Horatij patria. Plectantur. affligantur: percutiantur. πλήττω enim percutio est. Vnde. id est a quo Ioue & Neptuno. Tarenti. Tarentum est Calabriæ propinqua & maritima vrbs extrema Italiæ: & Brundusium. de quo multa Strabo lib. v. Dionysius etiam ait. Tarentini vero ad littus reiecti ibi oppidum tenent Amycleorum olim interitu conditum. Quibus propinqui Calabri: Iapigumque gens. Florus scribit Tarentum Calabriæ quondam & Apuliæ totiusque Lucaniæ caput positum in ipsis Hadriatici maris faucibus: quod in omnis terras Istriam Illyrim Epirum Achaiam Aphricam Siciliam velo mittebat. Neptuno custode Tarenti. putandum est Neptunum a Tarentinis cultum: cum plurimum in mari possent. Preterea Seruius lib. iij. æne. asserit Tarentum a Tara Neptuni filio ædificatum.

crinis morientium. Orion. Iugula. Illyris. Dalmatia. Eurus. apeliotee Subsolanus Hesperia Venusia Plecto. Tarentum brundusium

Negligis immeritis nocituram
Postmodo te natis fraudem committere: fors &
Debita iura vicesque superbæ
Te maneant ipsum: precibus non linquar inultis:
Teque piacula nulla resoluent.
Quanquam festinas: non est mora longa: licebit
Iniecto ter puluere: curras.

Negligis. Prosequitur orationem suam Architas: qui sicut pium opus facientibus bona precatus est: ita negligentibus mala imprecatur. Ordo est secundum Acronem. Negligis. i. si negligis, scias sup. te committere &c. Secundum Porph. nihil intelligendum est: sed dicendum. Negligis: modo. i. contenis: & facile esse putas te committere. s. in me: fraudem. i. de fraudatione sepulturæ: nocituram post te natis tuis. sicut dij sacrilegium Dionysij siculi in filium aiaduertere. aucto. Valerio de neglecta religione. hoc est: si ideo negligis: quia non tibi sed natis tuis nocituram: fors. i. forte: &. i. etiam debita iura scilicet talionis: & vices, id est pœnæ vicissim infligendæ: superbæ, id est graues: maneant. i. expectent te: ego non linquar a dijs precibus inultis. id est quas nulla vltio sequatur. & nulla piacula, id est nullæ expiationes resoluent. i. liberabunt te scilicet ab impietate: quanquam festinas mora non est longa: licebit. s. tibi vt curras puluere iniecto ter. s. in tumulum meum.

¶ Negligis. deest: si Fraudem. seu studio commercandi fraudem quæ redundet in posteros capiat: seu certe inhumati piaculum eius filios lædat. & ne longum putaret: etiam ipsum delicti subiecturum pœnas minatur. Committere. scias deest. Maneant. expectent. Precibus non linquar inultis. vltionem precibus suis dandam promittit. Teque Piacula. n. r. hoc est nullis hostijs expiaberis: piacula enim dicebantur quibus facinus expiabatur admissum. Non est mora licebit. Vt Virgilius. Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti. vt excusationem arceat: dum ne morsum quod cœperat ostendit. Iniecto ter. vt Manes magna ter voce vocaui. ACR. Piaculum

¶ Negligis immeritis nociturum. Ordo est negligis: fraudem committere facile esse putas. Atque enim hæc expetet in eos qui ex te nati sunt. i. in filios tuos. Teque piacula nulla resoluet. i. nullo modo expiabis hoc scelus quod in me admittis. Fors & debita iura vicesque superbæ te maneant ipsum. vices superbæ pœnæ intelligendæ: quas superbis factis illum passurum precatur. Non linquar. i. preces meæ efficient vltionem huius rei persoluas: quod piaculum in me admittas. POR.

Negligis immeritis. Ordo est modo negligis committere scilicet in me fraudem post te nocituram natis immeritis. Siue negligis te committere scilicet in me fraudem post modo nocituram &c. Vices. id est pœnæ quæ superbis datur. vel superbæ vices, id est alternationes sequæ. nam vt inquit Terentius, omnium rerum vicissitudo est. Piacula nulla. nulle expiationes te liberabunt ab hoc scelere & impietate ista. Licebit curras. poteris currere: Ter iniecto puluere. Impar numerus mas, & par fœmina vocatur. Item Arithmetici imparem patris & parem matris appellatione venerantur. Auctor Macrob. lib. i. de som. Deus autem impari numero gaudet: vt habet æcloga octaua Maronis. Et masculum genus religioni tributum est. Vnde ait Plinius libr. xij. ANTO

numerus impar. numerus

par. Thusma sculum. de masculo thure sic. Quod ex eo rotūditate guttæ pependit masculum vocamus: cum alias non fere mas vocetur vbi non sit fœmina: religioni tributum ne sexus alter vsurparetur. Hæc ille.

ACR. Icci beatis nūc Arabū inuides. Metrū duobus versibus Alcaicū. tertius nouenarius iābicus hypercatalecticus. quartus pīdaricus. Ad Icciū scribit: quē miratur philosophiæ intermisso studio repente se ad militarē vitā cōtulisse cupiditate diuitiarū: nā idē Iccius Panætij socratici philosophi bibliothecam emerat: cuius lectione ad philosophiā dum fuerat deductus. Inuides. g. æmulus es: vt pares diuitias: vt cupiendo diuitias. Gazas ꝓ diuitijs ponit. vt Virg. Arma virū tabuleq; & troia gaza ꝑ vndas. in prīo æneī. & in. v. Et gaza lætus agresti. Et ac. mi. pa. i. fortē: durā: acerbam. Non. a. d. s. r. admonet pericula per quæ ad diuitias gerētes bella peruenirūt. i. cū non sint adhuc debellati tu nectis iā catenas. Horribiliq; Me. forti, crudeli. Nectis ca. aut illigas regibus victis catenas: aut fabricas. mutuis. n. nexibus fiunt catenæ. Spōso ne. i. nisi prius occiso sponso in seruitium captiua non venit. Puer. regis filius, ꝙ captus pocula ministraret. Sericas. deriuatiuū est ab eo ꝙ Seres vocant. Serica. n. gens est parthis vicina sagittandi arte famosa: a qua & Sericū vocatur. Quis ne. i. quis rerum naturam neget posse mutari, cū tu studia in cōtraria verteris cōtra hominū opinionem. Pronos. procliues. nam proni dicuntur riui de mōtibus effluētes: qui impetuose fluunt. Et ty. r. vt Virg. Reuocatq; pedē tyberinus ab alto. Vndiq; no. l. pa. Panætius stoicus philosophus fuit præceptor Scipionis Africani: & Lęlij: Rhodius natiōe. Ordo ē. quis neget relabi posse riuos pronos arduis mōtibus: & tyberim posse reuerti: cū vel tu pollicitus meliora, mutare cōtēdis loricis Iberis: vndiq; coemptos nobilis libros Panæti socraticam & domū. Socraticā. d. Sectam siue libros. Loricis. i. optimæ. n. fortes Hispaniæ loricæ sunt. Pollicitus. m. studia. s. professionem suam poeta philosophiā vult intelligi. Elocutio vero nota est.

POR. ¶ Icci beatis nūc Arabū inuides gazis. Hāc Oden ad Iccium scribit: quem miratur intermisso philosophię studio repēte se ad militare studiū contulisse: per quod videt concupiscere diuitias Arabū. Inuides. g. i. æmularis Arabas in diuitijs habendis: ac per hoc diuitias cōcupiscis. Et. a. m. p. n. a. d. s. r. datiui casus est. hoc est illis paras diuitijs militiam: quod est aduersus illos. Nectis ca. non vincis sed fabricas intelligendum, proprie dictū catenæ enim ipse nexibus quibusdam, constant. Quæ ti. v. s. n. b. s. a te necato. s. spōso. Puer. q. ex. a. regius puer qui in aula seruierit. Sagittas sericas. i. parthicas a gente Serum qui partem orbis terræ orienti subiectam tenent. Quis ne. a. p. r. p. r. m. & t. r. παροιμιῶδης. Sensus est. quis non credat rerum naturam posse mutari vt flumina in montes reuerrantur: vnde alioquin descendunt: cum tu vitæ studia in contrarium verteris: quod nemo sperauerat posse fieri? Tale est illud Virgilianum. Iungentur iam gryphes equis æuoq; sequenti Cum canibus timidi veniēt ad pocula damæ. Cum tu coemptos vndiq; nobiles libros Panæti. Panætius stoicus fuit ꝓceptor. Scipiōis Africani & Lælij: genere Rhodius. Loricis Ib. κατ᾽ ἐξοχὴν dixit: ꝗa optimæ sunt Hispanæ loricæ. Socraticam domū. vt si diceret, Socraticę scholę disciplinam. Tēnis. pro cōtennis. Ordo est autē. Socraticam domū mutare loricibe: is temnis pollicitus meliora. Meliora autē absolute dictum. aut studia subaudiēdum. studia poeta

XXIX. Ode Tricolos Tetrastrophos. Ad Iccium militaturū: relicto philosophię studio.

Icci beatis nunc Arabum inuides
Gazis: & acrem militiam paras
Non ante deuictis Sabæ
Regibus: horribilisq; Medo
Nectis catenas: quę tibi virginum
Sponso necato: barbara seruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur vnctis?
Doctus sagittas tendere Sericas
Arcu paterno. quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos
Montibus: & Tyberim reuerti:
Cum tu coemptos vndiq; nobiles
Libros Panęti & Socraticam domum
Mutare loricis Iberis
Pollicitus meliora tendis?

¶ Icci. Iccium amicum & virū literatū amice arguit incōstantiæ, imprudētiæ: atq; auaritiæ: ꝙ relicta philosophia lucri gratia animos ad bella cōiecerit. Vnde dicit. O Icci: tu inuides nūc. s. mutato aīo: Gazis. i. diuitijs & thesauris Arabū: beatis. i. beatorū hoc est amplis: & paras intendis & disponis militiam acrē, id ē strenuā: & nectis scilicet animo & opiniōe pręuia, regibus Sabeæ: regionis illius thuriferæ in Arabia, nō deuictis ante, id est prius a Romanis: & Medo horribili, qui exercitum Romanum fudit, & Crasso interempto signa abstulit: nā quia cōtermini sunt: Parthos & Medos pro eisdem sæpe ponit: catenas. idest vīcula. Quæ virginū sup. putas in animo: seruiet tibi spōso scilicet eius: necato. s. abs te? Respōdet poeta: Barbara. i. quæcunq; ea sit profecto barbara sit. Et quis puer: ex aula. s. regum captorum vnctis capillis. i. habēs vnctos capillos more patriæ suæ: statuet ad cyathos. i. erit tibi pīcerna? ¶ Respōdet poeta ī nuēs non molles illic esse nec delicatos Ganymedi similes. Statuetur, sup. puer, doctus tendere. i. ad auriculas vsq; trahere: aut emittere: arcu paterno, quia & pater eius sagittandi peritus fuerit sagittas Sericas. i. quibus Seres vti solent. Quis neget riuos pronos. i. occiduos & decliues posse relabi, idest tanto impetu acsi labantur referri: montibus arduis. i. ad arduos montes? Noue autē dicit relabi montibus. Nam lapsus videtur deorsum debere fieri. Vnde est illud. Labere nympha polo quomodo ergo relabentur ascendendo? Profecto argute dictū est. Nam labi est quidem cadere sine difficultate: vt res a sublimi descēdēs: sed quia riui fere ab altiore labuntur vult eos relapsuros dū recurrent cōtra naturam. Vnde sensus est: quis nō putet naturā posse mutari, si vir olim prudēs & philosophiæ studiosissimus sic mutatus sit vt pro libris arma tractet? Et est similis sententia fere in Bucoli. vbi dicitur. Mopso Nysa datur: quid non speremus amantes? Iungentur iam gryphes equis: æuoq; sequenti. Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. i. natura mutabitur animalium. sed plus est quod hic dicit: naturam aquarū mutari posse. Sed ad ordinem reuertamur. Et quis neget tyberim reuerti scilicet a mari Tyrrheno ad ortum suum: cum tu o Icci tendis id est paras & intendis: mutare loricis iberis idest accipiē do loricas ibericas. i. armaturas quibus Iberi populi Hispaniæ bellicosi vtuntur: derelinquere (nam qui commutat, vnum derelinquit & aliud accipit. Vnde venditio atq; emptio priscorum ante vsum pecuniæ erat commutatio quædam) libros nobiles Panæti: pro Panætij: stoici diligentissimi & doctissimi: qui de philosophia morali plurima scripsit. Vnde eum Cicero in officijs sæpe imitat̄ sæpeq; citat. coemptos idest simul emptos: vndiq; idest a quouis qui eos venales habuit. Vbi graphice depingit naturam inconstantium. Nam nimis vehementes in vtramq; sunt partem: dum enim studio intendere parant: omnis libros emunt quasi si fieri posset simul euoluere vellet: dum vero a studio remittuntur, penitus deserunt. Et pro. i. domum so

craticam,i.totam philosophiam moralem,quam Socrates primus docuit,& quam a cælo in terras deuocauit,nihil tamẽ scripsit: verum quia ad eo hausta est fere philosophia moralis dicit in arte.Rem tibi socraticæ poterunt ostendere chartę.Tedis dico mutare,pollicitus,scilicet tuis,meliora,quia meliuseſt literis ꝙ armis ob auaritiam vacare. secundũ suam opinionẽ philosophiã vult intelligi.Nota aũt figura elocutionis est, qua dicit philosophiã militia mutare,hoc ẽ philosophia dimissa militiam sumere,vt Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

Argumentum Odes.XXIX. per Mancinellum.

¶XXIX.Ode Iccium alloquitur dicẽs eũ auaritiæ causa militiã parare parthis ac Medis. Verũ quis neget flumina in fontes redire posse,hoc est cõtraria fieri,quũ oli studiosus philosophiæ illa relicta militiã subeat.Icci beatis nunc arabum inuides,Ode est tricolos Tetrastrophos,Est eñ similis. xxij.Gazis, Gazã persæ ærariũ vocãt vt scribit Mela.arabũ Gazis.arabiæ pars vt Dionysius scribit quę ad orientẽ & austrum spectat,rubro alluitur mari.Vtq; Solinus ait:arabia sacra interpretatur,partem eius Eudæmonẽ greci nr̃i beatam nominauerunt,non frustra,nã pter odores quos creat plurimos,sola thus mittit.in ijsdẽ saltibus Myrrha prouenit,Sabeæ regibus,Saba regio est thurifera Arabiæ spectans ortus solis ęstiui,vt docet. plin.lib. xij.Et Strab.li.xvi.scribit ꝙ Sabei felicẽ arabiã incolunt,supellectilẽ ex argento & auro multam habent:vasa lectos tripodas crateras cum operculis,domosq; sumptuosas,nam & portæ & parietes & tecta ex ebore auro argento lapidibusq; incrustatis sunt distincta,Medo.de Medis legito ĩ ode.ij. Nectis. fabricas & paras.Que tibi ṽginũ.Ordo est.Quæ virginũ necato sponso tibi seruiet?Barbara.est enim barbara poetę responsio Ex aula regia scilicet vbi regi seruierit.Doctus responsio est. Sericas sagittas, Seres vt scribit Plini. li vi.ca.xvij.regionẽ inhabitã quæ spectat æstiuũ orientẽ,lanificio syluarũ nobiles.At latius libro.ij.g. iã diximus,Quis neget.sensus est.Quis neget cõtraria fieri posse,quũ tu oli philosophiæ deditus militiam sub eas relicta illa?Pronos,decliuos ab arduis montibus.Panæti fuit Panætius stoicus,& præceptor Scipionis africani,& Lelij,gñe Rhodius vt Porphirio scribit,eũdẽ ṽo Cicero imitatus ẽ in officijs. Socraticã domũ. appositio est Socrates aũt vt scribit Laertius lib.ij,ea potius inquirenda hortabatur ꝙ mores instruerẽt,& quorum vsus nobis domi esset necessarius,De Socrate aũt plura diximus in Iuuenalis satyra.ij. Loricis Iberis:græci eandẽ Iberiã & Hispaniã nominabãt,sic etiã Romani,auctor est Strabo.lib.vij.Ptolemæus item lib.ij.sic ait.Hispaniæ quę apud grę cos Iberia dr̃,tres sũt regiones,Betica,Lusitania,ac Taraconẽsis. Loricis Iberis,Iustinus libro vlt.de hispania loquens ait ꝙ Galatiæ regio,tum æris,tum plũbi huberrima auro quoq; ditissima est,præcipua ijs ferri materia,sed aqua ipsa ferro violẽtior,quippe temperamẽto eius acrius redditur ferrũ.Nec vllũ apud eos telũ probatur quod nõ aut Bilbili fluuio aut chalybe tingatur.Vñ ẽt chalibes fluuij huius finitimi appellati,ferroq; cæteros pstare dicũtur,hęc ĩn,Loricis,Lorica dicta ꝙ e loris & corio crudo pectoralia faciebãt,postea succuderunt galli e ferro sub id vocabulum ex anulis ferream tunicam,auctor est Varro.

ANTO | Gaza. | arabia. | Thus | Myrrha | Saba | Sabei, | Seres | panętius | Socrates | Iberia. | hispania | Galatia. | chalybes | Lorica.

XXX.Ode Dicolos Tetrastrophos.
Ad Venerem

O Venus regina Cnidi:Paphiq;
Sperne dilectam Cyprum: et vocantis
Thure te multo Glycerę decoram
Transfer in ædem.
Feruidus tecum puer:et solutis
Gratię zonis:properentq; nymphę:
Et parum comis sine te Iuuentas
Mercuriusq;.

O Venus,Vt cõplaceat Glyceræ amicæ suæ vocat Venerẽ cum comitatu eius in ædẽ ab ea dedicatã dicens.O Venus regina Cnidi vrbis in Caria,& Paphi vrbis in Cypro,sp̃ne.i. minus ama:Cypron.i.patriã tuã,dilectã.s. prius & transfer te in ædẽ.i.sacellũ,decorã,Glycerę.s.puellæ vocãtis te multo thure.Et puer feruidus:scilicet Cupido,& Gratiæ.i. charites zonis solutis.i.hñtes zonas solutas,& nymphæ.s.reliq & Iuuentas scilicet dea parum comis,idest elegans & suauis parũ sine te,& Mercurius deus facundię,quæ ad amorem facit,pperent tecum.

ACR. O Venus regina Cnidi paphiq;. Metrum saphicum hendecasyllabum. Quartus adonius. O Venus quasi epigrãma hoc est ĩ dedicationẽ Veneris scriptum quã ipse consecrarat.Cnidi,vrbs Cariæ.Paphos vero vrbs Cypri insulæ,vtraq; venerẽ pcipue colẽs.pcatur.n.vt desertis velut pprijs ciuitatibus adsit ædibus cõsecratis. Incertũ aũt vtrũ Glycera amica sit, an ancilla. Et solutis grẽ zonis. vel liberæ vel nudæ,ꝙ nõ cigãtur & bñ nudæ & solutis zonis grẽ fingũtur,qa amicorũ animi soluti secũ & nudi esse debẽt.Et parũ co.si. te.iu.hoc est minus elegãs iuuẽtas sñ venustate,hoc est sñ te.Sciendũ est tñ Venerem nõ tñ cõcubitus sed etiã oim elegantiarum esse dominam.aliud tñ est iuuentas,aliud iuuenta,aliud iuuẽtus.Iuuenta ætas putatur, iuuentas ipsũ numẽ, iuuentus adolescentia: Mercuriusq;, per Mercuriũ quæstum vult accipi,tanꝗ sine venustate nec lucrum sit.

POR. ¶ O Venus regina Cnidi Paphiq; sperne. quasi epigrãma est hoc in dedicationẽ veneris scriptũ quã ipse consecrauit.Cnidos aũt vrbs Cariæ,Paphos aũt vrbs insulæ cypri, vtraq; venerem pręcipue colens.Feruidus tecũ puer.i Cupido,ꝙ feruorẽ amoris ĩferat,Et solutis grẽ zonis,quia gratiæ nudæ & sñ nodis fingũtur,quia amici animos solutos ac nudos inter se habere debent. Et parum co.si.te.i.minus elegãs.Sine te.i.sine venustate.Scire autem debemus Venerem non tantum concubitus,verum etiam dñam esse oim elegantiarũ.Sic alibi ipse.Ordinis hæc virtus erit & Venus.

Argumentum Odes.XXX. ANTO.MANCINEL.

XXX.Ode hortatur Venerẽ vt relicta cypro se in ædẽ Glycerę trãsferat(de qua superius ait, Vrit me Glycerę nitor)secũq; ducat cupididinẽ,grãs,& nymphas,iuuẽtã,atq; Mercuriũ. Est aũt ædis dedicatio. O Venus regina Cnidi Paphiq;,Ode ẽ similis scdę Cnidi Cnidus ĩ Caria vrbs,p̃ portus duos habuit, Iñ memorabiles viri oriũdi,primũ Eudoxus mathematicus Platonis sodalis:postea agatharchis peripateticus vir historicus,ætate Strabonis,Theopõpus diuo Cæsari familiaris,& qui apud eum maxime poterat.Item Artemidorus filius.hinc etiam Ctesias fuit qui Xerxem medicatus est,& res Syriacas & persicas conscripsit. auct.est Strab.li.xiiij.Paphiq.Paphos Cypri vrbs portũ habebat & tẽpla optime structa,vt Stra.libro.xv. Plin.aũt li.ij.ait ita.Celebre fanũ habet veneris Paphos,in cuius quadã area nõ pluit.Cyprõ.de hac latius in Ode.i.& .iij.ædem decoram,ædes dicta ab aditu,ꝙ plano pede adibant,vt Varro docet.ædem autẽ numero singulari de templo tñ dicimus:plurali vero & de domibus & de tẽplo,Seruius lib.ij. æneid.Solutis zonis.Gratiæ.n.nudæ & ,ppterea discinctę incedũt,de quibus multa in Ode.iiij.Feruidus, habet.n. faces cupido,hinc amoris feruorem infert.zonis ζωνη circulus dr̃,ζωνιον cingulum. ζωννυω & ζωννυω cingo. Comis.hilaris,elegans,benigna,facilis:suauis,Sine te.sine elegantia & venustate,Venus eñ oim elegãtiarum domina esse dicitur:vt Porphy.quoq; narrat,& Venustũ vt scribit Fabius lib.vi.apparet ẽẽ id qd cũ gratia quadã & venere dicatur,Iuuẽta ętas ipsa,iuuẽtus adolescentia & iuuenũ multitudo.Iuuentas dea est

Cnidus. | eudoxus. | Theopõpus. | Ctesias. | Paphos. | ædes. | Gratiæ. | zonæ. | zõnisco | zonnyo | venustũ.

Iuuēta. ipsa. Auctor est Seruius & acron. Virgi. lib. ij. Lumenq́ iuuentæ. Hora. hic. Et parum comis sine te iuuen-
Iuuētus. tas. hoc est ipsū numē. Virgi. Tū mihi prima genas vestibat flore iuuētus. i. adolescentia. Mercuriusq́. is eni
Iuuētas. mercaturæ quæstū repperit, verbaq́ primus in ordinē redegit, de quo plura legito in Ode. x. Eloquentia au tem Veneri grata est: vnde Catullus ait. Verbosa gaudet Venus loquela. Ouid. item lib. i. de arte. Non formosus erat sed erat facundus Vlysses. Et tamen æquoreas torsit amore deas.

ACR. 
Vid dedicatū poscit apollinem. Metrū duobus vsibus alaicum. tertius dimeter iambicus nouenarius hypercatalecticus, quartus pidaricus. apollinis tēplū in palatio dedicauit Augustus; sed apollinē ꝓ tēplo posuit metonymice. & significat modestiā voto- ū suorū: negās se ab apolline q̄ ad cupiditatē, aut auaritiā spectent petere. sed bonā mētē, bonaq́ corporis vsq́ ad senectutē ꝑcari cum lyrico studio. putatur tamen diuerse Horatius apollinē dedicasse ad quē hęc scribit. De patera. calice. vt Hic latices qualem pateris libamus & auro. Nouū. s. liquorem, aut nō vetus, vt deos nō exquisitis muneribus placari mōstraret. aut certe ꝑ qđ noua instaurabatur precatio. nā & ipm morem scrificādi ostendit, vt ipsa tenēs dextra paterā pulcherrima dido. Non æstuosæ, ęstuosa. n. regio est aptior pecori. vt Calidi lucent bucēta matini. Aut ebur indicum. Indis, n. ebur est abunde. vt Virgil. India mittit ebur: molles sua thura sabei. Liris fluui9 cāpanię est interfluēs vrbē Minturnensiū. Virg. Et vmbrosæ liris per regna Maricæ. Taciturnus. lenis altus, magnus. vnde virg. de Tyberis altitudine. Et tacita. r. i. s. v. Præmāt. i. reprimāt putādo vitē. Calena. s. Cales oppidū ē in agro sidicino, vbi optima vina vt falerna nascūtur. Diues. ordo est. & diues mercator char9 ipis dijs, quippe ter & quater anno impune reuisēs atlanticū mare exsiccet vina aureis culullis reꝑata syra merce. Culullis. poculis. ꝓprie aūt cululli calices dicūtur fictiles qbus pontifices virginesq́ vestales vtebātur, hic autē pro vrceolis & conchis posuit. Syra reparata merce. syram mercem pro preciosa posuit, qua venditoris vina a negociatoribus cōparentur. Dijs charus ipsis. Quasi in hoc dijs velut per inuidiā gratos mercatores dicit, q& prospere & frequētius nauigāt. æquor atlanticum aut pro quocūq́ posuit mari, aut oceanū vbi & mons atlas esse perhibetur. Virgilius in iiij. Oceani fine iuxta solemq́ cadentem Vltimus ęthiopū locus est vbi maximus atlas axem humero torquet stellis ardētibus aptū. Cychoreę, herbę multis & tenuibus radicibus, quas Virgi. intyba noīauit i. iiij. Geor. Strymonięq́ grues & amaris intyba fibris Frui paratis. aut quæ ego parauerim. aut q̄ i promptu sunt oībus. Ordo est, & Latoe ꝑcor dones mihi valido frui paratis, ac cū integra mente, nec degere turpē senectam nec carētē cithara, vt sit mēs sana in corpore sano: At. sed, vel saltē. Virgil. in primo ęneid. At sperate. d. m. f. atq́ nef. Degere, deducere. vt Virg. in. iiij. æneid. Non licuit thalami expertē sine crimīe vitam degere more ferę

XXXI. Ode Tricolos Tetrastro. Ad Apollinem, narrat enim quid ipse poeta ab illo petat.

Quid dedicatum poscit Apollinem
Vates? quid orat de patera nouum
Fundens liquorem? non opimę
Sardinię segetes feraces:
Non æstuosæ grata Calabriæ
Armenta: non aurum aut ebur Indicum
Non rura quę Liris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis.
Premant Calena falce quibus dedit
Fortuna vitem: diues et aureis
Mercator exiccet culullis
Vina: Syra reparata merce:
Diis carus ipsis, quippe ter & quater
Anno reuisens ęquor Atlanticum
Impune me pascunt oliuę
Me cychorea, leuesq́ maluę:
Frui paratis & valido mihi
Latoe dones: at precor integra
Cum mente nec turpem senectam
Degere: nec cythara carentem.

¶Quid dedicatum. &c. vt ostendat quid vota virilia a mulie bribus distent, post vota Glycerę Venerē vocātis affert suaq bus apollinē vocat dicēs. O Latoe. i. apollo, qđ sup. putas vates sup. tuus poscit: hoc est ego posco (vbi ex more pro prima & iterum pro secūda persona tertiam ponit) apollinem. hoc est te, dedicatum. i. consecratū in sacello & quid orat vates fūdens nouū liquorem, idest mustū, de patera, idest poculo patente? Nō sup. poscit segetes. i. terras & hærbas feraces, s. frumenti Sardiniæ opimę. i. quales sunt in Sardinia opima. i. pingui. Nō poscit etiā armenta grata, idest vtilia Calabrię. s. regionis Italię: æstuosę, & ita ibi lanas molles ferunt pecudes: ꝑ qbus armenta dixit: aut cerui & boues tenerā carnē. Non sup. ple poscit aurum aut ebur indicū, idest qđ fit ex elephāto indico, Nō etiam rura. scilicet fertilia, quę Liris fluuius Italiæ iuxta Siuessā, appositorie amnis taciturnus. i. leni fluēs agmīe & ita propter renauigationē vtilis est, mordet aqua quieta. i. parū fluēte Illi sup. qbus fortuna dedit, ꝑmāt, i, putēt & secēt vitē, falce calena. i. iuxta calles oppidū aut calenū agrū. q. d, id mihi non posco, & mercator. i. negociator diues exiccet. i. ebibat vina: culullis, i. poculis, aureis, ex auro. vina dico reparata, id ē comparata, merce syra. i. ex syria quā saluā aduexit, exiccet dico existens charus ipsis dijs, quippe, i. vtpote reuisēs. i. iterum atq́ iterū visitans ter & quater anno. i. spatio vnius anni impune. i. sine pœna & damno: mare atlāticū. i. in mauritaniā tēdens. Exiccet inquit mercator, quia oliuę pascūt me & cychorea & maluę leues. i. vētrē leuātes & mollientes. Et ideo posco o Latoe dones. i. cōcedas mihi valido. i. incolumi & valēti: frui paratis. i. iā partis. at. i. sed ꝑcor dones cū mēte integra. degere nec senectam turpem nec carentem cithara, idest musicæ vacantem.

POR. ¶Quid dedicatū poscit apollinē. apollinis tēplū in palatio augustus dedicauit. ergo dedicatū nō a se dicit poeta, sed q alioquin dedicatus est. ipsū aūt ait dedicatū apollinē ꝑ templo eius, Non opimæ Sardiniæ segetes feraces. negat se poeta ab apolline ea petere quæ ad auaritiam spectant. verū potius bonam mentem bonāque corporis vsq́ ad vltimā senectam valitudinē. Nō rura quę Liris quieta mordet aqua. Liris fluuius ē in Campania interfluens vrbē Minturnensem, hic autem lenissime labitur. quē ideo taciturnū dixit. ꝑmāt calena falce qbus dedit fortuna vitē. Cales oppidū in agro Sidicino est: in illa aūt regione vina falerna nascūtur, ergo hoc ait: possideant preciosos fundos quibus fortuna cōcessit Diues vt aureis mercator exsiccet culullis, ꝑ poculis dixit, ꝓprie aūt cululli calices sūt qdā fictiles qbus pōtifices virginesq́ vestales in sacris vtūtur, Vina syra reparata merce. Quasi commutata vina syra merce, Syram aūt mercem preciosissimā accipe quæ. s. in purpura & pipere & vnguētis alijsq́ similibus esse solet. Quippe ter & quater anno reuisēs æqr

Hoc quasi argumenti loco positum ad probandū q̃ charus dijs sit hic mercator. Me cichoreę leuesq̃ maluę. Cychorea intyba rustica. Maluę autem corpori leues intelligēdę. Frui paratis. aut ijs quę ego paraui, aut q̃ parata sunt: idest in promptu sunt omnibus. Latoe dones. Latoe ab eo quod est Lato figuratum.

Argumentū n Odes. XXXI.

¶XXXI. Ode scribit Horatius ab apolline nuperrime dedicato se minime petiturum quæ ad auaritiam attinent, vti feraces segetes armēta aurum ebur rura et similia, erat enim paruo contentus: et iā paratis, petit autē corporis valetudinē cum sana mēte vsq̃ ad senectutē lyrico studio nō cariturā. Quid dedicatū poscit apollinē. Ode ē Tricolos Tetrastro. Est em̄ similis. xxix. Dedicatū apollinē. Suet. scri. augustū extruxisse templum apollinis in ea parte palatinę domus: quā fulmine ictā desidera ri deo haruspices pronunciarēt, addiditq̃ et porticū bibliotheca latina gręcaq̃. Nouū liquorē. Cū noua dedicatio esset, nouo mero sacrificare volebat, decebatq̃ etiā. Nō. su. erat. Opimę. fertilis. Sardinię se. feraces. Sardiniā insulā amplectitur ab oriente sardoum, a septētriōe mare qd̄ inter ipsā et Cyrnū circūfūditur. auct. est Ptole. lib. iij. Diony. autē scribit Cyrnū et Sardiniā soli hubertate et nascētiū copia spectatissimas. Mela ēt ait ꝙ a barbaris co litur Sardinia fertilis et soli q̃ cęli melioris, atq̃ vt fœcūda ita pene pestilēs. Et Stra. itē lib. v. ait ꝙ Sardinię magna pars agrū habet rebus o m̄ibus felicē, p̄cipue tritico. distat a Corsica stadijs. lx. Liris. is fluuius est qui Soram interfluit, Fregellas affluit atq̃ Minturnas vrbē prope Sinuessam. labiturq̃ superne de apeninis collibus et agro vestino p̄ter Fregellas. p̄ta Strabo lib. v. et Plin. li. iij. Fremāt, amputent, Calena falce. de Caleno videto in Ode. xx. aureis cululis. i. poculis. proprie aūt Cululi seu cululæ calices quidā erāt fictiles, quibus pontifices virginesq̃ vestales in sacris vtebātur. aucto. sunt acron et Porphy. Reparata, cōmutata. Syra merce. in Syria em̄ oīm fere abundantia est. vnde Diony. sic ait. at vniuersa Syria omni prorsus hubertate referta est, et ad alenda pecora pascuis & frugibus copiosa, Pli. aūt lib. v. scri. ꝙ Syria quondā terrarū maxima & pluribus distincta nominibus, pars em̄ eius palestina vocabatur qua contingit arabas, pars Iudæa, pars Damascena, pars Mesopotamia, pars Babylonia. Et Strabo li. xvi. ait, & Syris mercatores esse phœnices, Syriaq̃ ipa occidētē versus ægyptio pelago terminatur. Aequor atlāticū: Oceanus atlāticus dr̄ a mōte atlante, de q̃ poeta li. iiij. ait. Oceani fine iuxta solēq̃ cadētē, Vltimus æthiopū locus est, vbi cęlifer atlas axē humero torquet stellis ardentibus aptū. Cychorea. Cychoreū refrigerat, iecinori & renibus & stomacho prodest. auct. est Pli. li. xx. Maluæ. Malua græce μαλαχη dicitur ab emolliendo vētre, vt innuit Pli. li. xx. Præterea μαλαχυω mollio significat. μαλακος mollis dr̄. paratis. i. illis quæ omnibus in promptu sunt, vel quæ iā paraui. Latoe idest apollo Latonæ fili. λητω em̄ latona dr̄. Integra cū mente. Iuuenalis ēt Sat. x. inquit. Orandum est vt sit mens sana in corpore sano. Quo in loco super hac re plura iā diximus nō negligenda. Nec turpem, idest deformem. de qua lege Iuuenalē Sat. x. Nec cythara carentē. i. lyrico studio & lætitia.

ANTO

apollinis templum

Sardinia

Liris.

Cululi

Syria.

atlas.

Cychoreum

Malua

Malacio.

XXXII. Ode Discolos Tetrastrophos.

Ad Barbiton.

Poscimus si quid vacui sub vmbra
Lusimus tecum qd̄ et hunc in annum
Viuat: et plures: age dic latinum
Barbite carmen:
Lesbio primum modulate ciui:
Qui ferox bello: tamen inter arma:
Siue iactatam religarat vdo
Littore nauem:
Libero et musas: Veneremq̃: et illi
Semper hęrentem puerum canebat:
Et Lycum nigris oculis nigroq̃
Crine decorum.
O decus Phœbi: et dapibus supremi
Grata testudo Iouis: o laborum
Dulce lenimen: mihi cunq̃ salue
Rite vocanti.

¶Poscimus. Hac Ode Barbiton. i. plectrū suū alloquitur, cui quia per prosopopœiam personā dat, etiā genus mutat: quia masculino affatur dicēs. o Barbite modulate. i. tēperate ad modulos: primū, ciui lesbio. i. ab alcęo quē imitamur, nos poscimus, idest exquirimus, si nos vacui scilicet curis et cæteris negocijs. lusimus qd, idest aliquid tecū sub vmbra. s. Tyburtina vt alibi dicit, qd viuat, i. extet, et. i. etiā in hūc annū. idest adhęc vsq̃ tpa: & in plures annos. i. vltra victurū est, nos poscimus inq̃ age (quæ adhortandi vox) dic carmen latinū cū prius dixeris græcum sub alcæo, qui q̃q̃ sup. ferox bello: quia etiam bellator fuerat, tamen canebat siue supple inter arma, siue religarat sup. in littore vdo. idest humido propter eiectam nauē, nauem iactatam scilicet abvndis, qua debellatus & naufragius passus ad littus deuenerat: hoc est siue iā arma tractabat siue victus nauē reparabat, vtrunq̃ enim in Odis suis descripsit. canebat dico liberū et musas et Venerē et puerū scilicet cupidinem aut iocum hęrentē: idest adhærentē semper illi scilicet Veneri. Et canebat, Lycum scilicet puerū quem amauit, decorū nigris oculis, et nigro crine, O testudo decus phœbi. i. qua

Poscimus si quid vacui sub vmbra. Metrum saphicū hendecasyllabum. Quartus adonius. hac Ode lyram suam alloquitur, vt adsit & canere non desistat. poscebatur. n. dicta sua edere. Lusimus scripsimus. vt Virgil. in Buco. Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Ludum. n. poetæ carmina sua velut pro verecundia dicere consueuerunt. Viuat victura pro perpetuis posuit. vt Virgil. Nulla dies vnq̃ memori vos eximet æuo: Latinum facile intellectui. Lesbio primū modulate. c. alcæum dixit, qui fuit de Lesbo insula. hic etiam res bellicas aduersus tyrannos gessit, et Pitacūmy tilenęum victum expulit. Siue iactatam. qui seu in tēpestatibus seu in bellis constitutus cithare solatium non amisit. Liberum et musas. liber em̄ et cantilēnā suadet et voluptatē. Et Lycum nigris o. nigroq̃. c. d. pulchrū em̄ hunc puerū Lycum alcæus dilexit. pulchrytudo em̄ puerorum sæpe nigris decoratur oculis. O decus. ph. lyrā dicit esse apollinis decus. Supremi summi. vt proh. supreme Iuppiter omni em̄ lætitia Iouis epulum celebratur. Dulce lenimē. Malorū em̄ lenimen est citharę cātus: sibi & quandocunq̃. profuturum exoptat. Cunq̃. quandocunq̃.

ACR.

¶Poscimus si quid vacui sub vmbra Lusimus tecum hac Ode lyrā suā alloquitur Horatius, vti ibi adsit & canere perseueret. Si qd vacui sub vmbra lusimus tecū. Sic poetę fere verecūde carmīa sua lusus vocāt. vacui aūt pluralis numeri est: ca sus nominatiui, et est sensus, nos vacui. i. a negocijs liberi siqd lusimus, exigitur a nobis vt canamus. Quod et hunc in annum viuat et plures optat carmini, vt perpetuo floreat, ea enim scripta q̃ sine virtute sunt, temporalia solent esse, age dic latinum barbite carmen. Barbiton organi genus est, sed nunc pro lyra posuit. Les bio. p. m. c. Lesbium ciuem alcæum dicit, hic autem etiam res bellicas aduersus tyrannos gessit. Siue. i. r. v. l, n. hoc ideo dicitur, quia ī nauigatiōibus hic poeta cū bellicas res ageret sępe tēpestatibus vexatus ē. Et Lycū. n. o hūc lycū puerū alcęus dilexit. O decus. ph.

POR.

lyram dicit de cus phœbi.Mihi.c.ſ.t.v. Cũq; pro quandocũq; poſitum eſt:vt ſit,O dulce lenimen mihi qñcunq; te rite vocanti.

phœbus decoratur,geſtat enim eam,& o teſtudo grata dapibus ſupremi, id eſt ſummi; hoc eſt cæleſtis Iouis; adhibetur enim conuiuijs deorum,o dulce lenimen laborum,ſalue mihi vocanti,ideſt ſaluus dicaris a me vocante te.cumq; ideſt quandocunq;,rite ideſt:decenter.

Argumentum Odes.XXXII.

ANTO Mãcinel ¶XXXII.Ode a barbito.i.ſua cithara poſcit,vt quicquid ſecum luſerit diutius viuat hortaturq; dicat latinũ carmen, & canere perſeueret,eius deiñ laudes enumerat.dicit eñ alcæum Barbito cecinisſe liberum,muſas.Venerẽ, cupidinẽ,& Lycũ puerũ ſibi dilectũ.dicit etiam eſſe phœbi decus & gratũ ſummi Iouis dapibus:dulceq; ſibi laborum lenimẽ. poſcim⁹ ſiquid vacui ſub vmbra.Ode eſt ſecundæ ſimilis.ẽ aũt ordo,o Barbite ſiquid nos vacui ſub vmbra luſimus tecum poſcimus qđ & viuat hunc in annum & plures.age dic latinum carmẽ modulate primũ Leſbio ciui. Legitur ẽt poſcimur, Tũc talis erit ordo.O Barbite primũ modulate Leſbio ciui poſcimur ſiqd vacui ſub vmbra luſimus tecum,age dic latinum carmẽ qđ viuat & in hunc annũ & plures.Vacui.curis liberi:nã vacuę carmina mentis opus.Luſimus.eſt eñ poetarũ ludus ſcribere carmina, verecundeq; ſua carmĩa luſus vocat.

Ludere Ludere deniq; dr̃ verſibus ſcribere,ſed nõ fere niſi opuſcula,qualia ſunt epigrãmata,& hęc opuſcula dicũtur luſus.Hũc i annũ.in eius finẽ.Barbite.de hoc legito latius in Ode prima.Leſbio ciui.i.alcæoquẽ Horatius imitatus eſt, de quo plura in Ode prima.Modulate deca ntate.Qui ferox bello.

Alcæus. alcæus eñ Mytileneus militiam exercuit,nam diu inter Mytilenæos & athenienſes pugnatum eſt, demũ vincentibus athenienſibus in quodã prælio alcæus fugæ ſe mãdãs euaſit.ſed armis eius potiti ſunt,athenienſes: quæ apud tẽplũ Mineruę ſuſpẽderunt.hanc rem alcæus carmini mandatã in Mytilene repoſuit indicãs Menalippo ſodali ſuam calamitatem.ſcribit ea Herodotus li.v,Liberum & Muſas.

dionyſi⁹ Muſæ cũ dionyſio ferunt Dionyſium Semele natũ delicijs deditũ molli corpore ac pre cęteris decoro,voluptatibus inſuper venereis indulgẽtẽ,In exercitu mulierum copiã circũduxiſſe armatã haſtis thyrſo inuolutis,Tradũt & Muſas virgines cũ eo ,pfectas apprime eruditas,ĩs tũ ,ppter cãtus ſuauitatẽ,tũ quia docte ſaltare boniſq; artibus eruditę erãt,deus ille oblectabatur.Scribit ea Diodo.li.v.O decus Phœbi.Mercurius lyrã inuenit in Cylleno monte arcadiæ ſeptẽ chordarũ.quã deinde apollini conceſſit,habita ab eo virgula quadã.poſtq̃ vero apollo citharã repperit Orpheo Lyrã cõceſſit.Higinus in his auctor eſt.Quæ qdẽ ſuperius quoq; iã diximus. Diodorus etiã docet libr. ix. quomõ apollo cũ alijs dijs celebrauit nuptias Cadmi & Hermiones,vbi Mercurius vſus eſt lyra,apollo cithara:Muſę tibijs.Et i ferius ſubdit ꝙ apollinẽ citharæ eiuſq; muſicæ inuẽtorẽ ferũt.Teſtudo.i.chelys:hoc

Chelys Lyræ repertor. eſt cithara.χέλυς.n.teſtudo dr̃ ,cuius neruis ſonantibus apollo vel Mercurius citharam dicitur inueniſſe. ita Lactan.li.i.th.ſcribit.O laborũ.Ordo eſt,Salue o dulce laborum lenimen mihi cunq;.i.quandocumq; rite vocanti.Rite.i.apto loco & tempore.

XXXIII.Ode Dicolos Tetraſtrophos.

Ad Albium Tibullum.

Albi ne doleas plus nimio memor
Immitis Glycerę:neu miſerabiles
Decantes elegos:cur tibi iunior
Lęſa præniteat fide.
Inſignem tenui fronte Lycorida
Cyri torreat amor:Cyrus in aſperam
Declinat Pholoen:ſed prius Appulis
Iungentur capræ Lupis:
Q̃ turpi Pholoe peccet adultero.
Sic viſum Veneri:cui placet impares
Formas atq; animos ſub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco.

ACR. Albi ne doleas pl⁹ nimio memor.metrum tribus verſibus aſclepiadeum. Quartus Glyconicus.Albium Tybullum alloquitur elegorum poetam conſolans eum exemplo aliorum: & hortatur vt ſit fortiori animo in contemptu quem indigne a Glycera muliere patitur:& cõmemorat Lycorida,quæ ſimiliter a Cyro cõtẽnatur ſurſus Cyrus Pholoen diligat,& ab ea ſpernatur,ſicut albius a Glycera.Neu miſerabiles.ſeu quia ipſi elegi:hoc eſt carmẽ eius cõtẽptũ miſerabile ſit,ſeu quia miſerabilia elegis ſcribãtur.Lęſa fide.quia pfida extiterat amatori.Tenui anguſta & parua,ſicuti pulchræ habere cõſuerũt.appul.i.c.l.aut qa maioris ibi formæ eẽ dicũtur, aut iungentur iã Gryphes equis.Sic viſum Veneri,Quotieſcunq; ratio nõ apparet,ſic viſum interponitur.vt Virgil.Poſtq̃ res aſiæ priamiq; euertere gentem immeritã viſũ ſuperis. ſub iu. ahen.ſub durum ac difficilẽ amorẽ.Sæuo.m c.i Sæuo,aut qa nõnũq̃ in diuerſũ amorẽ aĩ diuiduntur, aut quia Cupido ſibi ludos de hominibus exhibet, aut certe ꝙ in amorem per iocum venit.

POR. ¶Albi ne doleas plus nimio memor immitis.albiũ Tibullũ alloquit̃ elegorũ poetam. Hortatur aũt eũ vt ſit fortiore aĩo in contẽptu quẽ indigne a Glycera muliere patitur, quã ideo immitem vocat. Neu miſerabiles decãtes elegos,,pprie elegiorũ verſus aptiſſimi ſunt fletibus,quos iõ miſerabiles dixit. Nam & nomen ipſum elegiorũ παρὰ τοῦ ἒ ἒ quę eſt vox lamẽtãtiũ ,dictũ putãt.Cur tibi iunior lęſa preniteat fide,apud Glyceraȝ .ſ. pręniteat,quæ fidẽ hoc faciẽdo læſerit Inſignẽ tenui frõte Lycorida Cyri torret amor Cyrus in aſperã declinat Pholoen. ꝗ Tenui fronte:pro anguſta & puſilla poſuit. frons autẽ minor pulchriorẽ facit mulierem.& iõ inſignem tenui fronte accipe, hoc eſt in hac re inſignem.Sed prius appulis iungentur caprę lupis.Hoc eſt prius lupi cõcũbẽt cũ capreis.Sic viſum Veneri,cui placet impares formas atq; animos ſub iuga ahenea ſæuo mittere cum ioco. Sub iuga mittit. ſed ordo eſt:ſic viſum Veneri cum ſęuo ioco,ideſt veneri & amori ſic placuit. quem amorem ſæuum iocum dixit non ineleganti conceptione,iuga autem ahenea durum ac difficilem amorem vult intelligi. hoc Veneri inquit placuit vt quę amantur non conſentiant amatoribus ,ſed in alios ipſi amores declinent.

¶Albi ne doleas.Hac Ode albium Tibullum elegiacorũ terſiſſimũ iucundæ monet tẽperate dolere de incõſtãtia Glycerę quãdoquidẽ ita placitũ eſt veneri quæ impares formas vinculis amorũ nectit,qđ & ſuo exẽplo cõprobat.Ordo eſt. O albi ſcilicet Tibullæ, moneo aut precor.Ne doleas plus nimio: i.lõge plus q̃ par ſit memor Glyceræ ĩmitis,q̃ te inclementer poſthabuit.neu,i.neue decantes elegos miſerabiles.i.miſeros queſtus tuos continentes verſus elegiacos,vtpote cur iunior ſcilicet q̃ tu,præniteat,ideſt pulchrior & nitẽtior viſus ſit glycerę,fide læſa:i.violata.amor Cyri nõ ſatis formoſi,torret Lycorida ſcilicet puellam aut meretricem,inſignẽ tenui fronte.i. iuuenculam formoſam.& Cyrus declinat a Lycoride formoſiore & amatrice,in Pholoen puellã aſperã ſcilicet Cyro quẽ aſpernatur,ſed capreæ iungẽtur prius lupis appulis,q̃ Pholoe peccet ſcilicet conſentiendo turpi adultero.ſ.Cyro.Sic viſum ideſt placitum eſt veneri.cui placet mittere formas atq; animos impares,ſub iuga ahenea:ideſt fortia & diu duratura vincula cum,ideſt comitante ioco.ſ.filio ſuo,ſæuo, quia quiſquis amores aut metuet dulces,aut experietur amaros.Eſt enim ſęuus iocus quem tãtus dolor ſequitur.

Argumentum Odes. XXXIII.

¶XXXIII. Ode Albium Tibullum hortatur ne doleat, quod ab immiti Glycera spernitur, sic enim Veneri visum. Cui quidem placet & formas & animos impares sub iuga mittere cum suo ioco. Hinc pulchra Lycoris Cyrum adamans ab illo spernitur, ille vero ab aspera Pholoe. Sibimet etiam accidisse ait idem. nam quum a pulcherrima appeteretur, potius libertinæ Myrtile inhæsit, quæ certe acerrima erat. Aliorum itaque exemplo Albium amicæ despectum solari contendit. Albi ne doleas plus nimio memor. Ode est Dicolos Tetrastrophos: Est enim metrum tribus versibus Asclepiadeum. de quo Ode prima visum est. sed quartus Glyconicus est, de quo in Ode tertia habetur. Glyceræ, de hac iterum in Ode. xix. Elegos misce. Elegum metrum binis versibus constat, hexametro heroico, subiuncto quinario. quod & Diomedes scribit. ἐλέαιρω & ἐλεῶ misereor dicit. ἔλεγος dicitur luctus. ἐλεγεῖος versus ad mœstitiam. solent enim elegis versibus miserabiles hominum ærumnæ amorumque labores describi. Iunior. i. adolescentior. intelligitur autem hic eius riualis. Præniteat tibi. i. magis te niteat, ac placeat Glyceræ. Insignem tenui, aliorum exemplo solamen ei afferre nititur. Tenui fronte, idest parua fronte. per quod puellam ostendit, & magis amandam. Iungentur capræ lupis. Maro item in Bucco. eglo. viij. ait Mopso nisa datur quid non speremus amantes iungentur iam Griphes equis, quoque sequenti Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Turpi adultero. hinc Phædra Hyppolyto scribit. At bene successit, digno quod adurimur igne, Peius adulterio turpis adulter obest. ahenea iuga. i. dura & aspera ac ponderosa Ahenea autem est hic quadrisyllabum propter carmen. vt ibi in li. primo metamorpho. Tertia post illas successit ahenea proles, & propterea interponenda est inter a & e litera. h.

ANTO | Elegum metrum | Ahenea.

Ipsum me melior cum peteret venus:
Grata detinuit compede Myrtale
Libertina: fretis acrior Hadriæ
Curuantis Calabros sinus,

¶Cum melior Venus. idest amica aptior, peteret me ipsum, Myrtale libertina, idest Libertinæ conditionis, & ita non ingenua: & acrior fretis Hadriæ. idest Hadriatici maris curuantis scilicet alluendo, sinus Calabros. idest littus Calabriæ: continuit me compede grata, idest iugo amorum, quod captus libenter tuli, soli enim peccatorum vinculis irretiti lubenter seruitutem turpissimam seruiunt.

¶Ipsum me. dicit se amore amicæ ab vxoris coniunctione reuocatum, cuius ita litibus vel amaritudine vexetur, quemadmodum Calabriæ littora maris Hadriaci tempestatibus Vir. & littore curuo. Grata. d. c. compedem singulari numero contra veterum posuit consuetudinem. Myrtale. nomen concubinæ. Curuantis: commouentis vel erigentis præ nimio æstu.

POR.

¶Grata detinuit compede Myrtale. Compedem gratum amorem signat. Et videamus ne non simpliciter compedem hic dixerit: sed referens ad conditionem Libertinæ Myrtales. Attendendum autem compedem singulari numero eum dixisse, quod non facile apud veteres inuenitur, Hadriæ. per hoc Hadriaticum signum intellige. quod mare & Callabriam alluit.

ANTO

¶Melior Venus, idest amica puella. Compede, idest amoris vinculo. retulit autem ad Myrtales conditionem. erat enim Libertina. Quintilianus libro septimo ait. Seruus quum manumittitur libertinus. addictus recepta libertate est ingenuus. ad seruos nulla lex pertinet. addictus legem habet. Suetonius vero in Claudio inquit. Ignarus temporibus appij et deinceps aliquandiu libertinos dictos non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex ijs procreatos. Fretis. æstibus. Hadriæ curuantis Calabros sinus. Mare Tyrrhenum quum iam ad Iapigiam vsque reclinat, atque inde in boream versus dilatat sese, Hadriatici confestim nomen sortitur. auctor est Dionysius.

Libertinus. addictus Hadriatici ma re.

XXXIIII. Ode Tricolos Tetrastrophos
De Dei potentia & Fortunæ.



Parcus deorum cultor: & infrequens
Insanientis dum sapientiæ
Consultus erro: nunc retrorsum
Vela dare: atque iterare cursus
Cogor relictos: namque diespiter
Igni corusco nubila diuidens:
Plerumque per purum tonantis
Agit equos: volucremque currum.
Quo bruta tellus & vaga flumina:
Quo Styx & inuisi horrida Tænari
Sedes Atlanteusque finis
Concutitur: valet ima summis
Mutare: & insignem attenuat deus
Obscura promens: hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit: hic posuisse gaudet.

¶Parcus deorum cultor. et c. Sancte damnat sacrilegam Epicuri hæresim: quæ radicitus ex animis hominum religionem extraxit vt Mancinellus recitat. Ordo igitur est. Ego parcus idest modicus quantum ad quantitatem affectionis: et infrequens, idest rarus, cultor, idest venerator deorum, dum ego consultus. i. peritus sapientiæ scilicet epicureæ, insanientis, idest ad insaniam ducentis,

Arcus deorum cultor et infrequens. Metrum duobus versibus alchaicum: Tertius dimeter iambicus nouenarius hypercatalecticus. Quartus pindaricus. Hac Ode significat pœnitere se, quod dum epicuream sectam sequeretur dijs irreligiosus extiterit, Parcus deorum cultor, minus colens. Insanientis. res sacrilegas suadentis. Epicurei enim omnia affirmant casura, nec deos humana curare, aduersus quam sectam vel persuasionem Virgil. Nec curare deum credis mortalia quemquam, hoc ergo et ipse culpat. Stoici enim et platonici, et esse deum et humana curare confirmant, et ideo insanientis sapientiæ, hoc est epicureæ. Item Virg. secundum superiorem suasionem. Scilicet hic superis labor est, ea cura quietos Sollicitat. Consultus. doctus, peritus: Iurisconsulti periti esse dicuntur. Vela dare. metaphora est a nauigatione, eo quod contempta epicureorum disputatione reuerti se ad credendum afferat deos curare mortalia. vt. m. t. c. c. est dare lintea re. Diespiter. diei pater. Igni corusco, hoc est qui nubilo cælo tonare vel coruscare consueuit. Sereno tonet. vt est Intonuere poli et crebris micat ignibus æther Volucremque. c. ex vulgi opinione plerumque sensus poetæ concipiunt. vt hic de curribus dictum pro olympi strepitu. Bruta. sine sensu, tarda vel stolida. quod terræ epitheton est Tænari Tænarus promontorium Laconiæ perquod descensus esse ad inferos fertur. vt Virgil. Tænarias etiam fauces alta ostia ditis. Atlanteus. Atlas enim mons est qui in vltimo Oceani fine porrigitur.

ACR.

Valeat ima summis mutare. hoc est poterit hominum deus mutare fortunas. Obscura. ignobilia.i. viles personas ad honorem ducens denuo. Apicem. summitatē potestatis. Rapax. mutabilis. vt Ter. o fortuna, vt nūq̄ es perpetuo bona. Ordo est. fortuna rapax hinc sustulit apicem cum acuto stridore: hic gaudet posuisse. Acuto. luctuoso illis quos ediderit: siue sonoro: vt Non acuta sic geminant Corybantes æra.i. hunc eleuat: deijcit mutata vice: vnum exaltans: alterū deponēs

POR. ¶Parcus deorum cultor. hac Ode scribit se pœnitentiā agere: q̄ epicureā sectā secutus irreligiosus extiterit, Sapientię consultus iterare cursus cogor relictos, non istaurare: sed ad eosdem redire. Namq̄ diespiter igne corusco nubila diuidens, sensus est, Iupiter qui nō nisi nubilo tonare solet: Per purum, i, per serenum, tonuit, Plerumq̄ per purum tonantis egit equos volucremq̄ currum, Ex vulgari opinione plerumq̄ poetę sensus concipiunt velut hic, vbi dicuntur tonitrua strepitus esse curius & quadrigarum Iouis, Bruta tellus, Bruti graues & tardi dicuntur: quod terræ perpetuum est Tænari, fedes inferi intelligendum, quia per Tęnarum laconię promontoriū descensus ad inferos fert. Valet ima summis mutare vt si diceret potest ex minimo potentem: ex potente infimum redderet, Hunc apicem rapax fortuna cum stridore acuto abstulit, Cum stridore acuto, hoc est cum fletibus & lamentatiōe: sed non sua: verum eorum quibus apicem i. dignitatem aufert, Hinc apicem rapax fortunam posuisse gaudet, Apicem pro honoris sublimitate posuit, Sensus est autem, fortunas res humanas plerumq̄ mutat: & ab alio ad alium opes & dignitatem transfert, Et insignem attenuat deus obscura promēs id est qui insignis fuerit attenuatur claritate mali: quæ adeo produntur ob fortunam quę Antij præcipue colitur,

sicut dicitur q̄ prudentia huius sęculi stultitia est apud deum, erro. idest erronea opinione ducor, nunc cogor. s, a veritate cognita ex stoicorum secta, dare vela retrorsum, idest didicere quod didici, & doctrinam in quam processi reuocare, & ita quasi de nouo ad initium discendi redire, atque iterare, id est iterato facere, cursus relictos, id est redeūdo ad terminum vnde excurri: quia tota erraui via. cogor vbi redierim quasi nihil profectus sim nouos facere cursus: quos prius reliqueram, & est metaphora a nauigante, qui si malis ventis statim vt soluit nauim impulsus est, cogitur ad portum redire atque relictos instituere cursus, Cogor dicit. Namque diespiter, idest diei pater Iuppiter, diuidens, idest dissecans, nubila, idest nubes, igni corusco, idest fulgure: egit plerumque, idest frequenter: equos tonantis, idest tonitrua excitantes, & currum volucrem, idest velocem, cuius rotis ferratis putatur a vulgo tonitru excitari per purum, idest sudum ac serenum tempus, quando non naturale, sed a deo curante mortalia in vindictam alicuius missum probatur fulmen. Quo scilicet curru, tellus bruta: idest sine sensu & ratione, cōcutitur scilicet tremore, & vaga flumina concutiuntur supple, Quo styx, idest lacus infernalis, & horrida sedes tęnari promontorij illius in laconia: per quod descensus ad inferos dicitur, & ita inuisi, quia nemo libenter visitat ut videt. & finis: idest terminus mundi occidentem versus: scilicet athlantæus. hoc est maris athlantici, concutitur. & quia deus valet mutare ima summis. idest vt faciat de imis sūma & de summis ima. Vnde diua virgo. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. quod vt alia ecclesiastica subinde cito, non q̄ ea viderit poeta, sed vt ostendam ethnica sæpe catholicis congruere, nam ethnicis eatenus fidem habeo quatenus catholicis fulciuntur, & deus attenuat, idest diminuit & deponit insignem, idest perspicuum ac potentem virum promens, idest in lucem & claritatem proferens, obscura, idest eos qui prius erant obscuri, Quia de stercore erigens pauperē erigit elisos & soluit compeditos, fortuna quę tamen nihil facit nisi permittente deo, aut ita nobis ignorantibus ordinante. Aliter enim non videretur huic loco congruere. Nam epicureos damnat, qui in fortunæ casibus omnia ponunt. nisi dicamus more poetico ipsum hęreses miscere, sicut Maro facit vbi dicit. Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. aut vt dixi fortuna. idest potentia dei, non præuisa nobis, rapax sustulit. idest clam abstulit hinc, idest ab hoc loco, aut capite, apicem, i. summum honorē, & gaudet posuisse hic, i. in alterius capite.

Argumentum Odes, xxxiiij,

ANTO ¶XXXIIII. Ode describit, q̄ dum sectaretur Epicuream sectam parcus & infrequens deorum cultor euaserat. Nunc vero se cogi ait relicta repetere. Deus enim mutare potest ima summis, insignem attenuare, obscurum educere. proptereaque fortunam hunc eleuare, illum deprimere. Epicurus autem vt Cicero scribit in libro. de fi. Ex animis hominum extraxit radicitus religionem, quum dijs immortalibus & opem & gratiam sustulit. ita fit, vt non modo homines a dijs, sed ipsi dij inter se ab alijs alij negligantur. Stoici vero optime dicebant deorum prouidentia mundum administrari & regi. Secundum igitur Stoicos poeta credit deos curare mortalia, ab illisque hominum vitæ consuli & prouideri, itaque ad illorum cultum redire cogitur. Parcus deorum cultor & infrequens. Ode est Dicolos Tetrastrophos. est enim similis nonæ. Est autem ordo. Ego parcus & infrequens deorum cultor: dum consultus insanientis sapientiæ erro, nunc cogor. &c. Insanientis sapientiæ: idest epicureæ philosophiæ & sectę. Est enim philosophia studium sapientiæ, vt Cicero docet libro primo Tuscu. Consultus. scius, peritus. Diespiter olim Iuppiter dictus est: vt diei pater, vt scribit Mac. libro primo Satu. Meminit & Gellius. Igni corusco nubila diuidens. Si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua eduntur. Si erumpat ardens, fulmina. Si longiore tractu nitatur, fulgetra. ijs finditur nubes, illis perrumpitur. Plinius auctor libro secundo. Per purum tonantis, idest serenū. Fulminum autem plura genera traduntur, quæ sicca veniunt non adurunt sed dissipant. Quæ humida, nō vrunt, sed infuscant, Tertium est q̄ clarum vocant, mirificæ naturę, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis, nullo alio vestigio relicto. aurum & ęs & argentum liquatur intus sacculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne confuso quidem signo cære. Martia princeps Romanorum icta grauida partu exanimato ipa citra vllum incommodum vixit. In Catilianis prodigijs. M. Herennius sereno die fulmine ictus est. auctor est Plinius libro secundo. Per purum tonantis, Iuuenalis item in Satyra decimatertia de impijs & sceleratis trepidantibus inquit, Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulmina pallent. Quum tonat exanimes primo quoque murmure cæli. postea subdit. Cura grauiore timetur Proxima tempestas, velut hæc dilata fere no. Bruta tellus. sine sensu. quanto magis igitur homines concuti debent? Styx. Stra. libro nono de arcadia inquit. apud Pheneum sane stygis aquæ stant. Sic enim vocant letalis aquę stillicidium, quam sacram hominū facit opinio, poetæ tamen fabulose describunt inferorū palludem. στυγῶς autem tristis dicitur. στυγέω vero odi, timeo. Tænari sedes. idest inferi. Tænarus enim laconię promontorium est aduersum aphricæ, ripa erecta ad sacram Neptuni ædem constructam continens in luco. propinquaque spelunca est, per quā cerberum ab inferis superius reductum ab Hercule fabulę canunt. id Solinus scribit & Strabo libro octauo: Scribit item latius Seneca in Hercule atlantæus finis, in occidente ē atlas mōs. de quo latius in Ode. xxxi. attenuat. propter scelera scilicet, Obscura promens. idest humilia eleuans. ob virtutem. s. Hinc apicem. Ordo est Fortuna rapax cum acuto stidore sustulit hunc apicem, hic gaudet posuisse. idest summos infimos reddit & contra. Fortuna enim immeritos auget honoribus, Fortuna innocuos cladibus afficit. vt maro dixit. apicem summum honorem & dignitatem. acuto, flebili sonoro, luctuoso.

Epicurus Religio. Philosophia. diespiter tonitrua. fulmina. fulgetra. fulminū. genera. Martia fulmīata herēnius Styx: stygnos. Stygeo. tænarus;

XXXV. Ode Tricolos Tetrastrophos.
De Fortunæ potentia.

O Diua gratum quę regis Antium
Pręsens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus: vel superbos
Vertere funeribus triumphos:
Te pauper ambit solicita prece
Ruris colonus: te dominam ęquoris
Quicunq; Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina,
Te Dacus asper: te profugi Scythę
Vrbesq;: gentilesq;: & latium ferox:
Regumq; matres Barbarorum: &
Purpurei metuunt tyranni:
Iniurioso ne pede proruas
Stantem columnam: neu populus frequens
Ad arma cessantes ad arma
Concitet: imperiumq; frangat.
Te semper anteit sæua necessitas
Clauos trabales & cuneos manu
Gestans ahena: nec seuerus
Vncus abest: liquidumve plumbum.
Te spes: & albo rara fides colit
Velata panno: nec comitem abnegat:
Vtcunq; mutata potentes
Veste domos inimica linquis.
At vulgus infidum: & meretrix retro
Periura cedit: diffugiunt cadis
Cum fęce siccatis amici
Ferre iugum pariter dolosi.

¶ O diua gra. Quia vt dixi poetarum est varias hæreses & sectas sequi, iõ q̃a stoice ꝓuidẽtiæ diuinæ in superiori Ode plurima cõcessit, nũc quasi fortunã recõciliaturus eã plurima posse fatet͂, ꝓcatq; vt Cæsarẽ ĩ Britãnos iturũ seruet: vñ constructio depẽdet vsq; ad illũ locũ, serues iturũ, añ quẽ ordo suspẽsus ẽ hmõi. O diua. s. fortuna, q̃ regis Antiũ oppidum maritimum, gratũ. s. tibi. i. aut beneficia recognoscens: q̃a egregiã tibi cõstruxit ędẽ, aut acceptũ tibi, q̃a illi libẽter p̃sides, exñs presens. i. potẽs, sine cũctatiõe quasi in rẽ p̃sẽtẽ & p̃sẽtibus virib⁹ vel tollere. i. erigere aut eripe de imo gradu scilicet mortis & cõditiõis corp⁹ mortale, i. nos mortales, vel ṽtere funeribus idest cõuertere ĩ funera, superbos triũphos. i. eos qui superbe triũpharãt. Pauper colonus ruris ambit. i. more ambientiũ & magistratũ petẽtiũ suppliciter orat, sollicita prece te dominã ruris: Et quicunq; lacessit. i. sulcat, & pertrãsit carina bithyna idest naue ex bithynia, idest nauta & negociator, pelagus carpathiũ, i. mare iuxta Carpathõ insulã Rhodiorũ, ambit sollicita prece te dñam æquoris. Dacus asper. i. licet asper & scythæ ꝓfugi, qui nõ hñt certas domos, aut parthos scytharũ exules dicit, & vrbes & gẽtes & latium. i. etiã latiũ ferox quia bellicosũ, vñ Maro. Gens aspera cultu Debellãda tibi est latio, & matres regũ Barbarorũ, & tyrãni. i. reges aut violẽti aut etiã pñ, purpurei, idest purpurati seu purpura decorati metuũt te, Dixi aut etiã pñ, quia oẽs reges oli tyrãni sũt dicti: vñ latinus de pio ænea eius amicitiã expetẽs, Pars mihi pacis erit dextrã tetigisse tyranni. Metuunt dico, ne proruas. i. Porro in terram deuoluas, pede imperioso, idest supbo colũnã, idest potẽtatum, stãtẽ. s. illis, & ne populus freq̃ẽs cõcitet. i. prouocet, scilicet clamãdo ad arma sumẽda, s. cõtra tyrãnos & reges cessantes, idest resides & pigros, & frangat iperiũ. s. tyrãnorum Sæua necessitas scilicet fatalis, anteit, id ẽ pcedit sẽp te quia fata plus possũt q̃ fortuna, anteeũt: sunt tñ cõiuncta sicut apud Virg. libro. viij Fortuna omĩpotẽs & ĩeluctabile fatum: q̃a

ACR. O Diua gratũ quæ regis Antium Metrum duobus versibus alcaicũ, tertius dimeter nouenarius iambicus hypercatalecticus. quartus pindaricus, Hæc Ode ad fortunam scripta est, cui Cæsaris aduersum Britannos profectionem commendat. O diua gra. zeugma ab inferiori. serues iturum Cęsarẽ. Antiũ: apud antium autem est fortunę tẽplũ famosissimũ, multorũ & principũ donis ornatũ, vñ etiã ciuitas Fortunæ ipsius, tutela dicta est, Præsens: parata potẽs mutare status hoim, Vertere, cõuertere: mutare. vt multos mutata reuisens Lusit & in solido rursus fortuna locauit. Ambit. rogat, supplicat. Te dominam ęquoris. Fortuna ei & æquori dñatur, ita vt a nauigãtibus inuocetur. Bithina species pro gñe: vt innatat alnus Missa pado. Carpathium. p. Carpathiũ mare inter Aegyptũ & Rhodũ ab ĩsula carpatho illic posita. dacus asper. gẽs iuxta istrũ fluuium degens aspera bellis. Virgi. Et coniurato d. d. ab. ist. Profugi scythæ. ab orbe sepositi, & in mũdi extrema pte cõstituti. Ferox. victoriosũ. Virgil. Gẽs. d. atq;. a, c. d. tibi latio est, Regũq;. m. in omnibus subaudiendũ est metuunt vel metuit, iuxta mensurã quãtitatis. Matres, proprie timere filijs matrũ est. Purpurei, purpureũ est q̃d totum ex purpura est, Iniurioso, iniusto, vt ybi eum Turni iiuria matre. Potest aũt fortũa & cõtra iusticiã grassari. ter. Id laudi ducis quod tu nũc fecisti iopia, iiuriũ ẽ. Imperiũq; frangat. aut q̃a iperiũ sẽper fragile putatur: aut quia magnæ res deteriorarę fractę dicũtur. vt Virg. Fractę vires. & alibi. Fracti bello f. q;. r. d. Te sẽper añit serua, n, præcedit quasi necessitas comes & ministra fortunæ, iõ serua, quia aut ĩperio fortunæ obediat, aut quia non suæ potestatis est, quia subiacet necessitati, nõ ergo ipsa serua, sed q̃ seruire cõpellit: Trabales clauos, species tormentorũ Ahena, forti, vt Aerea puppis. Seuerus vncus quo puniebãtur damnati. vt Iuue. Seianus ducitur vnco. & Cicero. Vncus impact⁹ fugitiuo illi qui C. Marij nomen inuaserat. Liquidumq; plumbum. Nam resoluto plumbo rei puniri consueuerunt. Te spes. quæ sola sperando meliora durat. Virg. Spẽ vultu simulat premit altum corde dolorem Rara fides quæ a paucis colitur. Velata panno, posset videri vili verbo vsus pãno, nisi hoc sermone intelligi voluisset a pauperibus magis coli fidem: aut certe quia albo pãno caput velabant fidei sacrificantes. siue ꝓpter ipsam fidem, q̃ pura est, & alba. vel q̃ a senibus etam maturius colatur vt Virgil. Cana fides &, v, r, c, s, q, seu quia honesti dũ fidem colunt pauperes sunt. & quæ est odiosa perfidiæ. vt Iuue. Criminibus debent ortos pretoria. Nec comitem abscedens enim fortuna etiam fidem secum aufert. vt Iuue. Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca, Tantum habet & fidei, Ordo est, nec abnegat comitẽ, vtcunq; inimica liquis potentes domos mutata veste. Vtcunq; quotiencunq;. Mutata veste, aut luctu, aut pauperie. At vulgus infidũ, vulgus & meretrix fortunã tristem amicorum non sequuntur vt prosperã, quod iõ dicit quia fortunæ euẽtũ subire se plerũq; hoĩes vulgares negant. Iuuena. Sed q̃d turba tremẽs sequitur fortunam vt semper & odit Damnatos, Diffugiunt. c. cum. f. s, a. per allegoriam oñdit eos, q̃ nolunt amicorum necessitati coniungi. vt Omnes me noti atq; amici deserunt.

¶ O diua gratũ quæ regis antiũ, Hęc Ode ad fortunam potẽtẽ scripta est, cui Cæsaris profectionem commendat. Gratumquę re- POR.

gis Antiũ,hoc ideo quia antij fortuna potẽtissimi numinis habetur,adeo vt multis pre ciosissimisq; donis priuatorũ & imperatorum tẽplum ibi eius refertum sit. Præsens vel imo tollere de gradu. Presens ita dictũ vt pręsentia dicũtur numina deorũ,quæ se potentiaq; suã manifeste oñdunt. Vertere funeribus triumphos.vertere pro eo quod est cõuertere & mutare positũ est.Te.d.æ. hoc aũt recte dr̃,quoniam fortuna & sẽper & vbiq; metuẽda est. Quicũq;.b.l.C.p.Bithina ait vt solent poetę speciem pro genere ponere,qualia sunt illa Virg. Leuis innatat alnus Missa pado,pro quolibet flumine. & illã ducit amor trãs gargara trãsq; sonãtem Ascanium,pro quolibet monte.Profugi scythæ.manifestũ est quũ profugos dixerit:q.s.fugiendo pręliarentur.Et purpurei. me.ty.pro purpurati.purpureũ aliud est si proprietatẽ attendas.nam sic dicitur purpureum vt lapideum,igneũ.hoc est quod purpura tm̃ cõstat.Stantẽ co.pro.incolumitatẽ

Purpureum. dignitatis & totius domus itellige. Ne.p.f. a.a.c a.a.c.bene tumultum vulgarem expsit repetendo. Te.f.a.f.Nec.n.est suæ potestatis qui necessitati subiectus est.Clauos.t.&.c.m.Elegãti cõceptione hæc instrumẽta fortunæ accõmodat.f.quibus torquet & cogit implicatq; res humanas.Te.f.&.a.r: f.bono epitheto raram fidem appellat,quia a paucis colitur.Et albo autem.r.f.c.v.p.posset videri fordide dixisse panno,nisi vellet hac cõceptione intelligi a pauperibus magis coli fidem:Albo autem dixit propter honestatem fidelitatis,Aut nunquit albo panno fides velata dicitur·q; qui fidem colunt honesti habeantur,sed pauperes fiant:q̃m acquisitio magis per fida prouenit. Nec.c.a.vtcunq;.m.p.v.d i.l.Non spernit te in qt o fortuna fides cũ linquis potẽtiorũ limĩa,vel quũ reliquis diuites,per hoc autẽ videtur significare eos quiex dignitate honoris aut diuitiarũ ceciderit,nec fidem apud eos remanere,i.fidem quoq; amittere,& hoc quoq; dupliciter intellige,vt fides illis nec habeatur,nec seruetur. At vulgus.i.&.m.r.p.c.diffugiunt cadis Cũ fæce siccatis amici.hęc elegãter dicuntur,quia fortunæ euentum subire cum amico vulgares homines nolunt,Ferre.i.p.d.αλληγορικωσ ostendit necessitati amicorum nolle coniunctos esse.

quę fatã.i.a deo cõstituta sunt,nobis causas ignorãtibus fortuita videtur:vñ dictũ ẽ Fata viã inuenient,anteit ergo gestãs manu ahena,idest durissima clauos trabales,idest vectes tortorios:sunt autẽ pedicę ligneę quibus alligãtur torquẽdi dicti claui a cõpingẽdo,trabales quia trabiũ instar:aut q̃ illis cõnectendis sufficiãt,& gestans cuneos quibus arctiores fiũt clauati.nec vncus seuerus,scilicet quoad suppliciũ trahebantur damnati,ve pro vel liquidũ plũbũ,quod infunditur torquendis abest,hoc ẽ tecũ sunt oĩa tormẽtorũ gña: Spes colit te. quiaquæ sperãtur fortuita sunt,quũ ẽt quæ possidẽtur incerta sint,& fides rara,quia pauci sunt fideles,velata panno albo q̃ pauperum est vestitus,pauperes aũt fere fidẽ seruant,quia nõ habent in quo fallant,etiam colit te,quia si fides dicta est vt fiat qđ dictũ ẽ.i.promissum,certe fortuitũ est id præstare. Nec idest & non,& fides non abnegat comitem,vtcumq;.i. quasi tercunq; aut q̃cunq; tu iimica scs effecta veste mutata quia videtur fortuna læta aliter indui q̃ inimica, linquis domos potentes.i.potentium.At.i.sed.vulgus infidũ,& meretrix periura cędit retro:i.retrorsum.s.cũ fortuna abeũte.q̃a amici dolosi.i.non fidi ferre pariter iugũ.s.aduersitatis,sicut gauisi fũt de bonis & lætis,diffugiunt cum cadis siccatis fæce,idest vt primum vasa vinaria ad fæcem vsq; exhausta sunt.Bonfinis legit,Et vulgus, quod non sequar.

Argumentum Ode .XXXV.

ANTO ¶XXXV.Ode fortunæ potẽtiã scri.illãq; a cũctis timeri oñdit.Augustũ deĩ cæsarẽ in britãnos eũtẽ eidẽ cõmẽdat.orat eĩ vt illũ cũ toto exercitu seruet deuictis hostib9.o diua gratũ q̃ regis aũtiũ.ode ẽ Tricolos

Antium Tretrastrophos,ẽ eĩ similis nonę.Antiũ gratũ.Erat antiũ maritima latiorũ vrbs. nũc diruta penitus:Distãt aũt ei9 vestigia octo stadijs a Neptuno oppido,qđ & nos vidimus.Erat ẽt ibi portus mirãdus quidẽ. Nã agere cictus i ipo adhuc mari cõspicitur.Strabo aũt scri.li.v.tẽpestate sua in ea vrbe magnificas fuisse ędes ædificatas.pricipes em̃ illic sępius ocio vacabãt.Erat ibidẽ & Fortunæ templũ,qđ & Flaccus ipse hoc

Fortuna. in loco oñdit.Pręsens.parata:potens. Vnde Sallustius ait in Catilinario.Profecto fortuna in omni re dominatur.Seneca vero Epistola nonagesimanona ait ita.Errant enim qui aut boni aliquid nobis:aut mali iu

Animus dicant tribuere fortunã Valentior enim omni fortuna animus est,& in vtranq; partem ipse res suas ducet.

Fortuna beateq; ac miseræ vitæ sibi causa est.At Naso libro vlt.tristiũ iqt.Rara qđe ẽ v̄tus quã nõ fortuna gubernat.Quæ maneat stabili quum fugit illa pede.De fortuna denuo multa iam diximus in fine satyræ.x.Iuuen. Tollere.ad honorẽ & diuitias.Vñ Iuuenalis inquit.Si fortuna volet fies de rhethore consul. Si volet hæc eadẽ fies de cõsule rhetor.Et Hircius lib.iiij.de bel.Alex.ait.Fortuna plerũq; eos quos plurimis bñficijs or

Bithyni. nauit:ad duriorẽ casũ reseruat. Ambit circũuenit,orat.Bithyna carina,Bithyni sunt Asię populi iuxta phry

carpatos ges & Mysios.vt Strabo ait lib.xij.Lacessit instigat:.puocat,frequẽter lacerat nauigãdo.Carpathiũ pelag9

Carpathium est Carpathos isula excelsa,a qua pelago quoq; nomẽ inditũ est vt scri.Stra.lib,xi.de Sporadibus.pli.aũt li.

mare v.scr.Carpathũ vnã eẽ de isulis Rhodiorũ. Dacus asper. Diuidũtur Daci a Germanis Danubio,vt scribit Tacitus de eisdẽ v̄o latius Strab.li.vij Profugi Scytæ.i.Parthi.Nã ij fuerũt Scytharũ exules,qđ ẽt iporum

Daci vocabulo manifestatur.Scythico.n.sermõe exules Parthi dicũtur.auctor ẽ Iustinus li.xli.Latiũ ferox.vñ an

Parthi chise vmbra dormiẽti æneę in Sicilia lib.v.ęnei.ait.Gẽs dura atq; aspera cultu Debellãda tibi latio est. Pli,

Latium aũt li.iij.scri.q; Latiũ antiquũ a tyberi Circeos vsq; seruatũ ẽ miliũ passuũ.l.lõgitudĩe,tã tenues primordio

duplex Imperij fuere radices. Postea latij nomẽ .pcessit ad Lyri ãnẽ:qui Miturnas diuidit.Siuessa aũt extrẽa vrbs

Miturnæ est in adiecto latio.Purpurei,purpurati,Stãtẽ colũnã,metaphora est.intelligit em̃ regni robur, Cuius p̃si

Sinuessa dia,vt iqt Salust.nõ exercitus neq; thesauri sũt,verũ amici,Populus freq̃es,stipatus & collectus: Cessantes desides & nihil agẽtes,Cõcitet,vt Iunius Brutus egit cõtra Tarq̃nos.vt itẽ.M Brutus cõtra Iuliũ cæsarẽ,anteit,nũc dissyllabũ ẽ Sæua necessitas,i.dura.vult aũt poeta fortunã i oĩbus dñari,vñ q̃ ipa voluerit necessario fiũt,Acrõ legit serua necessitas,tñ & sæua & serua hic cõueĩt.Melius aũt sæua,itelligit em̃ poeta fati necessitatẽ:cui fortuna subiacet.hinc ait Manilius astronomus,Hoc nisi fata darẽt nũq̃ fortũa tulisses,trabales,igẽtes & lõgos vti trabes,hęc aũt oĩa tormẽtorũ gña erãt.Cuneos itelligit ferrea frustula quibus cõstrĩgũtur cõpedes & manicæ,Manu ahenea,i.dura & firma,ahenea aũt trissyllabũ est,nea:em̃ vnius ẽ syllabæ hoc in loco.Põt & ahena legi.Vncus:curuũ ferrũ,q̃ rei & ifelices trahebãtur.Vñ Iuue.Sat.x.ait,Seianus ducr̃ vnco spectãdus.Liquidumq; plũbũ.Nocẽtes ei liq̃facto plumbo q̃nq; plectebãtur.Fides albo ve

Fides lata pãno.Fides ẽ firma opinio:vt docet Cicero in partitionibus.Et Seneca epistola.lxxxix.inquit. Fides sãctissimũ humani pectoris bonũ ẽ,nulla necessitate ad fallẽdũ cogitur,nullo corrũpitur p̃mio. Vre iqt,occidẽ:nõ .pdã. Liuius p̃terea lib.i.scri.Numã Põpiliũ fidei solẽne instituisse,ad qđ sacrariũ flamines bigis curru arcuato vehi iussit,manuq; ad digitos vsq; iuoluta rẽ diuinã facere:significãtes fidẽ tutandã, sedẽq; eius etiã in dextris sacratã eẽ.Nec comitẽ abnegat,dicit em̃ Ouidius li.ij.de Põto.Et cũ fortuna statq; caditq; fides.at vulgus infidũ.oñdit superius fidem sequi fortunã quocunq; mutata ierit. Vulgus autẽ & meretrix &

Amicitia vulgi. infidi amici mutatam fortunã diffugiunt,vnde Ouidius inquit lib.ij.de Ponto. Turpe quidem dictu , sed si modo vera fatemur Vulgus amicitias vtilitate probat Et libro primo tristium. Donec eris felix multos numerabis amicos,Tempora si fuerint nubila solus eris,Item eodem in lib.inquit,Horrea formicæ tendunt ad

mania nunq̃: Ibit ad amissas nullus amicus opes. Vtq; comes radios per solis euntibus vmbra est: Quū latet hic pressus nubibus illa fugit: Mobile sic sequit͛ fortunę lumina vulgus. Quę simul inducta nube teguntur abit. Cadis. vasis quibus vina cōduntur. Virgilius. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.

Serues iturum Cæsarem in vltimos
Orbis Britannos: & iuuenum recens
Examen eois timendum
Partibus oceanoq; rubro.
Eheu cicatricum: & sceleris pudet
Fratrumq;: quid nos dura refugimus
Aetas? quid intactum nefasti
Linquimus? vnde manum iuuentus
Metu deorum continuit? quibus
Pepercit aris? o vtinam noua
Incude diffingas retusum in
Massagetas Arabasq; ferrum.

Serues iturum. Hucusq;: vt dixi: dilata est cōstructio. Nā ordo est: o diua quæ regis Antium &c. serues, idest cōserues precor: Cæsarem. scilicet Augustū: iturū, idest qui ire parat: ī Britānos: quos Anglos vocamus: vltimos orbis, immo secūdum Virgilium extra orbē positos. dicit enim in Bucoli. Et penitus toto diuisos orbe Britānos. At in æneid. dixit Extremos hominum Morinos. quos Teruanos vulgus vocat. & serues recēs examen, id est nouam fœturā more apum primo educendorū: Iuuenū, id est tyronum timēdum, id est formidandū: partibus eois, id est oriētalibus: & oceano rubro. Eheu pudet scilicet me cicatricū: scilicet susceptarū ī bello ciuili: & sceleris qđ ī patriā Romani milites egerant: & fratrū vel conciuiū: vel reuera fratrū in bello ciuili discordiū. quid scilicet sceleris nos ætas dura- quia ferrea, refugimus? quasi dicat nihil. qd nos nefasti. i. nefarij liquimus intactū, idest ī uiolatū? quasi dicat nihil. vnde, id est a quo, continuit iuuētus manū metu deorū? quasi dicat a nullo. q̄bus aris pepcit? quasi dicat nullis. O vtinā fortuna diffingas, id est reformes, reficias, acuas noua ī cude: in Massagetas, idest Scythas & Arabas ferrum retusum, id est hebetatū: scilicet in cęde ciuili. hoc est vt arma ciuiū cæde obtusa ī hostes acuantur.

Serues iturum: per hyperbatō sensui superiori respōdit o diua gratum quæ regis antium, Et iuuenum recens examen. collectū. omnibus enim militibus ꝑ ciuilia bella consumptis ab Augusto nouus fuerat collectus exercitus: quē bene examen vocauit. Eois timēdum partibus oceanoq; rubro. vtriq; orbi metuendum dixit exercitum. nam in e oo orientem posuit: in oceano rubro occidentē vt Virg. Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa: Bisq; triūphatas vtroq; a littore gentes. Heu cicatricum. sic enim bellorū ciuilium pudendæ cicatrices sunt, quēadmodum gloriosæ in bellis externis. Fratrūq;. quos in bello ciuili vulnerauimus: vt Ille locus fratres habuit. Dura: aspera: ī feliciter nata. aut dura, sine misericordia. Nefasti, nefarij. Vnde manū. i. nō solū a parentū cæde: sed nec a numinū violatione temperatū est: vt Lucanus. Numina miscebūt castrensis flāma monetæ. Quibus pepercit aris. hoc est quæ non spoliauit tēpla deorū. aut polluit cæde vt Luca. Stat cruor in tēplis. O vtinā noua incude. d. vtinā noua incude noua instaurētur tela iustis hostibus experienda: nec ciuilis sanguinis polluta piaculo: quæ victoriā mereāt & nomine careāt infelicitatis. vt est Ipsorum clypeos & nō felicia tela. Diffingas. cōfusum reformes. nā & sicut fingere formare dicitur. sic & diffigere est quassatū reformare. Retusum. ciuilibus bellis hebetatum. ACR.

Serues iturū. C. i. v. o. b. Cæsarē Aug. dicit hic initium huius cōiungendum sic. O diua gratum quę regis Antiū, Serues iturū Cæsarem iuuenem. Examen. ab apibus factū. ꝑ multitudine militū posuit. Timendū. cuius exercitus timetur ī occasu & oriēte. Oceano rubro. hoc est rubro mari. qđ est in oriente. Heu cicatricū. s. p. huius & . s. sceleris qđ bello ciuili in nos admisimus: Quid nos. d. r. æ. suauiter figurauit nos ætas. Quid intactū. n. l. Nefastos pro nefarijs posuit. O vtinā noua incude diffingas retusum in Massagetas. Arabasq; ferrū. ἀμφίβολον. Nō, n. retusum in Massagetas accipiendum: sed in massagetas diffingas. sensus enim. vt ferrū qđ retudimus in corporibus nostrorum bello ciuili diffingas. i. refabrices aduersus Barbaros. Massagetæ autē gens Thraciæ. POR.

Serues iturū. longū est hyperbaton. tēdit enim illuc vsq;. O diua gratum quæ regis Antium serues. &c. Examē. militum agmen. Metaphora enim est ab apibus: quarū filij relinquētes alueos examen colligunt: & alios recipiunt. Eois timendum partibus. oriētalibus populis vt Medis: Parthis: Persis: Arabibus: Indis. Oceanoq; rubro. Ex mari Eoo vnde sol oritur quod Indicū vocant: quod rubrū mare siue Aethiopicū appellāt: ad Astrū versus effunditur: ex ea maxime parte qua vasta quędam solitudo: & inhabitabilis terrę plaga cōspicit͛: ardētibus semꝑ caloribus exusta. Auctor est Dionysius. Pliniusq; libro sexto, capitulo. xxvij. ait ꝙ Persæ rubrum mare semper accoluere: propter quod is sinus Persicus vocatur. Solinus autē Capite. xlvij. scribit Rubrum mare in duos sinus scindi. Quorum qui ab oriente est Persicus appellatur: quem quidem habitauere Persidis populi, Ex aduerso vero vnde Arabia est, alter Arabicus vocatur. Eheu cicatricum. Detestatur poeta bella ciuilia: quibus quidē omne nefas cōmiserant spreto deorum metu: suorumq; pietate: charitatēq; patrię, quę omnibus maxima esse debet: quod & Cicero meminit. Cicatricū. quas scilicet bella ciuilia dederant. Cicatrix autē dicit͛ liuor & obductio vulneris: sic dicta ꝙ occæcet vulnus. Sceleris: qđ in patriā Romani milites egerant. Fratrumq;: scribit enim Apianus libro secundo, sub Cæsare & Pompeio militasse in Pharsalia ad simile bellorū facin⁹: q eiusdē essent ciuitatis ciues, simul cognati: amiciq;: nōnulli fratres. Quid refugimus. quasi dicat, Nihil. Nos. appositio: dura ętas. id est ferrea. ait enim Ouidius libro pr̄io Met. Aurea prima sata est ætas. postea inquit. Subijtq; argentea proles: Auro deterior fuluo. preciosior ære: Tertia post illas successit ahenea proles: Sæuior ī genijs: & ad horrida promptior arma: Nō scelerata tamē: de duro ē vltima ferro. Protinus irrupit venę peioris in ęuum Omne nefas: fugere pudor: verumq; fidesq;: In quorū subiere locum fraudesq; doliq;: insidięq; & vis & amor sceleratus habēdi. Viuitur ex rapto: nō hospes ab hospite tutus: Nō socer a genero: fratrū quoq; gratia rara est. Victa iacet pietas. &c. Intactū: intentatū. Nefarij scelerati. Vnde. a quo loco, vel a quo homine. quasi dicat a nullo. O vtinam. optat Horatius fortunā noua ī cude reficere in Massagetas & Arabas ferrū bellis ciuilibus retusum. Diffingas: reficias, reformes tu fortuna. Retusū. repercussū & hebetatū. Massagetas. Massagetæ populi sunt ī Scythia ad oriētē versus: trās Araxē: quorū studiū est vt cōtinuo sagittandi vsū cōterant: ī festissimi admodū hospitib⁹. neq; cū vicinis populis vllā seruare diutius amicitiā, neq; fidem possunt. frumenti ac vini vsum prorsū ignorāt. bibūt enim lac cū equorū admixtū sanguine. vt Dionysius scribit. Meminit item multa Herodotus lib. iij. Et Strabo lib. xi.

ANTO · Rubrum mare. · Persæ. · Cicatrix. · Aetates iiij. · massagetæ.

XXXVI. Ode dicolos Distroph. Letitię vacādū scribit ob Numidę reditū ex Hispania.

ET thure & fidibus iuuat
Placare: & vituli sanguine debito

ET thure & fidibus iuuat. Metrū primo versu Glyconicū. secūdo Asclepiadeum. In honorē Pomponij Numidæ hāc Odē scribit: pro cuius salute ex Hispania reuersi vota ꝑsoluit: lętitiāq; cōuiuiorū ꝑ sa- ACR.

crificia se exhibere cõmemorat. Et thure & fidibus. fidicines sacrificijs adhiberi consueuerunt. vt Virg. Inflabit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras. Placare. hic nõ irata aut mitigare aut reconciliare numina parat: sed aut grates referre: aut vota persoluere: propitij. n. dei reduxerũt. Numidam sospitẽ. Et vituli sanguine debito. i. votis pactis. debet. n. hostia aũ votis susceptis ꝓmittit. Qui nũc Hesperia. Hispaniã dixit. Hesperia autem ab Hespero dicta: quasi in occidentali plaga. ordo est. q̃ nũc sospes reuersus ab vltima Hesperia diuidit multa oscula charis sodalibus nulli tñ diuidit plura q̃ dulci Lamię memor simul mutatę togę. Diuidit oscula. tanq̃ que multis data sufficerẽt. quę cõsuetudo est amicorũ: dũ de lõginquo tardius reuertunt. Non alio rege. Rege aũt diuitẽ posuit aut patronũ Iuue. Optima syluarũ iterea pelagiq; vorabit Rex horũ. Puertiæ. ꝓ pueritiæ ꝑ syncopã dixit. & significauit Numidã Lamia patrono vsum a pueritia vsq; ad virilẽ ætatẽ: vnde ait rege. vel q eũ Lamia rexerit. Peractę aũt pueritię ait: qa deposita prætexta accipiebãt adolescẽtes togã virilẽ. qua commemoratiõe vult videri per hoc q simul togas mutauerint ætatis æqualitatẽ augere amicitiam. vñ & Vir. Mea quẽ spatijs propioribus ætas. Cressa. Cretẽsi. Cretẽsib⁹ eñi mos erat dies lætos albis calculis: nigris cõtrarios numerare: ex lectorũ dierũ numero vna & tẽpus metiri: malos enim in annorũ numerũ nõ ducebãt. Neu promptæ moram. i. pro latũ vinũ expẽdat cõtinuata lætitia. Neu morem in sa: Salij sacerdotes martis & herculis dicebantq̃ sacra saltibus celebrabãt: vt Tũ salij ad cãtus. Nã ꝓprie salij a saliẽdo dicti sunt.

Custodes Numidæ deos:
Qui nunc Hesperia sospes ab vltima
Charis multa sodalibus
Nullis plura tamen diuidit oscula
Q: dulci Lamiæ: memor
Actæ non alio rege puertiæ:
Mutateq; simul togæ.
Cressa ne careat pulchra dies nota:
Neu promptę modus amphoræ:
Neu morem in salium sit requies pedum.

Et thure & fidibus. Argu. ꝑ Mãcinellũ patet. vult eñ ob amici felicẽ reditũ post rẽ diuinã dãdũ esse epulũ: qđ lautũ qdẽ & opiparũ vult sed sine litibus & zelotypia. Videt aũt ad Lamiã loq: vt sit ordo. O Lamia iuuat. i. delectat & proficit:, placare. i. placidos & vt dicũt cõtẽtos facere: qa dũ dijs vouemus nõ sũt placati donec reddiderimus vota: & . i. simul thure: & fidibus. i. hymnis & canticis ad lyrã dicẽdis: & sanguine vituli debito. s. ex voto: deos custodes Numidæ. scilicet amici nostri. Qui nũc subaudi reuersus sospes. i. incolumis: ab vltima Hesperia. i. vltima pte Hispaniæ: diuidit charis sodalib⁹ multa oscula: vt de more faciũt Itali: dũ post lõgã peregrinationẽ ad suos se recipiunt: tñ nulli diuidit plura: q̃ Lamiæ. i. Aelio: dulci. s. amico & sodali: existẽs memor puertię: ꝑ pueritiæ, actæ. i. trãsactę nõ alio rege. i. sub eodẽ rege, seu rectore: hoc ẽ sub eodẽ pędagogo: & memor togæ mutatæ simul. q vno die togã virilem sumpserit cũ Aelio Lamia. Et ideo ne dies pulchra. i. festiua: careat nota cressa. i. cretensi: quia in Creta est multũ cretæ. i. terræ albę: vñ sicut carbonem pro nigredine: sic cretã ꝑ albedine ponũt poetæ. Nõ ergo intelligimus Cretensiũ esse morẽ lapillos candidos in vas cõijcere diebus lętis: sed diem lætum posse notari creta. i. colore candido. Neu modus. i. mẽsura sit amphore. i. vasi vinario capaci: promptę. i. depromptę. Neu. i. neue requies vlla sit pedum in morẽ saliũ. i. quin saltet vt salij dum ancilla ferũt. Et põt esse salium ꝑ salior ũ: aut adiectiue dictũ.

POR. Et thure & fidibus iuuat placare & vituli sanguine debito. Hãc Odẽ scribit in honorẽ Põponij noĩe Numidæ. pro cuius salute reuersi ex Mauritania vota soluere ęquũ ee dicit. Et thure & fidibus iuuat placare. Fidicinas hodie quoq; Romę ad sacrificia adhiberi sicut tibicines, nemo est qui nesciat. Iuuat placare custodes numidæ deos. Placare ꝑ eo qđ est gratiã referre itelligẽdũ: nõ vt placan irati dicuntur. cum eñ Numidã dicat sospitem redisse apparet eũ deos ꝓpitios & ante sacrificia habuisse. Custodes autẽ ꝑ cõseruatoribus accipiamus. Qui nunc hesperia sospes ab vltima. Numida. Hic ex Mauritania in qua militauerat reuersus est. Ergo hesperiam nunc occiduã partẽ intellige: nõ vt hesperia a Virg. Italia dicit. Actę nõ alio rege pueritiæ. Puertia ꝑ pueritia ꝑ syncopem dixit. Signat aũt Põponiũ hũc Numidã a pueritia Lamia patrono vsũ. Mutatæq; simul togę. Pretextã vtiq; togæ mutatæ: qua deposita virilis accipit. Per hoc signat eos pariter adoleuisse, Cressa ne careat pulchra dies nota. Albũ calculũ. cressam notã dicit. Quia cretensibus mos erat lætos dies calculis albis: quos in pharetras mittebãt: notare. tristes aũt nigris. ꝑ hoc ergo dicit poeta lętũ diẽ exigendũ. Neu prõptæ modus amphoræ. Neu moram in salium sit requies pedum. per quod signat & largius bibendum & saltãdũ. Salij aũt sacerdotes martis hodieq; tripudiare in sacrificijs Martis dicuntur. vnde & salij a saliẽdo. i. a saltando dicti. Ordo est aũt. Neu sit requies pedũ salium more.

¶ Argumentum Odes. XXXVI.

ANTO ¶ XXXVI. Odẽ scribit sacrificãdũ esse: dijsq; agẽdas gratias obseruatũ ab eis Põponiũ Numidã. Nuꝑ eñ ab Hispania sospes redierat. Hortat inde vt die læti & hilares celebrẽt: genio operã tribuẽtes. Et thure & fidibus iuuat. Ode est. Dicolos Distro. Est. n. metrum primo versu Glyconico: de quo in Ode. iij. Scdo versu asclepiadeo. Fidibus. in sacris enim fidicines etiã adhibentur. Iuuat: delectat me. Placare. tũc eñ placant dij quum vota eis ꝑsoluuntur. Debito. ex voto. s. Hesperia vltima. Hispania itelligit. Sospes. saluus dicit, aucto re Festo. Lamiæ. de Aelio Lamia dicit: de quo etiã superius in Ode. xxvi. Nõ alio rege. per id ostẽdit eos æquales fuisse: eodẽ enim rectore & alumno seu preceptore fuerãt pueri: & togã mutarãt. Nec pro rege patronus est accipiẽdus: quõ eñ diceret mutatæ simul togæ? De dño seu patrono Lamia intelligere nõ cõuenit: nam Lamia puer vt ille erat: vt hic ostendit. præterea libera toga solis liberis dabat. Puertię. ꝑ pueritię per syncopẽ. Mutatæ togæ. Primis annis adolescentię: que anno. xiiij. incipit: pueri nobiles apud Romanos deponentes prætextã sumebãt virilẽ togã cũ solẽnitate in tẽplis oblati: & in forum deducebant. Vnde dicit Senec. Tenes memoria quod gaudiũ senseris quum pretexta posita sumpsisti virilẽ togam: & in forũ deductus es. Sunt & qui scribant liberã togam adolescentibus in festis liberalibus exhibere solitos ad significationem liberioris vitæ in futurũ cõcessę. Memor actæ pueritiæ & mutatæ togæ. Scribitur a Cicerone, q Scipio nihil difficilius esse dicebat q̃ amicitiam vsq; ad extremum vitæ diẽ permanere: mutari etiam mẽtes hoĩm sæpe dicebat. Et q summi puerorũ amores sæpe vna cũ prætexta & toga deponerent. Horũ autem oĩm Numida memoriam retinebat. Cressa nota. Pli. lib. vij. de gentium felicitate sic ait. Vana mortalitas & ad cõscribendã seipsam ingeniosa computat more thraciæ gentis, que calculos colore distincto ꝑ experimento cuiusq; diei in vrnam condit: ac supremo die separatos dinumerat: atq; ita de vnoquoq; pronunciat. Hora. tamẽ hic Cræ tensibus quoq; eandem consuetudinẽ ascribit fuisse. Prõptæ. apertę: exhibitę, & paratæ latæq; in cõuiuiũ. Amphoræ. vinario vasi. Nec modus. s. sit. per quod hortatur largius bibendum. Nec more. Ordo est. nec sit requies pedum in morẽ saliũ. Saliũ. Salios. xij. Martigradiuo Numa Põpilius legit: tunicæq; pictæ insigne dedit: & super tunicã æneũ pectori tegmẽ cælestiaq; arma que ancilla appellant ferre: ac per vrbẽ ire: canentes carmina cũ tripudijs solẽniq; saltu iussit. Auctor est Liuius. meminit item latius Oui. li. iij. fast.

Sospes.

Pretexta Toga. Libera virilis.

Calculi dierum.

Salij.

ACR. ¶ Neu multi Dama. meri. ebriosã mulierẽ dicit: q̃ a Numida amabat. Vñ hic sensus est. cũ Numida certamẽ

Nec multi Damalis meri
Bassum Treicia vincat Amystide:
Neu desint epulis rosæ:
Neu viuax apium:neu breue lilium.
Omnes in damalim putres
Deponant oculos:nec damalis nouo
Diuelletur adultero
Lasciuis hederis ambitiosior.

¶Nec mlti.vult vt damalis bibax & lasciua mulier amica quõdam Numidæ absit quidẽ,sed sine suspitiõe zelotipiæ:quã ne iniiciat monet vt nõ alteri adbibat:licet alij eã laciuius ĩspiciãt Ordo ẽ.Nec Damalis amica Numidę,mulier sup.mlti meri.s. capax:vincat.i.superare cõtendat:Bassum amatorẽ suũ absente numida:amystide i.poculo vno haustu & clausis oculis siccãdo:threicia,id est quo thraces vti solẽt:Neu rosæ desint.i.vt adsint epulis:nec apium viuax.i.diu virẽs:aut virere faciẽs: nã Est apiũ dictũ ꝙ apex hoc ferre solebat Victoris:veterũ fieret dũ more triũphus.nec liliũ breue quãtũ ad tẽpus.i. breuiter decisurũ,sup.desit. Et oẽs deponãt oculos putres.i. corruptos in Damalin.id est eã lasciue respiciãt.Nec Damalis diuellet a numida nouo adultero.i.per nouum adulterum:existens ambitiosior.i.arctius ambiens & cõplectẽs numidã: hederis lasciuis.i. quam faciant hederę lasciuę truncum aut murum cui adhęret.

bibendi sit Damali nouo amico:nõ cũ Basso ¶Amystide.Amystis:vt quidã putãt potionis genus apđ Tracas.ideo Amystis dicta:ꝙ clausis oculis potabatur vno ductu. Alij Amystin gẽmã volũt:ꝙ pñsenti vsu amethistus dr:Clausa.n.poculis ebrietatẽ ꝓhibere credebar.nã & apiũ si mãdit aduersus ebrietatẽ putat̃ ꝓdesse.Neu viuax apiũ.diu viriditatẽ retinẽs Cuius pene foliũ nõ deficit viriditate.Neu breue.l.breue ad tẽpus retulit Putres.nimio potu marcẽtes & libidine resolutos.Lasciuis.ĩ aduersa discurrẽtibus & vagis Ambitiosior.qm̃ ãbitu & cõcupiscẽtia amplexu facili se ita illiget vt hedere cõsueuerũt **POR.** ¶Neu multi Damalis meri Bassum Treicia vĩcat Amystide. Amystis vt quidã aiũt potio q̃dã est apud Thracas. Alij poculi speciem eẽ aiũt:eo ꝙ necesse sit vno ductu potionẽ haurire.Sensus aũt est: Damalis q̃ multi meri est.i.ebriosa,nõ vincat Bassum in potando.ideo Bassus quoꝗ multũ potat. Neu breue lilium.qđ breuis tẽporis est:hoc ẽ cito deflorescit.Putres oculos. vino putres intellige.videmus.n.ex vino oculos quasi languidos fieri.Nec Damalis nouo diuellet̃ adultero.Sẽsus est.nec nouus adulter.i.amator Damalim auellet a pristino suo amatore.Lasciuis hederis ãbitiosior.Ambitiosa ab ambitu lacertorũ.i.ãplexu Damalis dicta ẽ:q̃ ob hoc

hederę cõpata ẽ:qa & illa solet arbores ãbire.i.circũdare.hederas aũt lasciuas dixit:qa quasi ludẽtes vagę serpũt.¶Damalis.mulier vinosa & temulẽta Numidæ amica.hĩc dicit poeta illã relicto Basso eius veteri amico interesse debere cõuiuio numidę noui amici:& cũ eo certare bibẽdo.Threicia Amystide.Amystis potio quedã erat apud Thracas:& ideo Amystis dicta:qa certa mẽsura clausis oculis potabat̃.vel erat poculi species:quod vno ictu hauriebant. Auctores sunt Acron & Porphy. Rosę.Valerius lib.ij.de ciuitate Spartana loquẽs,scribit primos Ionas vnguenti coronarũꝗ in cõuiuio dãdarũ & scđe mẽsę ponẽdę consuetudinẽ haud parua luxuriæ irritamenta reperisse.Viuax apiũ.honos apio ĩ Achaia erat coronare victores sacri certaminis Nemeæ.vt scribit Pli.li.xix.Et li.xx.ait suauiores aquas potui incoctũ apiũ pñstare:& ꝙ ex aqua coctũ potũꝗ renibus medet̃.Viuax aũt apiũ ĩquit,qm̃ diu virescit nec aret:vt alia multa olera.Oẽs in Damalim.Sensus est.ꝙ effecti oẽs ebrij Damalim aspiciẽt veneris gratia:sicuti centauri fecerũt in Perithoi nuptijs. Damalis autẽ soli Numidæ ĩhęrebit.Putres.vino graues & infectos & lãguidos.Diuellet̃.s.ab ipso numida per nouum adulterum.sicut nec diuulsa fuit Hippodame a Perithoo per Centauros.Ambitiosior. magis ambiens suis lacertis.

ANTO **Amystis** **Coronæ ĩ cõuiuio** **Mẽse secundæ.** **Vnguenta.** **Apium.**

XXXV. Ode Tricolos Tetrastrophos de augusti victorię lætitia.

NVnc est bibendum:nunc pede libero
Pulsanda tellus:nunc Saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erit dapibus sodales.
Ante hac nephas depromere Cęcubum
Cellis auitis:dum capitolio
Regina dementes ruinas
Funus & imperio parabat
Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum:quidlibet impotens
Sperare:fortunaꝗ dulci
Ebria:sed minuit furorem
Vix vna sospes nauis ab ignibus:
Mentemꝗ lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores.

¶Nunc est bi.Epulum cum victima celebrandum monet sodales ob victoriã Augusti cõtra Antoniũ & Cleopatram in bello actiaco.meminit autẽ potius Cleopatre q̃ Antonij ꝙ hic Romanus illa barbara sit ꝙꝗ hic illius auspicijs & militibus rẽ male gesserit verũ qa vt dixit Maro æneι. ij. Nullũ mẽorabile nomẽ Fœmina in pœna ẽ: nec habet victoria laudẽ Extinxisse nefas &c. ideo ĩducit Cleopatrã virili aĩo bellãtẽ,& victã sibi mortẽ cõsciscẽtẽ Et qa id pt̃er naturã muliebrẽ facit:mõstrũ vocat vt in ꝓcessu patebit.Ordo autẽ hic ẽ.O sodales.i.o socij mẽsæ:quibuscũ vesci & cõuiuere solitus sũ:nũc est.s.nobis & oĩbus Romanis bibẽdũ.s.ad voluptatẽ nã ad necessitatẽ sẽp bi-

NVnc est bibendũ:nunc pede libero. **ACR.** Metrũ duobus versibus Alcaicum. Tertius dimeter nouenarius iãbicus hypcatalecticus .Quartus pindaricus. Post ciuile bellũ primũ imperiũ Romanorũ inter tres diuisũ ẽ.ita vt Antonius oriẽtẽ:Augustus Gallias:vrbẽ Lepidus obtineret.Antonius Augusti sororẽ habuit vxorẽ: qua spreta amore ductus Cleopatrę Ptolemęi sorori cõiũctus ẽ.Qua ĩdignatiõe Augustus aduersus Antoniũ & Cleopatrã bellũ gessit apđ Actiũ ꝓmõtoriũ epiri: & præfecto classis Agrippa supauit Antoniũ pñlio nauali. quo victo & Alexãdriã cepit.Hac ergo Ode letitiã suã significat ob victoriã August. Pede libero.aut a piculis,aut fuga securo.aut lasciuieti. Pulsanda tellus.pedũ plausu ferienda. Nũc Saliaribus.Saliares cœnæ:quas Salij faciebãt,dicunt amplissimi apparat9 fuisse:vñ & in ꝓuerbio erat saliares cœnas dicere opiparas & copiosas,Ordo est.Nũc ẽ tẽpus ornare puluinar deorũ.Saliarib9 dapib9 Puluinaria dicebant aut lecti deorũ,aut tabulata: ĩ qb9 stabãt numĩa:vt eminẽtiora viderent̃ Erat.ꝓ est.Dapibus s.post saltationẽ.n.hostijs epulabãt:vt Lucos vocat hostia pĩguis atos.Cellis auitis,ãtiquis cellis vinarijs.i.vinũ auitũ Dũ capitolio regina.Cleopatra,vt est,Terruit illa suo si fascapitolia sistro,Ordo est,Dũ regina ĩpotẽs:sperare qđ libet & ebria dulci fortuna parabat funus & dementes ruinas capitolio & ĩpio cũ grege turpiũ virorũ cõtaminato morbo.turpiũ eunuchorũ:quos satellites habuit cleopatra. aut male vitę aut cratorũ,Ebria ,elusa fortune successu:& ob hoc demẽs inconsulta ĩ ꝓuida sicut

ebrij eē solāt Vix vna sospes nauis ab igni-bus.aut nauis qua fugit Cleopatra,aut p al-legoriā ostēdit Cleopatrā primū Iuliū Cęsa rē corporis sui illecebris cœpisse:secūdū An toniū:Au ustū deīde tētasse:sed eū ei us vi-tasse complexus: ideo vna sospes nauis ab ignibus.Lymphatā.ebrietate īsanā . Mareo tico.i ægypto Mareotis palus ē:iuxta quā vinū optimū nascitur:qđ ex eius vocabulo mareoticū appellatur:vt supra,&, Mareo-tides albæ.&, Mareotica fumant.

POR. ¶Nūc est bibēdū.hac Ode lætitiā ꝓfitet suā poeta ob victoriā actiaticā Augusti.qua.M Anto apud actiū ꝓmōtoriū nauali plio su-perauit.Ac deīde Alexādriā cœpit.Nūc pe li.pul.tel.i.libere tripudiādū est.ac p hoclu-dendū.Nūc saliaribus ornare puluinar deo-rū tempus erit dapibus sodales.Sacerdotales cœnæ quas salij faciūt dicunt eē amplissimi apparatus.Vñ ī ꝓuerbio Saliares cœnas di-cere oppiparas ac copiosas. Antehac; ne.de cę.cel.aui.Per cellas auitas vinū vetustū si-gnat.Funus & ipe.para.Funus ꝓ exitio po situ ē.Imperio aūt vtiq; Romano ītelligēdū Cōtaminato cū grege.i.cū grege Spadonū: quos Cleopatra satellites & cubicularios ha bebat.q̄s morbos turpes dixit qa fere ij effœ minati sunt.Fortunaq; dulci.hoc est fortunę successu demēs & incōsulta.Sed minuit fu-rorē vix vna sospes nauis ab igni.V na na-uis,qua.s.effugit victa ab Augusto , secūdū vnā nauē dictū accipe.Meteq; lymphatam mareotico redegit in veros timores .Mareo tis palus esse dicit in ęgypto:vnde vinū ma reoticū.Dicit ergo lymphatā mentē mareo-tico,ex ebrietatē vesanam accipi.

ANTO

Argumētum Odes.XXXVII.

¶XXXVII.Ode sodales hortat ad lętitiā & voluptatē ob victoriā qdē ab Augusto habitā cōtra Antoniū & Cleopatrā: q̄ rui-nas & funus Romano impio parabat.Nūc ē bibēdū:nūc pede libero.Ode ē Tricolos Te trastrophos.Est.n.sīlis nonæ.Pede libero.i. solutiori & lasciuiēti.Saliaribus dapibus.i.co Saliares cœnæ. piosis & solēnibus.nā Saliares sacerdotales cœnę erāt:quas salij faciebāt amplissimi ap paratus.Vñ Pli.lib .xxi.ca.iij.de: coronis scri bēs ait.Sutiles saliorū sacris iuenimus.& so lēnes cœnas.Apuleius itē li.iiij,sic.V t equus qdē meus tāta copia & qdē solus potitus sa liares se cœnasse cœnas crederet . Puluinar Puluinar deorū.Puluinaria dicebant aut lecti deorū aut tabulata ī qbus stabāt numina vt euidē-tiora essent.Acronita scribit.Seruius etiā lib. i ij.Ge.ait q Puluinaria sunt ꝓprie lectuli q sterni in qbusdā tēplis cōsueuerāt. Regina. Cleopatra.s.de qua latius quū fugerit dixim⁹

bēdū ē Nouū aūt ē gerūdiū in dū & eius gerūdiua noīa cū vbo ē iportare quādā necessitatē aut decētiā:vt ita faciendū fuit.i. ita oportuit factū: mos gerēdus est Thaidi.i.decet morē gerere &c.& vtrūq; etiā hic.nā bibēdū ē gerūdiū: pulsāda gerūdiuū nomē Tellus est pulsanda nūc:qđ emphasim p exclusionē ha bet:qa nō prius:pulsanda ē inq̄:pede libero.s.a curis & sollicitu dinibus:hoc est nūc liberius saltandū & tripudiandū est. & tps erit nūc ornare:puluinar.i.tabulas,aut potius lectulos deorū q in epulo & visceratiōibus sterni solebāt:quasi & dij ipsi accū berēt)nā ī lectis olim faciebāt cōuiuia:vnde & triclīniū dictū est hic.n.ait poeta noster primo sermonū.Sæpe tribus videas lectis cœnare quaternos.vbi aūt hic dicit:Tēpus ē ornare pnl uinar:orator diceret ornādi puluinaris)dapibus saliaribus.i.opi paris & sumptuosis quales sūt saliares.Nā sicut regiū & rega le differūt:vt quicq̄d regis sit,regiū dicatur:regale aūt regis ma gnificentia dignū,siue eius,siue alterius sit:sic saliū & saliare: nam saliū est saliorū:saliare,salijs dignū . Veteri ergo de more sacerdotes & rebus sacris dediti mensis pinguioribus indulse-rūt.V nde bene dicit dapibus.nam & dapes volūt esse deorū, aut solēniores escas.Addit quare dixerat nūc : quia antehac.i. āte hoc tēpus nefas sup.fuit:depromere ꝓmēdo extrahere: cel lis auitis.i.in quibus aui vinū cōdiderant: & ita sane vetustum significat:quod in precio summo erat:qđ etiā a patria laudat ad dens: Cæcubū sup.vinū,natum in Cæcubo mōte campaniæ. Ante dico erat nefas:dū regina.s.Cleopatra regina ægypti:im potens.i.valde potens vt Mancinellus asserit: vel re uera im-potens.i.per impotentiam animi:qa nō poterat continere aīm a sperāda re illicita,& quā asseq nō posset.vñ sicut(qđ recte docet in enchiridio diuus Augustinus)deus & sancti in cęlo q peccare nō possunt nō sunt dicēdi ob id impotētiores sed mul to potentiores:sic qui appetitū suū ab illicitis arcere nequeūt nō potentes sed impotētes dicēdi sunt:& id vitium impotētia me rito vocatur.regina ergo impotēs.i.p impotētiā abstinēdi a ne gatis:coacta sperare quidlibet.i.quālibet rē tā cōcessam quam nō cōcessam.Nec legēdū est quodlibet: nā quodlibet est adie-ctiuū,nec stat sine substantiuo:quodlibet aūt substātiue poni tur,& p se plenū est.& ebria:docet quō impotēs effecta est: quia effecta ebria.i.rationis expers: fortuna dulci:quia vt dicit Maro,Aspirat prīo fortuna labori.Et sic quoq; Cleopatrę eue nerat que prīo vicerat:& quia Antonio triumuiro nupserat posse iperium Romanum assequi.cum grege turpium virorū s.spadonum:cōtaminato.i.q grex erat cōtaminatus · morbo.s. castratiōe:dicunt eīn Spadones a verbo græco σπάω:quod est euello:ob testiculos euulsos:parabat capitolio.i.arci Romanæ: ruinas demētes.i.demēter cōceptas:& parabat imperio.s. Ro-mano.funus.i exitiū.quia actum fuisset de imperio Romano si ipsa voti cōpos fuisset:traduxisset enim rerum summā ad ęgy-ptios.In quo etiā poeta callide astruit iustā Augusti causam: qui ꝓ Romano imperio bellabat. Ebria ergo fuit:sed vix vna nauis.s.in qua ipsa euasit:sospes.i.incolumis: ab ignibus .s.imis sis a Romanis:minuit.s.Cleopatræ furorē.i.dementiā & teme ritatē:quia oculos quos lęta fortuna eripuit , aduersa restituit. & redegit mentē.s.Cleopatrę lymphatā,id est furore & ebrie tate parcitam:Mareotico.s,vino qđ in Mareotide palude ægy pti nascitur:hoc est confidentia quā prius ex læto successu in ægyptijs suis habebat:in timores veros:qm̄ vana fuerat cōfi-dentia:potest & huic fini esse alius ordo vt iam dicam.

in Epodo.ix.Est autē ordo.dū Regina ipotēs sperare quodlibet & ebria dulci fortuna cū grege turpiū viro-Impotēs. rū cōtaminato morbo parabat capitolio demētes ruinas & funus.i.exitiū imperio.Dementes ruinas. ꝓ ipsa demens.Cōtaminato.corrupto.Morbo.castratione.Turpiū virorū.i.Spadonū:q Cleopatrā sequebant.de lympha-ti. qbus late ī Epodo.ix.Impotens.valde potens.V irg.item lib.i. Ge.Nūq iprudentibus iber Obfuit.i.valde prudentibus.Cic.qq; lib.v.Tus.Q ui nihil metuāt,nil agāt:nil cōcupiscāt.nulla īpotentia efferant.i. valida lympho lepti. potētia.Ebria,elata & īprudens felicitate:vt ebrij vino.V ix vna sospes nauis.quo pacto euaserit Cleopatra videto latius ī Epodo.ix.Ab ignibus.multę eīn Antonij naues vstæ:multę submersæ:multę captę sunt.de Mareo-tis. qbus ample legito ī Epodo.ix.Lymphatā mētem.i.cōmotā īsaniā & vesanā.V arro eīn scrib.t:q ī Græcia cōmota mente quos lympholeptos appellāt:lymphatos dixerūt nostri.Mareotico.vino scilicet ,a Mareoti-ACR. de palude ægypti:vbi optimū vinū.hinc ait poeta lib,ij.Geor.Sūt Thasiæ vites:sunt & Mareotides albæ.

Cæsar ab Italia volantem
Remis adurgens:accipiter velut
Molles columbas:ac leporem citus
Venator in campis niualis
Hæmoniæ:daret vt catenis
Fatale monstrum:quæ generosius
Perire quærens:nec muliebriter

¶V olātē.vt illius fugę celeritatē ostēderet In veros timores.nō fictos.V olātē.aut fu-gientē.vt Pedibus timor addidit alas. aut na uigātem.vt Pelagoq; volamus.ordo est.Cę sar advrgēs sup.illā volātem ab Italia: velut accipiter vrget molles colūbas,aut cit⁹ vena tor vrget leporē:vt fatale mōstrū daret cate nis ī cāpis niualis hæmoniæ.supple a supio re minuit furorē &c.Molles.aut propter re nitentis vires.aut certe captu faciles.vt Vir.

Expauit ensem: nec latentes
Classe cita reparauit oras:
Ausa & iacentem visere regiam
Vultu sereno: fortis & asperas
Tractare serpentes: vt atrum
Corpore combiberet venenum:
Deliberata morte ferocior
Seuis Liburnis: scilicet inuidens
Priuata deduci superbo
Non humilis mulier triumpho.

¶ Cæsar ab Ita. Recitat quanto impetu Cæsar Cleopatram vt eam caperet insecutus sit: & quanta animositate illa in fugã coacta cum non esset spes reparandi exercitus, ne in triumphũ duceretur adhibitis serpentibus sibi mortem consciuerit: quod (vt dixi) in laudem vergit Augusti. Nam laus victoris ex præcio dependet victi. Parum enim fuisset mulierem muliebriter agentem vicisse. vnde ironicos dicit Iuno ad Venerẽ æneid. iiij. Egregiam vero laudẽ & spolia ampla refertis Tuq́ puerq́ tuus, magnum & memorabile numen. Vna dolo diuum si fœmina victa duorum est. dicit ergo. Cæsar adurgens sup. erat remis scilicet suis, scilicet illam vnam nauim Cleopatræ: volantem idest celeriter aufugientem: ab Italia: cum prius etiam capitolio ruinas parasset. aut quia non est verbũ: construamus cũ superioribus sic. Et Cæsar adurgens remis illam vnam nauem Cleopatrę volantem ab Italia. redegit mẽtem Cleopatrę lymphatam, id est inebriatam: Mareotico scilicet vino: in veros timores, Adurgens dicit: velut accipiter, id est auis illa prædatrix su. adurget: columbas molles, idest imbelles & mites: ac velut venator citus, idest celer adurget su. leporem in campis Hæmoniæ: id est Thessaliæ: niualis, id est niuibus conspersę, cum effugere non potest. adurgens dico: vt daret catenis, idest vinculis: monstrum fatale, idest mulierem (quod monstri simile ẽ) plusquam viriles animos habentem: sed fatis, id est morti destinatam. Et quia emphaticos monstrum pro monstrosa muliere posuit: refert non ad vocem sed ad rem dicens: quæ scilicet mulier monstrosa: quęrens, idest intendens perire generosius, scilicet quam mulieri competat: nec expauit muliebriter. idest more mulierum: vnde dictum est: Bellaq́ matribus detestata: ensem idest mucronem: nec reparauit cita idest veloci classe. i. & non repetiuit ad reparandum exercitum, oras idest extremas ꝑtes regni: latentes idest in quibus latere potuisset: ausa visere. i. ire visum aut videre: vultu sereno idest imperterrito: & idest simul: regiam aulam: iacentem idest concussam ex re male gesta: & idest simul ipsa fortis idest animosa: ausa est tractare serpentes asperas idest aspides venenosas: vt combiberet idest cõtineret & imbiberet corpore scilicet suo: venenum atrum idest atram mortem inducturum: existens morte deliberata. idest postquam deliberauerat & decreuerat mori: ferocior liburnis scilicet populis Illyriæ, scilicet in se: quia ad mortem paratissimis. scilicet idest scire licet cur id fecerit. quia inuidens mulier non humilis idest regalibus natalibus nata, deduci priuata: scilicet regno suo: superbo idest pomposo & magnifico triumpho scilicet Cæsaris Augusti. vbi acquisitus est color ex antithesi, id est contrapositiõe: nam humilis & superbus antitheta sunt. Dicitur enim humile ab humo, quasi humi serpens. superbum a supra quasi sublime. Erat autem mulier nõ humilis quãtum ad genus & animos: humiliata tamen per fortunam quia victa.

Quã. facile accipiter saxo sacer ales ab alto. Consequitur pennis sublimem in nube columbã. Niualis. frigidæ & niuosæ. Hæmoniæ. thraciæ ab hæmo monte. ibi enim pugnatum est. Virgili. O qui me gelidis in vallibus hæmi Sistit. Fatale monstrum. aut turpe dixit: vnde & prostantes fatales dicuntur vt est: Romam nõ casta malo. aut velut mõstrum fatis sibi reseruatum: aut fato romanis subiectum. Generosius idest maiore quam sexus exigebat animositate. Nec. l. c. c. r. o. fines regni latentes id est non colligit denuo exercitum ex intimis regni partibus. Perditis enim rebus Cleopatra: dum omnis in eius auxilium ægyptus conspiraret: ne aut reparato bello ad inferiora descendens & genti suæ existeret grauis: aut occasionem gloriosæ mortis effugeret contempsit amorem vel deuotionem suorum. Quod Virgili. regioni dans in fluminis appellatione rettulit nilum auxilia offerentem. vt est, Pandentemq́ sinus & tota veste vocantem Cęruleum in gremium lachrymosaq́ flumina victos. Ausa & iacen. vi. r. i. regnum suum desperatum & deiectum. Vultu. scilicet interrito & veluti læto: vt Spẽ vultu simulat: premit altum corde dolorem. Fortis. que habebat ex desperatione virtutem. Et asperas. t. s. v. a. c. c. v. Cleopatra metu capta ne duceretur in triumphum corpori suo serpentes apposuit, quorum interiret veneno. Vt Necdum etiã geminos a tergo respicit angues. Deliberata aut pro adhuc in cogitatione & tractatu habita posuit: aut pro iam statuta morte: vt Decreuitq́ mori. Ferocior. promptior sæuis Liburnis fuit ad mortem: illi enim libenter moriuntur. aut sæuis sibi per quos victa est. aut sæuis fortibus: vt Seua paupertas: vt Sęuos hector. Sæuumq́ tridentem. aut quia liburnorum gens ad moriendum prompta dicitur: quibus illa ferocior fuit. Virgil Regna liburnorum & . f. s. t. Scilicet inuidens. Ordo est scilicet non humilis mulier inuidens priuata deduci superbo triumpho: inuidẽs Augusto ne captiuitas sua illi speciosiorem faceret triumphum. Nam & Liuius refert Cleopatram cum de industria ab Augusto capta indulgentius tractaretur, dicere solitam non triumphabor. Deduci. subtrahi.

¶ In campis niualis Hæmoniæ. Hæmonia dicitur ab Hæmone monte: quem niualem merito appellauit quia est frigidissimus. Daret vt cate. fata. mõ. a fato sibi seruatum. aut detestabile. aut dictum hoc accipiamus: quasi decreto nobis fatorum obiectum. Nec muliebriter expauit ensem. non tanquam ense perierit Cleopatra: sed signat eam tam præstantem animi fuisse: vt ensem quoq́ non timuerit. Nec latẽtes cita classe reparauit oras. hoc est nec fugit in latentes. i. intimas ægypti regiones vt vires inde repararet. Fortis & asperas tractare serpentes. hoc ideo dicit quia serpẽtem sibi apposuit: cuius morsu perijt. Deliberata morte ferocior sæuis liburnis. deliberata. vtrum pro cognita positũ est: an vero de qua pleriq́ deliberant idest dubitant vt sit hoc perpetuum epitheton mortis POR.

Signat autem in ipsius mortis significatione constantissimam fuisse. Liburni gens ferox Illyrici ad moriendum apparatissima. Scilicet inuidens Priuata deduci superbo. Non humilis mulier, triumpho. Inuidens scilicet Augusto ne captiuitas sua illi gloriosiorem honestioremq́ triumphum faceret ornatu. Nam & T. Liuius refert illam cum de industria ab Aug. in captiuitate indulgentius tractaretur, identidem dicere solitã fuisse ου θριαμβευσομαι, idest non triumphabor ab alio ANTO

¶ Velut. scilicet adurget. Hæmonię. i. Thessaliæ: nam Thessalia ipsa priori sęculo Pyrthęa ab Deucalionis vxore Pyrrha nominabatur. & Hæmonia ab Hæmone, a cuius filio Thessalo Thessalia vocata est. Plura Stra. lib. ix. Hęmonię. hic fiat colõ: nã sup̃iori sententiæ cõuenit: nõ sequẽti. Fatale. a. fatis ei seruatũ. vl' fatale,

Hæmonia. Thessalia.

id est mortiferum. Nec latentes classe cita reparauit oras. sensus est ꝙ Cleopatra apud Actiũ victa ĩ patriam fuga delata est. noluit enim veloci classe extremas ægypti oras adire: illasꝗ sibi munire: quo tutior esset. Plutarchus aũt in Antonij vita scribit: ꝙ vbi in Alexandriã appullit Cleopatra, inter Rubrũ & Aegyptiũ mare trãsferre classem instituit in Arabicum sinum: & cum auro & argento & magna suorũ manu in ignotas sedes cõmigrare: fugiens bellum ac seruitutem. Sed quũ primas naues per terrã delatas Arabes igne corrupissent: & Antonius tũc etiã ĩ legiõibus quas apud Actiũ reliquerat spẽ haberet & incolumes esse putaret frustra tamen: destitit Cleopatra ab incepto: & portus ac littora custodire contẽdit: vacãs cũ Antonio vti prius luxuriæ & lautitiæ ac sumptui. Interea ob Augustum in vrbem reuocatũ ab Agrippa: quia res vrbanæ pręsentiam suam desiderare videbantur: facta est dilatio belli. Demũ exercitum in Alexandriã adduxit. Antonius aũt suis militibus destitutus & proditus, quum accepisset Cleopatrã licet falso sibi mortem cõsciuisse gladio sibi ventrem ꝑcussit: secꝫ in lecto posuit. deinde ad Cleopatram deductus est adhuc viuens: cui multa

Augustus. dixit. inde sumpto vino expirauit. Post hęc misit Augustus Proculeium: vt Cleopatram viuam adduceret, quo eius pecunijs cõgestis potiretur & in triumpho etiam duceretur. Illa tamen contendit gladio quo accincta erat seipsam necare. Proculeius vero ademit sibi. febre postea oppressa est nimio plãctu. Qua de re eam adijt Augustus promittens ꝗplurima: vti ipsa optabat: & hoc ne se occideret. attamen ne in triumpho ducere

Cleopatræ mors tur clam Augusto sibi mortem consciuit aspidis morsu in brachio recepto. accurrens autem Augustus iuenit eã mortuã aureo in lecto iacentem regio more ornatam: quã postea magnifice ac regie vna cum Antonio sepeliri iussit. Iacentẽ regiam. i. territam & mœstam Alexandriã. Fortis. magnanima. Deliberata morte. i. vbi mori decreuit. Fortior sęuis Liburnis. Apianus li. ij. scri. Illyriorum gẽtem liburnos esse, de quibus multa ĩ. i. Bpodo. Liburni autem vt etiam Porphyrio scribit, dicunt ad mortem esse paratissimi. Scilicet inuidens. sen-

Liburni. sus est: ꝙ Cleopatra se occidit inuidens Augusto: ne ipsa regina priuata. s. regno, id est captiua & serua deduceretur in triumpho superbo. i. glorioso ob eam deductam.

ACR Persicos odi puer apparatus. Puerum suum alloquitur & elegantem ministrum: quẽ sibi mediocria iubet parare negans ad voluptatem opus esse magnifico apparatu & opimo. Persæ autẽ ob nimias diuitias ĩ sumptuosissimis delitijs degere dicũtur. Philyra. Phyllon græce foliũ dicitur. hic ergo coronam de folijs factã posuit: vt quia ipsæ preciosiores sunt. Mitte sectari. vetat puerum rosas quæ iam peracto vere inueniri solent, studiose quęrere. Sera. tarda. vt Aestatẽ increpitans seram. Simplici. singulari: cui nihil aliud adiungitur. Necꝫ. t. m. d. m. i. tametsi myrto preter rosam vteris, nõ te dedecet: quia non faciet de gratiæ minoris. Sub arcta vite. sub humilitate.

POR. ¶ Persicos odi puer apparatus. Ad puerum suum de hilaritate loquitur, negans ad voluptatem opus esse magno apparatu. Persę autem reges ob nimias diuitias in sumptuosissimis delitijs vitam agere dicuntur. Displicent nexę Philyra coronæ. hoc est displicent coronæ operosius factę. Mitte sectari rosa quo locorum sera moretur. vetat puerũ magnopere rosas sibi quærere quæ solẽt iã præterito veris tẽpore ex frigoribus afferri. Simplici. m. n. alla. Sensus. nihil allabores myrto applicare. Simplex. n. myrtus delectat: nec ĩ hac revolo sedulus sis. i. curiosus, vt plusquã myrto coroneris. Ordo est autem. nihil curo. i. non curo ac per hoc nolo. vt plusꝗ &c.

Necꝫ sub arcta vite bibentem. Arctam vitam spissam ac per hoc vmbrosam accipe. Plautus in aulularia myrtum etiam fœminino genere dixit & neutro. Fœminino sic. E myrteta prosiluit. & hæc myrtus Veneris ẽ hæc myrteta nomen significat.

Argumentum Odes. XXXVIII.

ANTO ¶ XXXVIII. & vltima huius primi voluminis Ode suo puero scribens odisse ait Persicos & amplissimos apparatus. Itaꝗ mediocria sibi ad voluptatem temperanda monet.

XXXVIII. Ode Dicolos Tetrastrophos De Parsimonia.

Persicos odi puer apparatus:
Displicent nexę Philyra coronæ:
Mitte sectari rosa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrto nihil allabores
Sedulus curo: necꝫ te ministrum
Dedecet myrtus: necꝫ me sub arcta
Vite bibentem.

¶ Persicos odi. Hac Ode huius libri vltima modeste commemorat poeta parsimoniam suam, significans se amare cœnam parabilem sine magno apparatu: idcꝫ ex professione Epicuri: qui cum voluptatem potissimum animi summum bonum cẽseret: nec eam assequi posset nisi ꝗ modicis contẽtus sit: nõ em̃ cuiuis contingere potest rerum effluentia: sæpe ad parsimoniã & vt apud Senecam legitur, parcos hortulos inuitauit sectatores suos. Ordo igitur est. O puer, idest minister: ego odi, id est odio persequor apparatus Persicos, idest nimis lautos & sumptuosos: quales habent Persæ vnguento & reliquo apparatui nimis ĩdulgentes: & coronæ scilicet ex rosis: hoc est serta: nexę idest connexę filis: Philyra, idest ad Philyrã, hoc est circulũ factũ ex libro seu cortice interiore Tiliæ: displicent supple mihi. q. d. contentus sum simplici fronde. & ideo mitte. idest omitte aut dimitte: sectari, idest disquirere: quo locorum, idest in quo loco: rosa moretur, id est ꝑmaneat anteꝗ defluat, sera, idest tarda: vt scilicet faciunt delicati qui rosas cum apud se defecerint ex alienis locis comparant. Ego curo, idest volo, vt tu sedulus id est ꝗuis sis sedulus, id est seorsum a dolo: hoc est diligenter seruiens: nihil allabores, idest nihil per laborem adijcias myrto simplici. i. puræ & impermixtę: qa necꝫ myrtus dedecet te ministrum, id est cũ sis minister: necꝫ dedecet me bibentem, id est cum bibere parem nõ sub lacunari aureo: sed sub vite etiam arcta, id est non sane ampla.

net. Persicos odi puer apparatus. Vino Persę magnopere temperant: tamen cuiuscũcꝫ generis voluptatibus

Persarũ vita. quas audierint frui student. Quod Herodotus li. i. scribit. Displicent nexæ Philyra coronę. Philyra casus est ablatiui. Vnde Ouid. in lib. v. Fast. ait. Ebrius incinctus Philyra conuiua capillos Saltat. Pli. autem lib. xv. de

Philyra. Tilia inquit. Inter corticem & lignum tenues tunicas esse: multiplici membrana: e quibus vincula Tilię euo

Tilia. cant. Tenuissimæ earum Philyræ coronarum lẽniscis celebres antiquorum honore. Festus vero scrib. Lẽ-

Lẽnisci. niscos fascioias fuisse dependentes ex coronis, Pli. lib. xxi. ca. iij. sic ait. Crassus diues primus argento auroꝗ folia imitatus ludis suis coronas dedit. Accesserunt quocꝫ & Lemnisci: quos adijci ipsarum coronarũ honos erat: propter Hetruscas: quibus iungi nisi aurei non debebant. puri diu fuere: cęlare eos primus instituit. P. Claud. pulcher: bracteasꝗ etiã Philyræ dedit. hęc ille. Philyra. i. Tiliæ libro & mẽbranula. Sera. tarda More tur morã trahat vltra alias. Pli. li. xxi. scri. ꝙ rosa Carthagine Hispaniæ hyeme quocꝫ tota precox est. Præcox item Campana: sera Milesia. nouissime tamen desinit Prœnestina. Simplicium. i. cui nil aliud addatur. Est autem ordo. Sedulus ego curo nihil allabores. i. laborando addas simplici myrto. Sedulus. sine dolo & simplex.

Rosæ. Sub a. v. bi. pampinis densa & vmbrosa: quod quidem in æstu pergratum est.

Finis Primi Libri Carminum Horatij cum Commentarijs suis.

QVINTI HORA. FLACCI CAR. LIBER. II.

Ode. I. Tricolos Tetrastrophos, Ad Pollionẽ



Otũ ex metello cõsule ciuicũ
Belliq́ cās, & vitia & modos
Ludumq́ fortunę, grauesq́
Principum amicitias, & arma
Nondum expiatis vncta cruoribus
Periculosę plenum opus aleę
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.
Paulum seuerę musa tragœdię
Desit theatris: mox vbi publicas
Res ordinaris: grande munus
Cecropio repetes cothurno:
Insigne mœstis pręsidium reis
Et consulenti Pollio curię:
Cui laurus ęternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perstringis aures: iam litui strepunt.
Iam fulgur armorum fugaces
Terret equos, equitumq́ vultus.
Audire magnos iam videor duces
Non indecoro puluere sordidos:
Et cuncta terrarum subacta:
Præter atrocem animum Catonis.

MOtum ex Me. Secundũ librũ ab altiore auspicatus exordio admonet Asiniũ Pollionẽ: de quo est illud ĩ Buco. Maronianis. Pollio & ipse facit noua carmina. occulere ad tẽpus tragœdiã quã doctiss. me: scripsit de bellorũ ciuiliũ misero exitu: eo ꝙ nõdũ sopita essent. Ordo aũt est longe petẽdus sic. O Pollio. s. Asini: ĩsigne præsidiũ. i. defẽsor: reis mœstis. s. criminis accusatis: & curiæ. i. sẽnatui cõsulẽti. i. cõsiliũ petẽti. i. tã ĩ priuatis q̃ publicis causis: cui laur⁹. i. victoria lauro donata: peperit æternos honores triũpho dalmatico. i. quẽ duxisti deuictis Dalmatis: tu tractas motũ. i. tumultũ. ciuicũ. i. ciuilẽ ex Metello consule. i. sumens initium ex consulatu Quinti Metelli & Lucij Afranij: aut (vt cũ Bonfine altius repetam⁹) Q. Metelli & Marci Syllani tẽpore belli Iugurthini. & causas belli. i. ambitionem. vnde addit, & pro. i. vitia & modos: quia etiã ĩ iusto bello sępe modus bellandi vitium affert: & ludum fortunæ. quę nunc hos nunc illos extulit. & amicitias. i. cõspirationes principũ. s. triũuirũ: graues. s. reip. quæ per eas extīcta est. Aut amicitias Cæsaris & Pompeij: graues: quia ĩ summũ odiũ excreuerũt. Et tractas arma nõdũ vncta: cruoribus expiatis. i. purgãdo deletis: aut nondũ exequijs eorũ persolutis: & ita tractas opus plenum aleę periculosæ. i. euẽtus dubij & formidandi si inuteẽ victoria: & incedis. i. ingrederis ꝑ ignes suppositos cineri doloso. i. sub quo latet periculũ summũ. Et ideo musa. i. decantatio: tragœdiæ seuerę. quę est de reb⁹ seueris & tristibus, desit paulũ. i. ad modicũ tẽporis theatris. i. publicis spectaculis. tu repetes cothurno cecropio. i. alto stylo ab Atheniensibus primũ instituto: munus grãde. i. arduũ. s. scribẽdæ tragœdiæ: mox vbi ordinaris. i. ordinaueris res publicas. Vt vero artificiũ pollionis cõmẽdet, addit. Tu ꝑstringis. i. strictim penetras iã nũc. i. iterdũ aures. s. audiẽtiũ tragœdiã tuã minaci murmure. i. sonitu, cornuũ. s. bellicorũ: & litu. i. tubæ clarisonæ & icuruæ iã strepũt. iã fulgor armorũ terret equos fugaces, & vultus equitũ. i. oĩa ad viuum exprimis. Nam ego videor audire iam i. interdũ duces magnos: vt Cæsarem & pompeium: sordidos. i. sordidatos puluere, non indecoro. s. quia non dedecus sed decus afferenti. & cuncta terrarum. i. cuncta quæ in terris sunt: subacta. i. sub-



MOtum ex Me. Ad Asiniũ Pollionẽ scribit cõsularem virum theoricę & poeticę disciplinę peritum: scribendarum etiam tragœdiarum studio doctum: vt qui ciuilis belli historiam inter Pompeium & Cęsarem gesti scribere cœperit: sciret rem inchoasse periculosam: & in ipsa admonitione bellorum ciuilium calamitate refertam: a Lentuli & Marcelli consulatu cœptam: quam altius repetit. i. a Marcello Celere & Afranio cõsulibus. Ex Metello. ideo quia fuit Syllę collega. Ciuicũ. ꝓ ciuile: sicut hosticũ ꝓ hostile veteres dixerũt. Belliq́ ca. eo ꝙ Cæsari negatus triũphus bellũ fecerit. Ludũq́ for. quæ ludibrio habet res humanas. Grauesq́. p. a. quia nec perpetuæ fuerãt: & reip. graues: vt Lu. Tẽpus ad Augusti mã. c. d. Paxq́ fuit nõ sponte ducum. Crassus enim amicitiarum fœdus ad tẽpus tenebat quo mortuo Antonius, Augustus, & lepidus facto Põpeio imperatore collisi sunt. Graues autem perniciosas, aut infidas. Nondũ expiatis. v. c. i. de quibus nondũ loti cruores sint: quo velut expiarentur delicto. vult ergo ĩtelligi adhuc ĩ manibus esse arma ciuilia: nec sicut solebãt pacto bello vncta reposita. Periculosæ. periculum inferentis. Aleę. ĩ militia igitur alea ludebatur: ne exercitus ocio torperet. ꝙ autem periculosæ addit: fraudem & liuorem ludo illo prodeuntẽ respexit. Cineri doloso. allegoricos dixit: sicut ignem cinere opertũ. ita adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis latere: nec tutum esse per historiæ veritatem cũ offendimus amicos qui ea gesserunt. Paulum seuerę musa tragœdiæ desit theatris. vt deposito tragico stylo Pollio cautius cœpta describeret: vno enim tempore tragœdiam & historiam scribebat. i. non cantetur in theatris edita a te tragœdia dum occuparis historia: actus publicos referendo. Cecropio. Atheniẽsi. Thespis enim apud Athenas primus tragœdiam frequentius dixit vsu cothurnorum. vt So la sophocleo tua carmina digna cothurno.

Præsidium. fuit enim & causidicus Pollio: & defensionẽ reis frequenter impendit. Et cõsulenti. hoc est curię expetenti a te das cõsilium. Cui laurus æternos. laurum hic pro victoria posuit. Salonas enĩ pollio Dalmatarum cœperat ciuitatem: vnde & suum filium: eo ꝙ nat⁹ ibi erat: Saloninũ appellauit.

Cui laurus. vt poetę cõuenit. Nam & carmina faciebat Virg. pollio & ipse facit noua carmina. Iam nunc minaci. laus relatoris: tãq̃ hęc ipsa quę scriberet ita commendaret: vt se auditor crederet interesse: vt Virg. Tum Phaetõtiadas muscolcircundat amarę corticis. Fugaces. aut veloces: aut splẽdorem pauescentes armorũ. Equitũ vul. vt etiam homines terreret fulgor exercitus. Audire. m. videtur mihi vt audiam aut ipsos concionãtes duces: aut referentẽ de ducibus pollionẽ.

Nõ ind. glorioso puluere bellico sordẽres.

Atrocem. constãtẽ. Potius. n. Cato apud Vticam elegit potius interire, q̃ in hostium potestatem venire.

MOtum ex Me. con. ci. Hæc Ode ad Asinum Pollionem consularem virum & triumphalem scripta est qua hortatur eum: vt omisso tragœdiarũ scribendarum studio, inchoatum historiæ opus consummet, Ac perinde παρέκβασι. i. in translatione bellorum ciuilium, pollio historiam belli ciuilis a cõsulatu Lẽtuli & Mametti cœpti altius repetit. i. a Metello celere:

& a.L.Afranio consulibus.Attende autem iugata:præter atrocem animum Catonis.f.Vticensis.
nō ciuile sed ciuicum dixisse antiqua figura

illi enim ciuica hostica,deinde ciuilia & hostilia dicebant.Denominationes autem hæ fere liberæ sunt apud doctos.& motum ꝓ bello posuit.Ludumq; fortunæ.hoc est,quæ res humanas ludibrio habet.Et ar.nō.ex. idest loti cruores sint.ergo intelligi vult pene adhuc in manibus esse arma ciuilia.Solent autem vngi arma cū post bellum transactum reponenda sunt.Ordo ergo est.nondum expiatis cruoribus periculosæ plenū opus aleæ Tractas & incedis per ignes Suppositos cineri doloso,Allegoricos aūt adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis ostendit:nec tutum esse hęc scribere.Paulum.s.m.tragœdiæ desit theatris.quoniam inquit hæc scribere destinasti,parce tātisper tragico stylo.Seueram autem tragœdiam merito dicit,ꝙ tristia fere sint argumēta tragœdiarū.Mox vbi pub.i.vbi historias que publicas res continent.Ordinaris.i.descripseris.Insigne mœstis prę.r.per quod significat & fortissime eum causas reorum in iudicijs defendere:& præterea prudentissima cōsilia in senatu dare.Cui laurus.æ.h.ideo hoc dicitur,quia Pollio Salona vrbe ex Dalmatis capta triumphauit.Grande munus.c.r.co.Cecropio cothurno inquit:quia apud Athenienses primū est scripta atq; acta tragœdia Thespi inuentore eius atq; actore.Iam nūc mi.m.c iam videor videre & audire ea quæ historia refert.per quod signat vi eloquentiæ Pollionem omnia fere ante oculos in relatione pugnarum inducere. Fugaces terret e.pro velocibus accipe:& in sermone hodieq; fugam pro velocitate dicimus:cum de equis loquimur.Audire ma.iam.vi.d.Ambiguum:vtrum enim ipsos duces concionantis audire se dicat:an Pollionē de ducibus narrantem,incertum est.Non indecoro puluere sordidos.Speciose ac decenter dictum puluere non indecoro sordidos:quasi puluere bellico pulueratos.Præter atrocem animum Catonis.M.Portium Catonē signat:qui Vticæ maluit se interficere imminente Cæsare:quam in potestatem eius venire.

¶Argumentum Primę Odes Secundi Voluminis.

ANTO

PRima Ode Secundi Voluminis hortatur poeta Asinium Pollionem tragœdiarum scriptorem:dū scriptorē:dū ciuilium bellorum Cæsaris & magni pompeij historiā conficit:seuerę tragœdię musam quiescere sinat.Ordinatis enim publicis rebus poterit tragœdiæ munus repetere.Laudat inde Asinium ipsum a pietate:a prudentia:a dignitate & honore:ab eloquentię viribus. Ostendit postea bellorum ciuilium calamitatem.dicit enim Romano sanguine totum pene terrarū orbem repletum.Postremo eius musam hortatur:vt relicto lugubri cātu secum leuiora quærat:qualia sane lyricos versus decuerint.Metrum vero simile est Ode.ix.Motum ex Metello consule ciuicum.Ordo est.o Pollio: appositio:insigne pręsidium mœstis reis:& consulenti curiæ:cui laurus triumpho Dalmatico peperit æternos honores:tractas motum ciuicum ex Metello consule:bellicq; causas &c.Motum ciuicum.i.tumultū & commotionem ciuilem:quum.s.Quinto Metello:Lucio Afranio consulibus nimia Pompeij potentia ciuibus mouit inuidiā:ita vt Pompeium detractarent:pręsertim Metellus ob minutum Cretæ triumphū:& Cato,qui aduersus potentes semper obliquus:detractabant Pompeium:actisq; obstrepebant:hinc dolor Pompeiū ad presidia dignitati parāda īpulit:quare orbis īperiū societate triū pricipū occupatū ē. Nam Galliā Cęsar inuasit:Crassus Asiam:Pompeius Hispaniā:quæ dnatio decem annos traxit.vt latius.L.Florus edocuit & lib.ij.Apianus.& Plutarchus in Cæsare.Bellicq;.c.Crassi morte apud Parthos,& morte Iuliæ Cæsaris filiæ:quæ nupta Pompeio erat:statim æmulatio erupit.Nam Pompeio suspectæ Cæsaris opes:& cæsari Pompeiana dignitas grauis.Ergo Lentulo Marcelloq; consulibus nupta prima coniurationis fide:de successore cęsaris Senatus.i.Pompeius agitabat.Nec ille annuebat:nisi proximis comitijs absenti sibi ratio sui consulatus haberetur:quem decem tribus fauente Pompeio nuper decreuerant.Sed dissimulante eodem negabatur nisi veniret & peteretur maiorum more.Ille contra flagitat decreta:ac nisi in fide permaneret:nō se remittere exercitum.Ergo vt in hostem decretum est.His Cęsar agitatus statuit præmia armorum armis defēdere.prima ciuilis belli arena Italia fuit &c.hæc & plura.L.Florus:& alij supra dicti.Et vitia.Cęsar em̄ nec ferebat parem:nec Pompeius superiorem:vt Florus scribit.Modos.idest quibus modis bellum gestum est īter Cæsarem & Pompeium:prima enim ciuilis belli arena Italia fuit:cuius arces leuibus præsidijs Pompeius insederat:sed omnia subito Cæsaris impetu oppressa sunt.prima Arimini signa cecinerunt:tū pulsus Hetruria Libo:Vmbria Thermus:Domitius Corfinio:Senatus ab vrbe:Pompeius Brundusio.Vrbem Cæsar pene vacuam metu ingressus consulem se ipse fecit.Aerarium quoq; spoliauit.Pulso fugatoq; Pompeio maluit prius ordinare prouincias quam ipsum sequi.Demum in campis Philippicis Thessaliæ deuictus Pōpeius fugit in Aegyptum:vbi sub oculis suę vxoris liberorumq; gladio trucidatus est. hæc & plura Lucius Florus.Ludumq; for.Fortunæ ludus est imos attollere:summos deprimere.quod ipsi Pōpeio & socijs quoq; euenit.principium Cæsaris & pompeij,Graues am.i.noxias:fuerant enim affines:& vna orbis imperiū sibi ipsis cum Crasso diuiserant.Nondum vn.solent enim arma vngi finito bello ad fugandam ęruginē.Per id autem ostendit ciuile bellum non penitus exhaustum.Expiatis.purgatis & lotis cruoribus. Opus.appositio est.Periculosę plenum aleę.i.periculosi ludi:intulit quippe periculum patrię ac ciuibus fere cunctis.Vel periculosę aleę inquit:quoniam scriptori periculum inferret vera dicenti:quibus offenderetur adhuc viuentes.Inde ait.Et incedis per ignes &c.Id est per odia belli ciuilis sub specie pacis latentia.Seuerę tragœdię:id est tristis & grauis.Tragœdia quippe est heroicę fortunę in aduersis comprehensio.dicta a τράγος & ᾠδή quia olim auctoribus tragicis Tragus.i.hircus præmium cantus præponebatur:qui liberalibus die festo libero patri immolabatur.nam vt Varro inquit,depascit vitē.hinc & Horatius in arte scribit Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.Alij putant a fæce:quam græcorum quidam τρυγὰ appellant:tragœdiam nominatam mutatis literis quasi trygadiam.quoniam olim nondum personis a Thespide repertis tales fabulas peruncti ora fæcibus agitabant.Vnde Horatius.Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ Dicit:& plaustris vexisse poemata Thespis:Quæ canerent agerentq; peruncti fæcibus ora.Post hunc personæ pallæq; repertor honestæ Aeschylus:& modicis instrauit pulpita tignis.Edocuit magnumq; loqui mitiq; cothurno Cæterum comœdia a tragœdia differt.nam in tragœdia introducuntur duces,heroes,reges in comœdia vero humiles atq; priuatæ personæ.In illa luctus,exilia,cędes.In hac mores & virginum raptus.In illa itē lætis rebus exitus tristis:tristitia namq; tragœdiæ proprium.Est enim tragœdia miseriarum comprehēsio. hæc omnia ex Diomede accepimus.Res publicas idest publicarum rerum historiam.Cecropio cothurno.i.Atheniēsi.a Cecrope rege.nam vt ostendit Horatius in arte:& Porphyrio:Thespis genere Atheniensis primum tragœdias scripsit ad quas agendas plaustro circa ciuitates agebatur.Post hunc Aeschylus etiam Atheniensis primus tragœdijs personam & pallam & cothurnos dedit.vt patuit per Horatium.Insigne præsidium.eū causas actitasse innuit.Consulenti scilicet:te per quod eius prudentiam indicat & sapientiam.Cui laurus.quo pacto triumphantes Romani duces lauro coronarentur & aurato curru per vrbem in capitolium veherentur latissime videto in Epodo nono.Dalmatico triumpho.Asinius Pollio orator fuit:& consularis:qui de Dalmatis triumphauit.lxxx.q; ætatis suæ anno in villa Thusculana obijt:vt tradit Eusebius.Iam nūc minaci.vult Pollionem historiam optima eloquentia confecisse:ita ꝙ omnia fieri potius quam scribi viderentur.Perstrigis.i.obtundis.Litui.de lituo late in Ode prima.Subacta:a Cæsare.s.Catonis.de hoc in Ode.xij.superius.

Ciuilis belli initium.

ciuilis belli causæ..

Ciuilis belli modus.

Cæsar in vrbem.

Tragœdia.

Tragus.

Tryx.

Persona.

Aeschylus

Tragœdia.

Comœdia.

Asi. Pollio,

Iuno et deorum quisquis amicior
Affris inulta cesserat impotens
Tellure.victorum nepotes
Retulit inferias Iugurthę
Quis non latino sanguine pinguior
Campus sepulcris impia prælia.
Testatur/auditumque Medis.
Hesperię sonitum ruinę?
Qui gurges.aut quę flumina lugubris
Ignara belli? quod mare Daunię
Non decolorauere cędes?
Quę caret ora cruore nostro?
Sed ne relictis musa procax iocis
Cęę retractes munera nęniæ:
Mecum Dionęo sub antro
Quære modos leuiore plectro.

¶Iuno & deorum.Innuit deorum ira quasi in vltionem Pœnorum se Carthaginensium tantam cladem Romanis immissam,tinque furorem,vt se mutuis armis cõficerent.Ordo est. Iuno & quisquis,i.quicunq̃ deorum amicior.s.q̃ Iuno: afris idest africanis populis & precipue Carthaginē colētibus.quā Iuno fertur terris magis omnibus vnam posthabita coluisse Samo;cesserat.idest discesserat ab afris,impotens.s.vlcisci,& ita tellure inulta.idest nulla sumpta vindicta de nece afrorum & deuastatione terrarum euersioneque Carthaginis,quia dij Romanorum erant potentiores.rettulit.idest effecit nepotes idest posteros,victorum,idest eorum qui afros vicerant,inferias.idest victimas inferendas inferis. idest manibus, Iugurthæ.idest illius & cuiuslibet alterius imperatoris africę,Quis campus non sup.effectus pinguior.s.q̃ prius erat,sanguine latino,idest per sanguinem latinum,hoc est latinorum & reliquorum Italorum effusum,testatur, idest probat sepulcris,id est per sepulcra & monumenta Romanorũ, pręlia sup.esse impia?aut quis non testatur,idest testatur prælia impia sepulcris,i.ostentādo sepulcra?q.d.nullus nõ:hoc est quilibet testatur,& quilibet est pinguior,& sonitũ.i.sonorum casum,ruinę idest cladis hesperię. s.magnę.hoc est Italiæ, auditũ Medis.i. ab inimicis Romano ĩperio. Qui.i.quis gurges sup.ē ignarus belli lugubris?q.d.nullus,& quæ flumina sup.sunt ignara belli lugubris.i.lugendi?q.d.nulla,vt æneid.i.Quæ regio in terris nostri non plena laboris.Quod mare non decolorauere. idest in deteriorem colorem vtpote sanguineũ nõ vertere,cędes Daunię,i,Dauniorum.i.appulorũ & reliquorum Italorum.sed daunię quā prius militarē dixit libēter meminit.quæ ora.i.regio,caret nostro.i.Romano cruore?q.d.nulla. Sed ne o musa.s.lyrica, procax.i.nimis animosa vltra q̃ licet petulās retractes.i.iterum tractes muniera.i.officia & partes Nęnię.i. lugubris cantilenæ, Cęæ.i.quam Simonides lyricus ex Cæa oriundus primus aut precipue scripsit.i. ne penitus lugubres cantus iteres:relictis iocis,idest iocosis odis, quęre mecũ sub antro dionæo.i,venereo vbi tractari debent amores & res lętæ,modos.i.numeros & versus,plectro leuiore,id faciliore & minus rigido minusque tristi.Hoc autem propter decorũ carminis dicit,ne argumentũ incongruum sumpsisse videatur.

¶Iuno &.d.Ordo est:Iuno & quisqs deorũ amicior afris impotēs cesserat.Inulta tellure rettulit inferias Iugurthæ nepotes victorũ.scilicet Romanorũ qui Carthaginem vicerāt.Et deorũ quisquis.tāq̃ ciuilia bella, quę postea gesta sunt in africa ad vindictam africæ superatæ,Iunonis ira,vel deorum fecerat commoueri.Iugurthę.Hānibalem intelligi voluit in cõmemoratione Iugurthæ aut certe quia in africa tempore ciuilis belli multi Pompeiani occisi sunt. Quis non latino sanguine pin.quis nõ Romanorũ sanguine,vel sepulcris cāpus repletus?Luc.totoq̃ ex or.te vincente perit.auditumq̃. m.p cladis magnitudine dicit ciuilia bella etiam Persis audita. Virg.Europæ.a.a.f.concurrerit orbis,audit & si quem tellus extrema refuso Summouet oceano.Quis gurges. Tapinosis est.Gurgitem eni pro mari posuit, vt apparent rari nantes in gurgite vasto. Quod mare Dauniæ.apuliæ, a Dauno.sed per apuliam omnis Italia accipienda est in qua sanguis Romanorũ fusus est:vel quia p Hadriaticum mare de Brundusio Cæsar p fectus est Pompeium sequens.Luca. Brundusium decimis iubet hanc attingere castris Non decolorauere cædes . a.pprio colore mutauere.Luc.tum primum rubuit ciuili sāguine Nereus.Quę caret ora.pars regionis aut terrę.Sed ne relictis.m. pro io. idest ne quũ lyrico carmini aptiores sint ioci improbe faciat musa si lugubria misceat. Ordo est sed tu musa procax ne relictis iocis retractes munera nęnię Cęę,quęre mecũ sub dionęo antro modos leuiore plectro.nęniæ, nęnia carmen lugubre qđ mortuis dicebatur, qđ nunc gręce Epithaphiõ appellatur,quod Simonides gręcus poeta lyricus primus instituit a Cęa insula oriundus, vnde & Cææ Nęnię posuit.de qua Vir.Cui pīguia cęę & Ouid. Cingitur ægeo insula Cæa mari. ACR.

¶Iuno & deorũ quisquis amicior afris.Sēsus est.Iuno & quicunq; alij dij. Carthaginensibus fauerāt,vltionē vastæ africę ex posteris eorũ qui eam vastauerunt,nunc receperunt.Impotens autē nõ potēs. Id em̃ ad victos sine virtute intelligendũ.Retulit inferias Iugurthæ.Nunc latius intelligit om̃ibus.Quis non latino sanguine pinguior cāpus.Cāpus nullus est qui non sepulcris Romanorũ bella ciuilia fuisse & sanguine Romano pinguem factum se ostendat. Auditũque Medis Hesperiæ sonitum ruinæ De superiore ostendit.sic em̃ intelligendũ. Quis non campus sepulcris testatur impia prælia sonitumq̃ hesperiæ,quem etiam Medi audiuerunt.Sonitum autem ruinę Medos audisse,idest per orbem transisse, per hyperbolem intelligendũ.Cuius sensus ex subiectis magis illustratur,ꝙ dixerit. Quis gurges:q̃ flumina lugubris ignara belli? quod m.daunię non decolorauere cædes.Daunia a Daunore ge apulię ac per hoc Italiæ,ac deinde Romanæ intelligēdũ.Sed ne relictis musa procax iocis Cęæ retractes mũera nęnię.Nænia lugubre carmē ē,qđ in mortuos cātatur.Simonides aũt ex Cæa insula lyricus poeta θρηνους.i.plāctus optime descripsit.Iñ Cæā næniā appellauit.sēsus est aũt cũ lyrico carmini aptiores ioci sint pcaciter egeris o musa si lugubria potius Dionęo modulat a plæctro fueris q̃ venerea,quæ leuiorib⁹ modulis aptantur. POR.

¶Iuno & deorũ.Ordo ē,Iuno & qsqs deorũ amicior afris ĩpotēs cesserat multa tellure retulit ĩferias Iugurthæ nepotes victorũ.Est aũt sēsus,ꝙ Iuno & dij q afros tutari frustra voluerāt victorũ Romanorũ nepotes ĩ afrorum vltionē traxere.Retulit inferias.Inferiæ sũt sacra mortuorũ,quæ inferis soluũtur.similiter lib.xi.æne.ait Maro de ænea in funere Pallantis Vinxerat & post terga manus quos mitteret vmbris inferias cæso sparsuros sanguine flām̃ā.Iugurthæ hũc p cũctis africæ ĩperatoribus posuit fuit em̃ Iugurtha rex numidarũ.cũ quo populus Ro.bellũ gessit magnũ & atrox. Vir erat impigri & acris ingenij tandē a Boccho Maurorũ rege & pacis auctore insidijs captus ē. & victus Syllæ traditus & ab eo ad Marium deductus:quem vinctũ in triumpho Marius duxit.de quo latius in Epodo nono.Quis non latino.Ordo est.Quis campus pinguior latino sanguine.idest propter latinum sanguinem sepulcris non testatur ĩpia p̃lia,& Hesperiæ ruinæ sonitũ auditũ Medis Auditũ medis vbiq̃ sed ei ciuiliũ bellorũ tumultus auditi sunt ppter varia varijs locis habita prælia.Gurges.i.mare.per Tapinosin.idest humiliationē.Igna- ANT. Inferiæ.

ra.s.fuerunt.Cæsar enim in Hispania cum legatis Cn.Pomperj Petreio & afranio pugnauit: quos ad deditionem siti coegit.In Illyrico mari tribunus Vulteius cum magna manu cecidit, contra quem octauius Libo pugnauit Pomperj legatus.In africa vero Curio perijt missus a Cæsare.pugnatū ē in Epiro apud Dyrrachium:contra Pompeium tandem in Thessalia,qui victus in ægyptum fugit,vbi obtruncatus est.postea ibidem Cæsar contra Pomperj percussores acriter pugnans illos debellauit.In africa deiñ contra Cæsarē pugnarunt.Scipio qui fugiens occisus fuit ab hoste. Petreius etiam & Iuba rex Mauritaniæ victi fugerant: Iuba in sua regia magnifice epulatus Petreium orauit cædē,ille regi obsecutus est,postea sibi ipsi.Cato vbi id accepit,nam Vticam seruabat,sibi mortem consciuit.In ipso oceani ostio Varus Diusq̄ legati conflixerūt sed oceanus vtramq̄ classem naufragio perdidit.In Hispania apud mundam pugnando fugientem Cn.Pōpeium Cæsonius apud Lauronem oppidum consecutus interfecit.Cęsar in patriam victor iuectus est,postea contra Sextum Pompeium sępius augustus pugnauit & vicit De ijs aūt omnibus.L.Florus auctor est. Dauniæ cędes.i.Italæ.per synecdochen.de Daunia vero videto lib.i.in Ode.xxij.Sed ne relictis.ad musam poeta se vertit,quæ relictis iocis seria.grauia,& lugubria cecinerat presenti Ode hortaturq̄ illam secum quęrere leuiora, qualia videlicet lyricis conueniunt versibus. Procax.i.petulans,immoderata,impudēs,importuna. Cęę Neniæ.Cæa teste Pli.lib.iiij.insula est in mari ægeo,quæ tamen Cœos a græcis dicitur.Strat. etiam lib.x.scribit Cœon vnam e cycladibus esse,quæ quum quaternas contineret vrbes Tetrapolis vocitata est.Duę suo tempore erant:Carthea scilicet,& ea quam Iulidem appellant.Ex Iulide Simonides condēdorum auctor carminum duxit originem.Item Erasistratus medicus insignis,& aristo peripateticus.Cęæ Nęnię.id ait quoniam Simonides lyricus poeta ex Cęa oriundus primus Næniam instituit.idest carmē lugubre.quod mortuus dicebatur,& planctus optime descripsit.auctores acron & Porphyrio.Tullius etiā libro secundo de legibus scribit ꝙ Nęnia proprie cantus est lugubris & laus in funere honoratorū virorum.Diomedes quoque ait.Id carmen quod cum lamentatione extremum atque vltimum mortuo accanitur nęnia dicitur.Declinatur autem hæc nęnia nęniæ,vt musa musæ. vti hoc loco. Item in numero plurali hę nænia neniorum,vt lib.vi.Fast.Nęniaque in volucres falsa figurat anus. Modos. versus & modulationes Leuiore,idest lyrico non tragico vel heroico.Dionæo antro.idest venereo. Dione siquidem Veneris tertiæ mater fuisse dicitur ex Ioue,vt scribit Tullius in libro de natura deorum

(margin: Iubę mors. Petrij mors. Cæa. Cęos. Simonides. Aristo. Nænia. Dione.)

Secūda Ode Dicolos Tetrastrophos.Ad Sallustium de liberalitate & temperantia.

Nullus argento color est auaris.
Abdito terris inimice lamnę
Crispe Sallusti:nisi temperato
Splendeat vsu.

ACR. Nullus ar.co.est.a.Auarę enim terræ dicuntur, quum id in se recipiunt qđ non ampliato reddunt fœnore.Sallustium Crispum alloquitur historiographū equitem Roman.augusti amicum, liberalitatem & magnificentiam animi sui describēs Argentum autem pro pecunia abdita i thesauris dixit Sensus autem hic est.diuitiarum splendorem nullum esse nisi honeste in vsu fuerit.auaris autem recondendo crescit sola cupiditas,Vt Iuuen. Crescit amor.n.q.i.p.c.Vnde & hydropici morbo comparauit hoc vitium,q nimietate sitis & potus desyderio crescente ægritudine vel vterus augetur.Inimice lamnę.Lamnam pro infabricata & rudi materia argenti posuit,quæ obscuratur ab auaris celata,& vult intelligi Sallustium occultare diuitias.Temperato.moderato vsu,ne crederetur prohibendo auaritiam suadere luxuriam.

Nullus argento,Graphice admodū & per q̄ moraliter scribēs ad Sallustiū,quem minime auarum fuisse constat.dicit oēs argenti pulchritudinē in vsu temperato esse, nihilq́ʒ ad famā clarā efficatius liberalitate cum animi continentia & tēperātia,quā deinceps laudat.Ordo est.O Crispe sallusti inimice.i. qui inimicaris lamnę.i.laminę argenteę aut aureę,qa pecuniā vt expe ndatur q̄ vt condatur mauis,nullus color.i. nullus decor est argento abdito.i.abscōdito,terris auaris.i.more auarorū thesaurū occultātib⁹,nisi splendeat vsu tēpato.i.p tēperātiam semoto ab auaritia & ꝓdigalitate,qa vtraq́ʒ vitiosa est.

POR. Nullus argento color est auaris.Hac Ode Sallustium Crispum equitem Romanum augusti amicum alloquitur,qua liberalitatem & magnificentiā animi eius descripsit.Argentū abditū pro pecunia recondita in thesauris dixit,& est sensus.diuitiarum splēdor nullus est nisi honesta ratione fuerit in vsu. Inimice lamnæ Lamnā ꝓ rudi & īfabricata materia posuit, ꝑ qđ signat nō libēter habere absconditas & sine vsu diuitias

Argumentum Odes Secundæ.

ANTO Sallustium poeta a liberalitate & tēperantia celebrat:dicens latenti pecuniæ nullum esse splendorem honorēve aliquē,nisi quis ea tēperate vtaī.affert ad id proculei exemplum,qui erga fratres fuit liberalissimus vñ dicit illum perpetua fama notum fore.asserit itē late regnare illū solum quicunq́ʒ cupiditates seq́ʒ ipsum domuerit.facit deīceps cōparationē ab hydropico ad auarum,sicut eī hydrops bibēdo plus sitit, ita nūq̄ satiatur habendi sitis,& postremo inquit ꝙ sapiens non appellat beatum illum qui diues aut rex fuerit:sed qui sine rerum cupiditate & auaritia vixerit.Nā vt Cicero inquit,animus tuus oportet se iudicet diuitē,nō hominū sermo:neq́ʒ possessiones. Nullus argēto.Metrū ē simile Ode secundæ libri primi.Nullus argēto.Ordo est.O Crispe Sallusti inimice lāmę nullus color est argēto abdito terris auaris:nisi &c.Est aūt sēsus ꝙ latēti pecuniæ nullus inest color.i.splēdor & honor,nisi tēperate & modeste in vsu fuerit.auaris terris auare terræ dicūtur,qm̄ bona multa in eis latēt & celantur,vt thesauri & hmōi.Inimice.vocatiui casus est. mice enim trochæus est.Lānæ,& lamna & lamina indifferenter dicitur.Lamnæ,idest latæ massæ argēteæ.q̄ ipsa pecunia est.Erat aūt Sallustius pecuniæ inimicus,quoniā nō terris vti auari solēt celabat,sed impendebat potius necessarijs rebus & oportunis modeste quidē & tēperate.Tēperato vsu.nō parco vel prodigo.prodigus em̄,vt libro secundo Ethicorum ait philosophus,in erogando exuperat, in capiendo deficit.At illiberalis atq́ʒ auarus in capiendo exuperat,in erogando deficit,vnde exuperatio & defectio bonum ipsum corrumpunt:mediocritas vero conseruat.

(margin: Lamna. Prodig⁹)

Viuet extento Proculeius ęuo
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes.
Latius regnes auidum domando

ACR. Viuet extento Proculeius.ę.in perpetuū vt viuusq́ʒ per ora feretur, Proculeiū eqtē Ro.laudat amicum augusti,qui pius sic erga fratres suos Scipionē & murenā fuit,vt spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret:quod cum eis iam ante diuiserat.animi paterni. qui paternum fratribus impenderit amorem.Aget:ducet per notici

Spiritum:q̃ si Libyam remotis
Gadibus iungas:& vterq; Pœnus
Seruiat vni.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops
Nec sitim pellit/nisi causa morbi
Fugerit venis:& aquosus albo
Corpore languor.
Redditum sibi solio Pharahoten
Dissidens plebi numero beatum
Eximit virtus.populumq; falsis
Dedocet vti
Vocibus:regnum & diadema tutum
Deferens vni:propriamq; laurum:
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

¶Viuet extento Pro.Exemplo Proculeij probat liberalitatis splendorem et gloriam,subiuncturus temperantiæ contra auaritiam laudem,ac dicens.Proculeius ciuis ille Romanus beneficus et liberalis, notus: idest cognitus. in. idest erga fratres.s.suos animi paterni.idest affectionis paternæ,quia patrimonij portionem iterum illis tanq̃ filijs suis condiuisit: viuet æuo extento,idest producto. scilicet in æternum,quia fama superstes.idest semper stans,vbi mortales ceciderint,aget:idest vehet illum:s.Proculeium in ore hominum,penna.idest alis,metuente solui. idest semper duraturis et quæ non dissoluentur vt alæ Icari aut etiam auium mortalium.Tu regnes:idest quilibet regnet,latius,idest diffusius aut magnificentius,domando spiritum,idest animũ auidũ.i.auarũ,q̃ si iungas,s.imperando,Libyã Gadibus.idest vltimæ parti Hispaniæ Bethicę, in qua etiam Tyrij Erithrei apud Erithreum mare oriundi Coloniam habuere,et ita vterque Pœnus, scilicet tam Libycus q̃ Gaditanus,seruiat tibi vni,Vt vero latius commendet virtutem tẽperantiæ,damnat vitium ei oppositum dicens. Hydrops,idest hydropicus.idest intercute laborans:dirus,idest execrabilis et quasi deorum ira laborans,crescit.idest magis inflatur,indulgens sibi,idest sequens appetitum suum.quia quanto plus potat:tanto plus sitit:et quanto plus sitit tanto plus potat,et ita et morbum et appetitus auget,vnde addit,nec pellit sitim.idest appetitum bibendi,nisi causa morbi,idest aqua intercus fugerit.i.abierit venis,et languor aquosus.i. aquę plenus fugerit sup.a corpore albo.i.aquis sic distenta cute,vt alba videatur.q.d.per similitudinem,sic nec auarum impleri pecunia,nec beatum reddi nisi auaritiam expulerit,Virtus dissidẽs idest dissentiens plebi, idest opinioni populi eximit numero beatum,idest beatorum Phrahaten Parthorum regem filium Herodis,qui patrem suum trucidauerat,redditum, idest restitutum post mortem patris,solio Cyri,idest regno Persarum, in quo Cyrus maxime claruit:hoc est omnis populus prædicat Phrahaten beatum q; regnum persarum,in quod pater per ꝑricidium venerat assecutus sit præter opinionem multorum. verum virtus dissidet:idest non assentitur populo, quia vult nihil esse vtile quod non idem honestum, neminemque beatum,nisi qui bonus sit et sapiens,vnde poeta noster in epistolis.Neue putes alium sapiente bonoque beatum.Et virtus dedocet populum vti.idest docet populum ne amplius vtatur, vocibus.idest sermonibus falsis,deferens idest attribuens regnum et diadema.idest insigne regnũ præcipue Persarum :tutum,idest sine periculo possidendum,et laurum.idest lauream propriam,idest debitã vni.idest soli illi quisquis,idest quicunque spectat ingentes aceruos.s.auri et argenti aut aliarum rerum,oculo irretorto:idest non retracto ex obliquo per auariciam, Nam pertranseuntes rem placidam retorquemus oculos in eam,Cęlius antiquarum lectionum lib. iij.cap.vi. in fine:legit Phraoten et beatorum,vt absumatur syllaba vltima a vocali sequenti,dicens sic.Quia vero de Phraote facta nobis mentio est,dignum perpensione videri potest:ecquid Phraoten illum significarit Oratius car.ij.Redditum Cyri solio beatorum.&cet.quando illius restitutionem in principatum abs quo pater fuisset excussus, et viri pręterea singulares animi dotes frugalitatemque,ac in primis liberalitatem copiose exe

as omnium,Fama superstes.quibus boni facti fama perpetua sit,nec penna eius hoc est volatus ad posteros solui possit. Volare enim famam et Virgil.ponit.Fama volat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem.Latius regnes auidum.d.s.latius inquit regnes cupiditatem vincendo q̃ si per vniuersum orbem possessiones extendas.Gadibus iungas. Gades autem oppidum est in Hispania a Pœnis conditum, aut quia in ꝑte africæ , ponitur quicquid freto aut Gadibus separatur, ideoque vtrumque pœnum dixit locis diuisum, vel certe quia Carthago et in Hispania est quam Spartaciam vocant.Vterque Pœnus idest orientis et occidentis africanus:Indulgens.impendens,vt Indulgent vino et vertunt crateras ahenos Dirus hydrops. hydrops subcutaneus est morbus de vitio Vesicæ natus cum anhelitu fœtido et inflatione turgente. Est autem Hydropico proprium, Vt quanto amplius biberit,tanto amplius sitiat. Dirus. perniciosus.albo. pallenti,vt Persius. Turgidus hic epulis atque albo ventre lauatur.diffusus.n.humor omne inficit corpus.Sensus ergo est:ac si diceret,sicut sitis nisi ægritudine victa non tollitur,ita auaritia et cupiditas non satiatur nisi ante animo in sanitatem cõtinentiæ reuocato. Redditum Cyri solio Phrahaten. Cyrus qui primus regnauit in Perside.Phrahates rex Persarum Cyri filius,hic a parentibus destitutus regno pulsus est,et a Bragmanis philosophis Indorũ susceptus et educatus est.Postea regno redditus magno iustitiæ et continẽtiæ documẽto gessit imperium.alij dicunt ei ab antonio ademptum imperium.et per augustũ postea restitutum,vult ergo ostendere: nõ sicut vulgus putat beatam vitam regnum aut diuitias facere,sed sapientiam.Dissidens virtus.discrepans,nec habens aliquid cum insipientibus et plebe commune.Ordo est. virtus beatorum,idest sapientia quę non est apud plebem, dissidens, numero plebis eximit Phrahaten redditum solio Cyri.regnũ et tutum diadema deferens vni et propriã laurum,dedocetque populum vti falsis vocibus. quisquis .s. spectat ingentes aceruos irretorto oculo.Nam quasi superiora exponendo hic dicit.Eximit effert. Dedocet dedocere cupit:desuescit,aut dissuadet populum beatum dicere eum,qui diuitijs vtatur, aut certe loqui falsum propter, q; factione eiectus Phrahates regno sit.Propriamque laurum pro laurea, hoc est speciali gloria. quæ non virtuti exercitus, sed prudentis cõtinentię debetur perpetua.Irretorto:irreflexo a iustitia vel a continentia oculo ad cupiditatem, aceruos.pecuniæ cumulos.Virgi. ac velut ingentem formicæ farris aceruum Quum populant.

¶Viuet extento Proculeius &c.Proculeius eques Romanus amicus augusti rarissimæ pietatis erga fratres suos Scipionem et Murenam fuit,adeo vt bona sua cum his æquis partibus diuiserit, quia illi bello ciuili erant spoliati,Viuet ex.Pro.&c.Ecce inquit Proculeius qui liberalis in fratres suos fuit, æternã sibi ꝑ hãc pietatẽ mẽoriã parauit, et per omne æuum fama eius extẽta ẽ,per quam semper volat. Illum aget solui metuente penna Fama superstes.Sic intulit fama sũpstes poeta,quasi fama illum agat penna sua quæ ab vllo non soluitur.nam semper volat.Letius regnes auidũ domãdo spm.Latius inquit possideas,auaritiã aĩmi cõpescẽs:q̃ si ꝑ continuationem in Hispaniam a lybia possis.

POR.

fessiones extendas. Gadibus iungas. Gades oppidum in Hispania a pœnis conditum. Vterque genus ergo inquit, quia Carthaginem. ut Gades pœni condiderunt. Et aquo albo corpore languor. bella conceptione aquosus languor υδρωψ dicitur. Album autem corpus pro pallido dictum est. Redditum Cyri solio Phrahaten. Phrahates, inquit. qui in regnum Persarum restitutus est, non in numero beatorum, sicut vulgus putat. Nec enim regnum aut diuitię beatos facit. Cyri solio. regno Persarum a rege Cyro, qui in Perside regnauit. Dissidēs plebis numero beatum eximit virtus. Ordo est. Phrahaten eximit numero beatorum virtus quæ plebis inumero dissidet. hoc est quę virtus, idest sapientia non est apud plebem. Populumque falsis dedocet vti. dedocet pro dedocere cupit: idest dissuadere populo beatum dicere eum qui regnum et diuitias possideat, quia falso hoc dicitur, solummodo illum et diuitem et regem et securum esse affirmans qui diuitijs alienis non inuideat, nec eas concupiscat. Propriamque laurum, laurum pro laurea, per hoc gloriam intelligimus, propriam autem perpetuam. Oculo irretorto. hoc est oculo non inuidenti.

quitur Philostratus libro secundo. Verum discrepant non nihil tempora. et cetera. Secundum cuius verba non videtur ex imendus: sed adscribendus numero beatorum. Quocirca Bōfinis sic ordinem et sensum colligit, virtus dissidens plebi, idest a plebe dissentiens, eximit Phrahaten seu Phraoten beatum, idest qui vere beatus est, redditum solio Cyri, eximit inquam numero. idest grege, hoc est egregium censet et minime in ordinem redigit. Phrahaten. Quia tamen vero simile est talem a populo censeri beatum. et virtutem prędicat poeta dissidere a populo, Ego non abijciam ordinem et sensum a me excogitatum.

ANTO Proculeius. ¶ Proculeius. fuit is Romanus eques, et Augusti amicissimus. de quo Plutarchus scribit in Antonij vita. dicit enim ꝙ Antonius paulo antequam expiraret admonuit reginam Cleopatram vt sibi ac rebus suis consuleret, et maxime omnium qui cum Cęsare Augusto erant proculeio se crederet. Mortuo Antonio Augustus Proculeium misit, vt curaret Cleopatram viuam in eius potestatem habere posse. Demum quum illa arrepto ense voluisset sibi ipsi mortem inferre. Proculeius ensem e manibus ademit. Acron pręterea et Porphyrio dicunt hunc Proculeium ita pium erga fratres suos Scipionem et Murenam fuisse, vt spoliatis fratribus bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret, quod cum eis ante quoqꝫ diuiserat. Aget, idest ducet per ora virum. Penna metuente solui. idest alis semper volantibus ne ab aliquo soluantur, Fama autem quonam pacto pennas habeat: legito libr. ęneid. iiij. Maronis. Auidum do. spi. Difficilius enim est, Vt etiam Heraclito placet, voluptati repugnare q̄ iræ. Vt philosophus libro secundo Ethicorum inquit. Et Sallustius in Iug. ait. Sed dux atqꝫ imperator vitę mortalium animus est. Valerius quoque libro quarto inquitqꝫ animi moderatio mentes nostras impotentię et temeritatis incursu transuersas ferri non patitur, quo euenit vt repræhensionis morsu sit vacua. auidum. pecunię, s. iubet enim auaritiam fugari. Libyam. Libya africæ regio est ægypto contermina, Vt Plinius libro sexto Gadibus. In ipso capite Bethice ab ostio freti Gades īsula est longa passuum milibus. lxxv. Lata autem est passuum milibus. xij. quę tribus milibus abest a continente. habebat oppidum ciuium Romanorū, quod appellabatur augustana vrbs Iulia. sed ab eo latere quo Hispaniam spectat, insula est in longum ducentorum. M. passuum: quadraginta milium lata. In qua prius oppidum Gadium fuit: dictum Erythrea, quoniam Tyrij ab origine eorum orti ab Erythreo mari ferebantur. In hac Geryonem habitasse existimatur: cuius armenta Hercules abduxerit. auctor est Plinius libro quarto, capi. xxiij. de insulis in oceano. Vterqꝫ pœnus. Gaditanus scilicet et Carthaginensis. Pœni enim Carthaginem condiderunt, et vrbem in Gadibus quam Erithream appellarunt, quod iam superius dictū est, Vni idest tibi ipsi. Crescit. auaro hydropa comparat, nam vt Iuuenalis ait Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Ouid. item libro primo Fast. Creuerunt et opes. et opum furiosa cupido. Et quum possideant plurima plura petunt. Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda, Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquę Indulgens, idest concedens. Dirus. idest deorum ira missus. est enim morborum fere pessimus. Hydrops. intercus dicitur propriæ aqua quam gręci υδρωπα vocant, vt scribit Prisc. libro sexto. Cato autem quasi adiectiuo eo est vsus dicens. Intercutibus stupris obstinatus, pro intestinis, vt sit secundum eū hic et hęc et hoc intercus, idest qui vel quę vel quod intra cutem est, hydrops autē quod sit proprie, videto Celsū libro tertio Cyri solio. fuit Cyrus Persarum rex, qui subegit asiam, et vniuersum orientem in potestatem redegit, regnauit annis. xxx. continuo successu totius temporis admirabiliter insignis. cui tandem ab hostibus Scythis trucidato cum ducentis milibus Persarum, successit filius Cambyses. qui imperio patris ęgyptum adiecit. Scribit ea Iustinus libro primo Phrahaten. fuit is Parthorum rex Herodæ filius, qui trucidato patre regnū occupauit, contra quem sępe Mar. antonius pugnauit, vt testatur Plutarchus. scribit etiam apianus in libro Mitridatico. acron autem scribit aliquos dicere Phrahatę ab antonio ademptum fuisse imperium, et per augustum postea restitutum. Quod autem fuerit Cyri filius, vt idem ait. minime verum est, nam Cambyses Cyri filius fuit, vt diximus, et qui sibi in regno successit. Redditum Cyri solio. Fuit Cyrus persarum rex, regnauitqꝫ annis. xxx. vt diximus: subacta asia et vniuerso oriente. Ergo Parthis regnauit. Sensus autem est: ꝙ virtus et sapientia quæ a plebe discordat tollit e numero beatorum Phrahaten restitutum regno Persarum, hoc est sapiens non appellat beatum et regem illum qui regnum habet, sed qui sine inuidia et sine cupiditate pecuniarum aceruos spectat. Vnde optime inquit ille. Dilige denarium, sed parce dilige formam. Redditū cyri. Ordo est. Virtus, idest sapientia & prudentia dissidens plebi eximit e numero beatum pro beatorū Phrahaten redditū Cyri solio, e quo, s. eiectus fuerat. Et dedocet ipsa virtus. idest dissuadet populum vti falsis nominibus, deferens regnum et diadema tutum et propriā laurū. Vni, idest soli illi. Quisquis oculo irretorto spectat ingentes aceruos. Populūque falsis, idest dissuadet populo beatum dicere eum qui diues ē, et nō sapiens. Tunc igitur falsis vocibus populus vtitur: quū beatos appellat diuites et reges, quibus auaritia inest spreta virtute. idest temperantia et liberalitate, Vnde optime Horatius, idem prima epistola inquit. ad summam sapiens vno minor est Ioue, diues, liber, honoratus, pulcher, rex denique regum. Valerius libro septimo cap. ij. ait. Nec parum prudenter anaxagoras interroganti cuidam quisnā esset beatus. Nemo inquit ex his quos tu fœlices existimas. sed eum in eo numero reperies: qui a te ex miseris constare creditur: non erit ille diuitijs et honoribus abundans, sed aut exigui ruris, aut non ambitiosę doctrinæ fidelis, ac pertinax cultor in secessu q̄ in fronte beatior. Diadema tutum. idest regiam coronam. διαδεω enim nobis est corono vel cir cumligo. Propriam laurum. pro laurea. idest propria gloria, quę non aliorum vutute acquiritur, sed sua et ppria vnicuiqꝫ. Oculo irretorto. idest sine cupiditate et sine inuidia. Inuidus enim nusq̄ recta acie spectat, nisi vbi ærumnæ fuerint. tunc enim lętatur maxime, Vnde libro secundo Metamorpho. Naso ait de ipsa inuidia Pallor in ore sedet, macies in corpore toto. Nusq̄ recta acies, liuent rubigine dentes. Risus abest, nisi quem visi fecere dolores.

[Margin notes: voluptas. Ira. animus. Libya. Gades. Erithrea. Geryones. auaritiæ sitis. hydrops. Intercus. Cyrus. Cābises. Phrahates. Sapiēs. Beatus. Diadēa. Inuidia.]

III. Ode Tricolos Tetrastrophos. Ad Deliũ de temperantia & liberalitate.

Aequam memento rebus in arduis
Seruare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lętitia moriture Deli.
Seu mœstus omni tempore vixeris
Seu te remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni:
Quo pinus ingens: albaq́ populus
Vmbram hospitalem consociare amant
Ramis: & obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo:
Huc vina & vnguenta: & nimium breues
Flores amœnæ ferre iube rosę:
Dum res & ętas & sororum
Fila trium patiuntur atra.
Cedes: coemptis saltibus: & domo
Villaq́: flauus quam Tyberis lauit.
Cedes & extructis in altum
Diuitiis potietur heres
Diues ne prisco natus ab Inacho
Nil interest an pauper: & infima
De gente sub dio moreris
Victima nil miserantis orci.
Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur vrna serius ocyus
Sors exitura: & nos inęternum
Exilium impositura cymbę.

¶ Aequam memento. Vt temperantiam & liberalitatem delio amico persuadeat memoriam facit fragilitatis vitæ humanæ admonens, vt dum licet fruatur rebus lætis, quas hæredi propediem relinquere cogetur: quum mors nemini parcat. Ordo est. O Deli moriture memento seruare in rebus arduis idest difficilibus et aduersis, mentem æquam, idest non nimis demissam nec concussam sed æqualem, et memento non secus idest consimiliter seruare in rebus bonis. idest lætis, mentem temperatam, idest moderatam ab insolenti. idest nimis immodica et diffusa lætitia. Deli dico moriture. idest qui moriturus es seu vixeris mœstus omni tempore, seu bearis. idest beatum feceris (secundum Epicurum) te reclinatum in gramine remoto, scilicet a populo per dies festos, idest in quibus a negocio publico cessandum est. bearis dico nota, idest signo Falerni. s. vini. interiore. i. reconditi vini in intima parte cellæ vinariæ, aut nota interiore. idest ebibendo vsque ad signum quod est in interiore parte pateræ. iube ferre huc. idest in hunc locũ. quo. s. loco, pinus ingens et populus alba. s. in folijs interioribus, amant cõsociare. idest socialiter efficere ramis, idest p ramos suos, vmbram hospitalem, idest potanti ad tempus hospitium præbituram. et lympha, idest aqua fugax. idest assidue dilabens, laborat, idest conatur: trepidare. i. murmur vt in trepidatiõe fit excitare, riuo obliquo, idest obliquas ripas q̃ saxosæ sunt percutiente. Iube dico ferre huc, vina et vnguenta, et flores rosæ amœnę nimium breues, i. nimis parum duraturos vnde in opusculo de rosa dicit Maro. Q̃ longa vna dies ætas tam longa rosarum est. Quae pubescentes. &c. dum. i. donec: hoc est tantisper dũ res. i. facultas et ætas et fila. i. stamina sororum, idest trium parcarum, hoc est dispositiões fatales vitę humanæ: atra. i. nociua dũ rũpũtur, patiuntur. i. tibi pmittunt, qa tu cedes. i. discedes. s. a saltibus coẽptis. i. quos simul emisti, et domo et villa. i. domo in agro quã Tyberis flauus. i. subalbis aquis, lauit. i. alluit, et cedes et. i. simul ędibus vrbanis extructis

ACR. Aequam memento, id est æqualem immutabilem, habens semper moderationis propositum, idest in aduersis talis sis qualis in prosperis. Insolenti imoderate lætã siue icõsuetã, moriendũ enĩ est, seu tenax seu largus vixeris. Reclinatum in bibẽdo resupinum et soluto a curis aĩo te beatum feceris. Interiore nota. F. In interiore. n. vina reseruanda reponũtur: quibus ad vetustatis indiciũ et tẽpus cõditũ ascribitur

Quo pi. ingẽs, quę magnitudine sua amœnitatẽ potantibus p̃stat. Albaq́ populus. interiora. n. populi folia alba sũt, vt Bicolor cũ popul⁹ vmbra. Vmbrã hospitalẽ. Refugiũ propter æstum. gñaliter prestantem. Consociare. condensare et opacã facere. Trepidare. festinare. vt Ne trepidate viri. Huc, id est ad nemora et pinus instrumẽta conuiuij et voluptatum parẽtur. Breuis genitiuus est breuis autem cito trãseuntis et tpalis. vt ipse superius. Et breue lilium. Dũ res & ętas patrimoniũ et iuuẽta apta lęticię. Fila trium quæ mortẽ admoneant et minentur. Ideo et atra. Virgilius. Extremaq́ fila. laus heroice legis. Cedes coemptis. s. et. d. omnibus diuitiis et amœnitate nisi in vsu sint carendũ morte dicit, vt iuuenalis: Dum tamen a figulis munitam intrauerit vrbem Sarcophago cõtentus erit. Et Terẽtius. Dũ vixit bñ. dixit. Extructis. cõpositis. vt Qui forte tapetibus altis extructus, In altum mare iactis opibus extructis in altum ędificijs potietur. hęc est conclusio sensus, cum diuitijs vsus non fueris tuis relictis hęredes vtẽtur. Diues ne. p. n. ab Inacho. nihil interest post mortẽ vtrũ diues sis et gñosus, an pauper et humilis genere. Inachũ aũt pro nobilitate gñis posuit. Rex enim argiuorum Inachus nobilissimus fuit. a quo et fluuius, quia in ipso mortuus ẽ nomẽ accepit. vñ et Virgil. pro nobilitate. Et turno si prima domus repetat origo Inachus acriusq́ pater. et Iuue. De quocunque voles proauum tibi sumito. Sub diuo moreris. Supra enim inter diuitias et domum dixerat. ideo hic sub diuo posuit pauperis mãsionem. Nil miserantis orci., implacabilis. Virg. Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes. Cogimur. compellimur, vt Tityre coge pecus. Versatur vrna. aut vbi fatum & conditio vitæ versatur: aut vrna vbi cineres colligebantur. Vt Lucan. Num qui plenas plangemus ad vrnas. Hic autem poetice per vrnam quasi sorte ad mortem ductos rapi dixit. Vt Virgilius Quæsitor Minos vrnam mouet. Sors. ideo sortem. quia vrnam dixerat. Ordo est. Sors omnium exitura serius vel ocyus et nos impositura Cymbæ in ęternum exilium versatur. in vrna. Impositura. Cymbæ videlicet impositura est nos vt in æternum dirigat exilium. Cymbę. naui Charontis.

POR. ¶ Aequam memento rebus in arduis seruare mentem. Hæc Ode ad Q. Delium scripta est de animi æquitate: subitis bonis non esse gaudendum nec malis desperandum, Sed medium tenorem sequendum. Moriture Deli, Seu mœstus omni tempore vixeris, Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum bearis. In hoc causam ostẽdit cur ęquo animo viuendum sit, quoniam scilicet moriendũ est. Et si lasciuus et largus vixeris, seu in remoto gramine, hoc est in secessu nemoris. Reclinatũ aũt. i. resupinum, recumbentẽ, vt solent qui securiores et soluto aĩo hoc faciunt. Interiore no. fa. hoc est vetustiore, qm̃ interiores lagenæ solent esse

quę prius ſtipatæ ſunt. Quo obli. labo. lym. fu. trepi. ri. ſubaudiendum ſi ea non vtimur et eſt totũ aduerbialiter dictũ. Hunc vina et vnguẽta et nimium breues flores ferre iube roſæ. i. vbi hoſpitalẽ cõſociant pinus et populi et vbi lympha fugax obliq́ laborat trepidare riuo. Dum res et ętas et ſororum fila nunc patiuntur atra, hoc eſt dum eſt et vnde et dum per ætatẽ hæc decet facere, et dũ fata permittunt viuere quæ atra fila mortuorum tractant. Et ſororum fila trium patiuntur atra, dum fila atra ſororũ patiuntur inquit, pro eo quod eſt dũ ipſe ſorores patiũtur, hoc eſt parcæ quorum fila ſunt atra. Et extructis in altũ diuitijs potietur hęres. hoc eſt quas tu in altũ extruxeris, ac per hoc magnas amplaſque feceris. Diues ne priſco natus ab Inacho. vtrum diues inquit et generoſus ſis an pauper et ignobilis, nihil intereſt. Sub diuo moreris. ſub cælo agas, ac per hoc viuas. Omnium verſatur vrna. Poetice hoc. quaſi ſorte. ſ. ducti ad mortem. Impoſitura cymbe. ſ. qua Charon vmbras ſepultorum per acherontem in vlteriora inferorum. ſ. transfert, et hoc poetice.

in altũ, quia hæres potietur diuitijs a te partis. Nil intereſt ne. i. an tu diues natus. i. ꝓgenitus ab Inacho priſco. i. antiquiſſimo rege argiuorũ: i. generoſiſſimus an ditiſſimus et an pauper et natus de gente infima, moreris. i. habites aut maneas remoratus a morte ſub dio. i. Ioue, hoc eſt ſub cælo, exiſtẽs victia orci i. inferi ſeu Plutonis, nil miſerantis. Nos cogimur. i. ipellimur omnes eodem. i. ad eundẽ exitum, ſors omnium verſatur. ſ. in vrna fatali, exitura ſerius ocyus. i. forte ſerius et forte ocyus, vnde prudenter fingunt poetæ vitas hominum eſſe in vrna fatali, eaque verſata exire, et inde fieri, vt iuuenes moriantur non minus q̃ ſenes, vt nos admoneant cum euangelio. Vigilate vtique quia neſcitis diem neq; horam. et tamen vbi ſemel mortui ſumus non eſt pœnitentiæ locus. vnde addit, ſors exitura & impoſitura Cymbæ, ſcilicet Charontis, in exilium eternum, ideſt vnde nunq̃ redituri ſumus.

Argumentum Odes. III.

ANT. ¶ Delium hortatur ad fortitudinem et temperantiam, vt tum in aduerſis tum proſperis ſibi temperet. eadẽq́ mente et vultu conſiſtat. hinc optime Seneca. Nemo deſperet meliora lapſis, Nemo cõfidat nimiũ ſecũdis. Cumque moriturus ſit, ei conſulit vt lætiori vitę incũbat, dũ res et ętas parcęq́ etiam ſinũt. Cedet eñ relictis agris domo et villa. Nec aliquid intereſt diues ne ac nobilis, an pauper et infimus natus fuerit, omnes quippe ſerius aut citius Charontis cymbam adibimus, Ode eſt ſimilis nonę lib. i. Aequam memento. Ordo eſt. Memẽto rebus in arduis. i. aduerſis ſeruare mẽtẽ æquã. i. eãdẽ et imutabilẽ. Non ſecus in bonis. i. proſperis ſeruare temperatã ab inſolenti lętitia. O Deli moriture. Ab inſolenti tẽperatã lętitia. Cicero lib. i. offi. docet quõ fortis animus et magnus maxime cernitur, ſi nulli neq; homini neq; pturbatiõi animi nec fortunę ſuccumbat. Intẽperantia q̃q; vt idẽ ait, verecũdia et quaſi qdã ornatus vitæ oiſq́ ſedatio perturbationũ animi et rerũ modus cernitur. et lib. iiij. Tuſc. inquit. q̃admodũ tẽperantia ſedat appetitiones, efficit vt hæ recte rationi pareant: ſic huic inimica intẽperãtia oẽm animi ſtatum inflãmat cõturbat incitat. Inſolenti lætitia. imoderata vel nimia. Cicero eñ lib. iiij. Tuſc. ait. atq; vt cõfidere decet, timere non decet: ſic gdẽ gaudere decet lętari nõ decet. Prius ẽt dixerat. Nã quũ rõne animus mouetur placide atq; cõſtãter, tũ illud gaudiũ dr̃, quũ aũt et inaniter et effuſe animus exultat, tũ illa letitia geſtiẽtis vel nimia dici põt, quã ita definiũt. ſñ rõne animi elationẽ, habet, n. ꝓfuſã hilaritatẽ. Seu mœſtus vixeris. Sẽſus ẽ, ꝙ vel mœſtus vel letus vixeris, moriturus es oino. ſeu te. Ordo eſt. Seu interiore nota Falerni bearis te reclinatũ in remoto gramine per dies feſtos. Interiore nota Falerni. i. ſecretiore vini optimi cado ſignato, puo videlicet tpe qbus ve cõſulibus illud ſeruatũ fuerit. Hoſpitalẽ hoſpitio aptã, Trepidare. ſ. feſtinare. Dũ res. i. ipſa rerũ copia, et patrimoniũ, Sororũ triũ, Parcas intelligit, de quibus late in carmine de floribus diximus et alibi, hæ aũt dicũtur habere manibus candida fila et nigra. Candida felicitatem, nigra vero infelicitatem ſignificant, Papinius, Iamq́ dies aderat parcarum conditus albo Vellere. Ouidius item in Ibin. Dixerat, Clotho iuſſit promiſſa valere. Neuit et infeſta ſtamina pulla manu. Cedes, migrabis inquit a tuis bonis, Fila atra quæ. ſ. mortis admonent, et minãtur ideo atra inquit. Diues ne priſco, Ordo eſt. Nil intereſt an diues natus. ſ. fueris a priſco Inacho, an paupꝛ et de gente infima. Moreris. ideſt habites ſub dio. i. ſub aere et ſine domo. Victima. ſ. eris nil miſerantis orci Priſco Inacho, Inachus apud argos primus regnauit annis. l. regnãte apud Hebræos Iacob Iſaac filio. Anno mundi. MMM. CCXL. Auctor eſt Euſebius. Omnes eodem. Ouidius quoq; in Meta. inquit. Serius aut citius ſedem properamus ad vnam. Omnium verſatur vrna. Ordo eſt. In vrna verſatur omnium ſors ſerius ocyus exitura et impoſitura nos Cymbæ in æternum exilium, In æternum. vltima ſyllaba abundat, ergo cum ſequenti dictione alterius verſus ſcandetur.

Tempe-rantia. Intempe-rantia. Gaudere Lætari. Gaudiũ. Lætitia. Parcarũ ſtamina. Inachus.

ACR. NE ſit ancillæ tibi a pu, aſſerit hac Ode ancillæ amorem domino erubeſcendum non eſſe, et ducum ponit exempla: quibus turpitudini datum non ſit in amorem trahi forma captiuarum. Inſolentem factorum ſuorum et victoriæ ſuperbia elatum, vt ipſe ſuperius. Exercitus inſolens Serua, bello ancilla, Vt Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ. Niueo colore. digna amoris pulchritudine. Vt Et erat tum dignus amari. Mouit Aiacem Thela. innata enim voluptate animus mouetur. et proprie motus libidinis eſt, Thelamone. ideo Thelamone natum. quia fuit alius Oilei, de quo Virg. Et furias aiacis oilei, Forma. ſpecialiter forma ꝓ pulchritudine ponitᷣ vt Formæ cõſcia cõiũx. Medio in triumpho aut in medio belli tempore, aut in medio ipſo bello, vacuum illi fuiſſe etiam in periculis amare: quod tamen poſuit quum animus ſpe triumphi ad alium amorem incendi nõ poſſet. Virgine rapta. aut Briſeidem dicit: aut Chryſeidem ſacerdotis filiam, ſed magis caſſandra intelligitur, que habuit ſorte agamennonem dominum. Theſſalo victore potuit intelligi Pyrrho, qui excidio interfuit Troiæ. ſed quia ſubdidit ademptus Hector achillem ſignificat fuiſſe. Feſſis. ſ. bello lon-

IIII. Ode Dicolos Tetraſtrophos. Ad Phoceum de amore ancillę.

NE ſit ancillę tibi amor pudori
Xanthię Phoceu: prius inſolentem
Serua Briſeis niueo colore
Mouit Achillem.
Mouit Aiacem Thelamone natum
Forma captiuę dominum Tegmeſſę.
Arſit Atrides medio in triumpho
Virgine rapta:
Barbaræ poſtquam cecidere turmæ
Theſſalo victore: & ademptus Hector
Tradidit feſſis leuiora tolli
Pergama Graiis.
Neſcias an te generum beati
Phyllidis flauæ decorent parentes:
Regium certe genus & penates

Mœret iniquos
Credenpn illam tibi de ſceleſta
Plebe dilectam:neq; ſic fidelem:
Sic lucro auerſam:potuiſſe naſci
Matre pudenda.
Brachia & vultum tereteſq; ſuras
Integer laudo:fuge ſuſpicari.
Cuius octauum trepidauit ętas.
Claudere luſtrum.

¶Ne ſit an. Cõmendat Phoceo amico Phyllida ancillã, eiuſque amorem, cuius ne eum pudeat, exẽplis probat ancillas etiã principibus viris dilectas fuiſſe, et ſi Phoceus dicat eas ꝓgenie regali ortas, dicit Phyllidos mores ingenuos et lepidum corpus argumento eſſe illam non illiberalibus ortam parentibus. at ne eius amore captum ſuſpicetur, dicit ſe integrum et incorruptum laudare: nec amoribus irretitum, quum ſit quadragenarius, atque ita frigidus in Venerem ſenior. Ordo autem eſt, O Phoceu ne amor ancillę Xanthię, ideſt Troianę ſit tibi pudori, Briſeis ancilla et amica achillis, ſęua, ideſt imperioſa. ad nutum ſuum hominem regens mouit. ideſt affecit amore ſui, colore niueo. ideſt propter nitorem formę. achillem prius inſolentem, ſed eius amore domitum, aut dicamus mouit priꝰ achillem inſolentem. ideſt q̃uis inſolentem et arrogantem atq̃ indomitum, Forma, i. ſpecies & formoſitas Tegmeſſę captiuę mouit aiacem natum Thelamone, qui tamen fortior q̃ Oileo natus dicitur, dominum. i. q̃uis dñm ſuũ. atrides. ſ. agamemnon, arſit. ſ. incendio amoris impatiẽtis: in medio triumpho. i. in ipſa victoria, et hoc virgine. ſ. Caſſandra rapta, poſtq̃ turmę barbaræ. i. barbarorũ, qui Troianis auxilio venerant, quod potius dicã: q̃ vt de ipſis Troianis intelligã ꝓpter Romanorũ originẽ, cecidere. i. fuſę et ſtrate ſunt, Theſſalo. ſ. achille victore, et Hector adẽptus. i. ablatus opera achillis a quo interfectꝰ erat, tradidit. ſ. ꝑ ſuã abſẽtiã: Pergama. i. mœnia Troiana tolli. i. diripi leuiora. i. leuius et facilius, graiis feſſis. ſ. decẽnali bello. Vnde æneidos. ii. Fracti bello, fatiſq; repulſi Ductores Danaũ tot iam labentibus annis. Tu neſcias. i. neſcire poſſis cognitis moribus et ſuſpiriis eius, an parentes Phyllidis flauæ, ideſt flaui coloris ſaltem in capillis, beati, ideſt diuites et potentes, decorent, ideſt illuſtrent et ornent, te generum. ſ. ſuum. quia filię maritũ: certe ipſa mœret. ideſt tacite deflet genus regium, vnde ſe ortam dicit, et penates iniquos, vel impares dii victorũ vel iniuſtos, q; familiam ſuam non ſeruauerint. Crede illam dilectam tibi non de ſceleſta plebe, Neque ſic fidelem tibi, et ſic aduerſam, ideſt alienam a lucro, potuiſſe naſci matre pudẽda: ideſt turpi. Vnde dicit Iuuena. Saty. vi. Scilicet expectas. vt tradat mater honeſtos aut alios mores q̃ quos habet, vtile porro Filiolam turpi vetulæ producere turpem. Ego laudo integer, ideſt incorruptus amore eius, brachia et vultum et ſuras. ideſt poſteriores partes crurum, teretes. i. cũ lõgitudĩe rotundas, fuge ſuſpicari: i. habere ſuſpitionẽ, ſ. de illo. hoc eſt de me vetulo, vtpote cuius ętas trepidauit. i. feſtinauit, claudere: ideſt perficere octauum luſtrum. i. quadrageſimum annum.

go, veluti morte Hectoris Troia ſit tradita. Leuiora, imbecilliora: vt Decimũ quos diſtulit Hector in annũ. Beati, beatos nobiles dixit neq. n. beati eſſe poterãt, quorũ erat filia captiua. Phyllidis flauæ: Phyllis. n. capta fuit. Mœret q; nihil ei ꝓfuerit vt ſeruitutem vitaret, triſtis recordatione ſui gñis. vt qualis populea mœret Philomena ſub vmbra. Auerſã. Abhorrentẽ fraudẽ et pecuniã, vt Auerſa deę mens, et Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat, vt parẽtũ merita ex habitu et moribus colligat: vt Virg. Quã ſeſe ore ferens quẽ forti pectore et armis. Pudenda. erubeſcẽda, iteger caſtus, et quia aut ſecurus pulchritudinem laudat corporis, quia animi ante laudauit: aut certe de quo iam etiam ętas nihil obſcœnum faceret ſuſpicare. Cuius octauum, quadraginta annos dixit. quadragenarium ei voluit ſignificare, vt Virg. Veniet luſtris labentibus ætas. Trepidauit feſtinauit, vt Ne trepidate viri. POR.

¶Ne ſit ancillæ tibi amor pudori. ad Xanthium Phoceum hæc Ode dicitur de amore Phyllidis: non eſſe domino ancillę affectũ erubeſcẽdũ. Prius inſolentem Serua Briſeis niueo colore Mouit achillem, inſolẽtem hic ſuperbum, arrogantem accipe, alioqui inſolens crudelis dicitur, ſuperbiæ autẽ achillis Virg. quoque meminit quum de Pyrrho filio eius loquitur ita. Stirpis achilleæ faſtus. Arſit atrides medio in triumpho Virgine rapta. medio in triumpho. ideſt in ipſa victoria capta Troia quæſita. Barbaræ poſtq̃ cecidere turmæ Theſſalo victore. poterat accipi Neoptolemus: qui interfuit excidio Troiæ. Sed quum ſubiiciat, & adẽptus Hector, ad achillem reuocauit omnem excidii Troie caſum. Leuiora tolli Pergama graiis leuiora, ſcilicet facta Pergama, ideſt imbecilliora extincto Hectore. Neſcias an te generum beati Phyllidis flauæ decorent parentes. poſſe autem fieri ait q; et hęc regii generis ſit. Vnde intelligere debemus Phyllidẽ captiuam eſſe. ſic enim ſe habent et hęc que ſubiiciuntur. Regium certe genus et penates, Brachia et vultus tereteſq; ſuras. elegãter quum puellę pulchritudinem laudaret, ne ſuſpectus haberetur in amorem eius, adiecit, Integer laudo fuge ſuſpicari, cuius octauum trepidauit ętas claudere luſtrum. Aetas. quadraginta ętatis annos ſe exceſſiſſe oſtendit. Octo. n. luſtra octo quinquennia, quadraginta annos. ſcilicet claudunt. Quæ ætas videtur iam amori eſſe aliena.

Argumentum Odes. IIII.

¶Erat Phoceo Phyllis ancilla, quam certe amore proſequebatur. ait poeta id ipſi nulli eſſe dedecori. achilles enim Briſeida, Aiax Tegmeſſam, Agamemnon Caſſandrã captiuas etiam et ancillas adamarunt. Probat inde Phyllida quoque regiũ genus vti illas habuiſſe, moribus & forma nobilẽ: q̃ omnia decori amatoribus potius q̃ dedecori poſſũt accedere. Eſt aũt Ode ſimilis ſcdę. Xãthię. i. Troianę ſeu phrygię ac barbarę, Inſolẽtẽ, ſupbũ, iracũdũ, arrogãtẽ. de moribus aũt achillis dictũ ẽ latius li. i. ibi. Pelidę ſtomachũ, Refert ẽt plura Homerus li. xxiiii. Iliad. Serua. Briſeis. Ea qdẽ ab achille rapta fuit ex Lyrneſſo regia Minetis. Ex theba vero Ectionis patria andromaches capta fuit Chriſeis, q̃ ſane agamẽnoni cõtigit. ambę aũt hę vrbes in eo campo erãt, qui poſtea Thebanus campus eſt appellatus, is propter fertilitatem prius a Myſiis ac Lydis, poſtea ab grecis infeſtatus eſt. Erat autẽ in Cilicia, nã Cilices in duos diuiſi erãt principatus, alterum Ectionis, alterũ Minetis. erãt q; iſta oppida Leſbo oppoſita: quibus omnibus Priamus imperabat, quod achillis verba manifeſte declarãt vbi ait, ante tuas noramus opes, ſpatioſaq; regna, Quę felix pariter Leſbos complectitur: et quæ Cõphẽdit phrygiæ tellus, ac Helleſpõtus. Tunc quidem hæc erant, poſtea varię mutationes ſunt conſecute Tota aũt ora ſub Troianis in nouem principatus diuiſa erat, et ſub Priamo in bello Troiano cõſtituta, et Troia appellata. hęc oĩa ex Strabo. li. xiii. Tegmeſſę. de hac itẽ Oui. li. iii. de arte meminit his v̈bis. odimus et mœſtas, Tegmeſſam diligat aiax. Nos hilarẽ populũ fœmina læta capit. et c. atrides. i. agamẽnon. cui diruto Ilio Caſſãdra virgo et Priami filia ſorte obtigit, quæ etiã ſibi quę fata ſeruarẽtur a cõiuge ꝑdixit, quod Seneca in tragœdia agamẽnonis teſtatur latiſſime. Medio in triũpho. i. in ipſa victoria. Barbare. i. Troianæ. Theſſalo victore. i. achille. Is enĩ Theſſalus fuit. Virgi. Et Lariſſæus achilles. Lariſſa et Phthia egregia erant oppida in Theſſalia: vt ſcribit Solinus. Et ademptus Hector. Ordo eſt, et Hector ademptus tradidit Pergama leuiora tolli a feſſis graiis. Vnde et Maro ait. Decimũ quos diſtulit Hector in annũ. Neſcias an, potuiſſet phoceus rũdere poetæ, nõ mirum eſſe q; Achilles Briſeida, Tegmeſſam Aiax, Agamennon Caſſandram capti-

ANT. Briſeis chryſeis. Cilices. Priami regna. Troia. tegmeſſa. Lariſſa Phthia.

tuas & ancillas arferint. Illę enim regum filiæ fuerāt. Suam vero Phyllida humilē esse. Hinc ait poeta illam merere regium genus: moresq; generosos habere, vt similem illis ostendat. Beati. i. diuites, vti fuere pdictarum parentes. Penates. q̄ sunt omnes dij. qui domi coluntur, vt seruius inquit lib. ij. ęnei. qđ etiā Tullius ꝓ Sylla ostendere videtur his verbis: q̄obrē vos dij patrij ac penates, qui huic vrbi, atq; huic imperio pręsidetis. &c. Mac. etiā lib. ij. Sat. docet penates esse per quos pen itus spiramus, per quos habemus corpus: per quos ratione animi possidemus. Esse autem medium ętherea Iouem, Iunonem vero imū aera cum terra. & Mineruā sūmū ętheris cacumen. Lucro auersā. i. ab lucro abhorrentē, non eī donis ad libidinem allici poterat. Pudenda. i. turpissima. Teretes, non crassas verum in longitudine rotundas, hinc laudabiles. Integer. non corruptus libidine aliqua. Potuisset phoceus poetę dicere. Tu meā Phyllida ardes: hīc eā laudas. poeta igitur tacitę obiectioni ita respōdit. Suspicari. de illo. i. meipso. Trepidauit. i. festinauit. Octauum lustrum idest quinquennium: hoc est annos quadraginta, quos quidem ab amore alienos esse decet.

Penates.

V. Ode Tricolos Tetrastrophos. Non tentandas puellas innubiles.

Nondum subacta ferre iugum valet
Ceruice: nondum munia comparis
Aequare: nec tauri ruentis.
In Venerem tolerare pondus.
Circa virentis est animus tuę
Campos iuuentę: nunc fluuiis grauem
Solantis ęstum. nunc in vdo
Ludere cum vitulis salicto
Pręgestientis. tolle cupidinem
Immitis vuę. iam tibi liuidos
Distinguet autumnus racemos
Purpureo varius colore,
Iam te sequetur. curret enim ferox
Aetas. & illi quos tibi dempserit
Apponet annos: iam proterua
Fronte petet Lalage maritum.
Dilecta quantum non Pholoe fugax:
Non Chloris albo sic humero nitens.
Vt pura nocturno renidet
Luna mari. Gnidiusq; Gyges,
Quem si puellarum insereres choro.
Mire sagaces falleret hospites
Discrimen obscurum solutis
Crinibus ambiguoq; vultu.

ACR. Nondum subacta ferre iugum valet Incertum est quem alloquatur hac Ode, vtrum amicorum aliquem, an seipsum, ait tamen vt reuocet intemperatam mentem a cupiditate & a desiderio virginis immaturę. quam comparat per allegoriam iuuencę, & a translatione incipit dicendo iugum eam cōiūctionis ferre non posse, nec tauri tolerare pōdus, vt designatiōe pecudis īhabilē mōstret viro: significās eam ita nullo adhuc calore ętatis sollicitari, vt soli esset ludo dedita. Munia. obsequia, lege debita. quod vult intelligi de implendo vxoris officio. æquare. pari affectu ferre, vt ęquatque Sicheus amorem. Circa virentis. circa ludos tantum, non adhuc nubilem cōpensare sapit ętatem. Solantis. recreantis. vt Virgil. Pasiphaen niuei solatur amore iuuenci, Ordo est, nunc est animus tuę iuuencę solantis grauē ęstum fluuijs circa virētis campos, nunc est animus tuę iuuencę ludere cum vitulis in vdo salicto. Pręgestientis properantis, crescentis. Immitis vuæ. quia omnes vuæ donec sunt liuidæ semper non sunt maturę, sed autūnus distinguet dū incipient maturescere, Distīguet autūnus, per autumni tēpus vindemię ad colligēdū apte per translationē maturitatē expectādā demōstrat ętatis, Iā te sequetur. nō ē lōgū expectare aptā puellę ętatē ad consētiēdū faciliorem. Currret. n. ferox ætas. adolescentia aūt prona & labilis est in multis, ideo ferox dixit. aut quæ ferre valet virum. Apponet annos pro viribus et ętatis flore dixit annos qā iā per seniū minuerentur, illi augerentur Pholoe fugax. noīa ꝓ exēplo posuit. quę dū aū viros vitassent, postea obscœnarū vitā elegere mulierum. Vt pura. habens in sereno integrū lumen. vt Virg. Splendet tremulo sub lumine pontus, Gnidiusq; Gyges. nomen pueri pulchri de Gnido insula Veneri dedicata, vt ipse superius. O Venus regina Gnidi Paphiq;, huius pueri formā laudat in carmine suo. Falleret hospites. aduenas: quia sexum ex similitudine non nossent.

POR. Nondū subacta ferre iugū valet ceruicæ Hac Ode allegoricos cum eo agit, qui inhabilem adhuc viro puellam persequtur, q̄ lusus magis q̄ rerum venerearū cupida sit, Nōdū munia comparis ęquare: eleganter, quia de iugo ferendo loquitur. quod de coniugio intelligi vult. Nūc fluuijs graue solātis æstum qđ significat refrigerātis Solari æstū ꝓ refrigerare gratissime dr̄. Nunc in vdo ludere cum vitulis. dicendo vitulis intelligi vult cū pueris. Tolle cupidinem immitis vuæ. Transit in allegoriam immaturæ vuæ, comparans viriditatem adhuc puellæ virginitati. Distinguet Autumnus racemos, hoc est nigriorem maturitatis variabit, Videmus enim racemos quum primum nigrescere incipiunt, non omnes simul ac vuas colorari. Curret. n. ferox ætas, & illi quos tibi dempserit apponet annos. Hic pro viribus ac flore ætatis accipe. Sic enim se ha-

Nondum subacta ferre iugum. Hac Ode disertissima poeta noster amicum, quem quia inhonestum est, non nominat, monet designat puellas immaturas sectari, dicens per allegoriam, Iuuenca tua. idest puella quam sectaris, nondum valet ferre iugum: idest pondus virile: ceruice nondum subacta, id est nondum domita (bis enim dicetur nondum) hoc est matura nondum ad Venerem apta. Nondum valet æquare: idest ex æquo prestare munia, idest officia comparis. scilicet tauri hoc est viri, nec valet tolerare pondus tauri ruentis in Venerē idest viri volētis coire, hoc est tuū impetū. Circa virentis. persistit in allegoria & metaphora ab iuuenca sumpta, dicens. animus tuæ iuuecæ. idest iuuenculæ quam sectaris, est circa campos virentis. hoc est cum puellis æqualibus versari cupit, iuuēcæ dico solantis nunc, idest aliquando, fluuijs: idest aquis fluentibus, æstū grauem, idest dulcibus colloquijs ęqualium puellares curas. & prægestientis. idest nimis cupientis. nūc. i. aliquādo: ludere cum vitulis. idest coęuis pueris, non cum tauro, id ē viro impetuoso, in salicto. idest in loco vbi salices crescunt, vdo, idest aquoso, quia is fere humidus & aquosus est. Tolle idest amoue cupidinem, idest appetitum aut cupiditatem vuę idest puellę, & est alia metaphora, immitis. i. nōdum maturæ, iam. idest propediem, quia cito maturescunt puellę: autumnus varius, idest afferens varias vuas maturas distinguet, idest discernet tibi. racemos liuidos. idest vuas adhuc liuentes & plumbeum colorem habentes, idest nondum plene maturas: colore purpureo, idest a vere maturis, hoc est si paulum expectare poteris, quæ nunc est liuida vua fiet purpurea, idest iu-

uencula vix pubescere incipiens viripotens fiet. Ipsa quę te fugit modo: sequetur te iam scilicet matura viro. enim pro quia: ætas ferox. i. robusta & animosa: aut quē tūc erit indomita sub primo furore amorum: curret. i. festinanter adueniet: & apponet illi annos. s. aduenientes & ad Venerem aptos: quos dempserit tibi: quia ad medium vsq; ætatis dicuntur anni venire & apponi: & post medium recedere & demi. Vnde dicit in arte Multa ferunt anni venientes commoda secum: Multa recedētes adimunt. Iam Lalage: exponit allegoriam. i. iuuencula quā tu sectaris: petet maritū. i. commercium viri: fronte proterua: aut quia matri neganti inimica: aut quia ob formositatem superba: dilecta. s. ab omnibus tātum: quantum. s. nō est dilecta Pholoe puella illa fugax. s. ab amatoribus qui nimis frequētes sunt: & nitens vt luna renidet. i. resplēdet pura: mari nocturno. i. dū effunditur per mare tempore nocturno: sic vt Chloris non est nitens id est plus quam Chloris formosa illa puella est nitens: albo humero: & nitēs vt Gyges puer Gnidius. i. venereus aut venustus: vt quem Venus regina Gnidi omnibus gratijs decorarit: quem puerum situ insereres choro puellarum, discrimen obscurum idest differentia difficilis cognitu: crinibus solutis & vultu ambiguo. i. dubio an maris an fœmellæ: falleret hospites idest aduenas qui eum in forma & vestitu virili non nouerant mire, idest licet mire: sagaces idest rem latentem sagiētes & quadam sagacitate olfacientes.

bet sensus. quantum tibi vrgente iam iuuentute virium decerpserit tantum nunc illi cura maxima florescenti accedet. Non Pholoe fugax. Quæ viros fugeret. Albo sic. humero nitens pro candido. Dilecta quantum non Pholoe fugax: non Chloris. dilecta generaliter accipe: a quocūq; qui eam viderit dilecta & vtiq; propter pulchritudinem quam ī eo predicat preferendo Chloridi & Pholoe: quas æque pulcherrimas fuisse ītelligendū. Gnidiusq; Gyges. de huius pueri pulchritudine etiam Ouidi⁹ locutus est. Mire sagaces falleret hospites discrimen obscurum solutis crinibus ambiguoq; vultu. suauiter hic hospites pro ignotis dicit. hoc ē qui ipsum puerum non nossent. Sic enim falli possint obscuro sexus discrimine: & ambiguo vultu. Sagaces. quamuis sagaces. Discrimen obscurum solutis crinibus ambiguoq; vultu. obscurum discrimen: sexus. s. obscurabat autem per crines solutos.

Argumentum Odes. V.

¶ Sectanti Lalagē puellam pulcherrimam sed innubilem viroq; immaturam Horati⁹ scribit: illam iuuencæ comparans nōdum valenti venerei tauri sufferre pondus. Consulit igitur illius citam adolescentiam expectare velit. Tunc enim proterua impudētiq; fronte virum vltro appetet. Crederem attamen sibi ipsi potius id dicere. Superius enim de Lalage inquit q; vbicunq; fuerit illam semper amabit. Nondum subacta. Ode est similis. ix. lib. i. Est autem ordo. Animus tuæ iuuencæ est circa virentis campos nunc solantis grauem æstum fluuijs: nunc prægestientis ludere cum vitulis in vdo salicto: nondum valet subacta ceruice ferre iugum: nondum valet æquare munia comparis: nec valet tolerare pondus tauri ruentis in Venerem. Subacta idest supposita vel attrita. Iugū. allegoricos coniugium accipit. Valet. tua ipsa iuuenca Munia. officia venerea. Comparis. i. viri sibi adhęrentis. Tauri. viri. perstat enim in allegoria. Iuuencæ. id est puellæ. Solantis & recreantis. Cum vitulis idest cū pueris. Prægestientis. desiderantis & exultantis. Immitis vuæ, id est immaturæ puellæ. Distinguet. diuidet: variabit. Autumnus ab augeo dicitur: q; tunc maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus vt Festus ait. Incipit autem. vij. Idus sextilis: habetq; dies nonagintaunum. Auctor est Var. lib. i. de re rust. Racemos. est racemus botryonis pars: vt Ser. docet lib. iij. Geor. Purpureo colore. i. nigrāti rosæ similis. Pli. enim lib. ix. scribit: q; purpurę pisces florem illum tingendis expetitum vestibus in meatibus habent faucibus. Liquoris hic minimi est in candida vena: vnde preciosus ille bibitur nigrantis rosæ colore sublucens: reliquū corpus sterile. Ferox. robustior. Aetas adolescentia. Proterua. impudenti. Dilecta. ab omnibus scilicet tantū. Pholoe. de hac lib. i. Ode vero. xxxiij. etiam dicit. Cyrus in asperam declinat Pholoen. Sed prius appulis iungentur capreæ lupis. Quam turpi Pholoe peccet adultero. Chloris. formosæ puellæ nomen. χλωρὸς autem viridis dicitur. Gnidius Gyges. Gnidium appellat: quoniam in Gnido vrbe Cariæ colebatur Venus: q oim elegantiarum domina esse dicitur. Meminit Tullius lib. iij. offi. de altero Gyge: qui anuli cuiusdam beneficio stuprum intulit reginæ Lydorum: eaq; adiutrice regem dominum interemit: & rex effectus est Lydiæ. Sagaces. Sagire est acute sentire: inde sagaces dicti canes. is igitur qui ante sagit quam oblata res est, dicitur præsagire idest futura ante sentire. Auctor est Cicero li. i. de diuinatione. Et Festus inquit. Sagax acutus & solers. i. in omni re prudens. Hospites: peregrinos: quibus scilicet antea non cognitus esset. Discrimen obscurū idest incognita differentia. Virgil. lib. vi. Vel quo discrimine ripas Hæ linquunt, Solutis crinibus. intonsi crines & ambiguus Gygis vultus obscurum discrimen sexus reddebant. Ambiguo. an scilicet puellæ, an pueri eēt.

ANTQ Autūn⁹. Racem⁹. Purpura Chloris. Cyges. Sagire. Sagaces.

VI. Ode Dicolos Tetrastrophos. Ad Septimium: de Tybure & Tarento.

Septimi Gades aditure mecum: &
Cantabrū indoctū iuga ferre nostra: &
Barbaras Syrtes: vbi Maura semper
Aestuat vnda:
Tybur Argęo positum colono
Sit meæ sedes vtinam senectę:
Sit modus lasso maris & viarum
Militiæq;.
Vnde si parcę prohibent iniquæ:
Dulce pellitis ouibus Galesi
Flumen: & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi præter omnis
Angulus ridet: vbi non Hymero
Mella decedunt: viridiq; certat
Bacca Venafro.
Ver vbi longum: tepidasq; præbet

Septimi. Septimium equitem Romanū amicum & commilitonem suum hac Ode alloquitur: cui se tanta gratię necessitudine fatetur astrictum: vt si velit, ad vltimas mundi nationes ire se cum eo promittat posse. hortatur tamen vt loca gratissima, sibi eligat Tyburis & Tarenti: quorum & amœnitatem laudat. Gades. insulę sunt Hispanię in vltimā partem oceani. Cātabrum. Cantabri gens hispanię, siue Gallię: necdum a Ro. victa. de qua Luca. Si tibi durus Iber; vel si tibi terga dedisset Cantaber. hanc Augustus postea superauit. Barbaras, inhospitales, propter incertum maris. Syrtes. loca sunt habitatione remota. Virg. Et numidæ infreni cingūt: & inhospita Syrtis Vbi Maura semper propter Africanam addidit Maura, quia vtraq; Libya dicitur. Sit modus. modum finem dixit laborum, vt eadem domo & senectam ageret: & vitam finiret. Galesi. Galesus fluuius est iuxta Tarentum, vbi pro pasturę copia vel dulcedine maiores ouibus lanę sunt. de quo Virgil. Qua niger humectat flauentia culta Galesus. Vnde. a quo. i. a Tybure. Regnata. participium est sine verbi substantia. vt Virgil. Thraces arant acri quondam regnata Ly-

ACR. Galesus.

Juppiter brumas: & amicus Aulon
Fertilis Baccho minimum Falernis
Inuidet vuis.
Ille te mecum locus & beatæ
Postulant arces. ibi tu calentem
Debita sparges lachryma fauillam
Vatis amici.

¶Septimi Ga. Septimium amicum, de quo confidit ꝙ secum in remotissimas & difficillimas oras proficisci velit, precatur vt secum Tybur petat: aut si id non detur, Tarentū, oppida amœnissima: in qbus vbi reliquum ætatis degerit poeta: rogat vt ab eo optata donetur sepultura. Ordo est. O Septimi amice aditure mecum: i. qui adire mecum velis si opus sit. vnde hic qualitatem non tempus notat. Gades idest insulam illam ī vltimis Hispaniæ oris: & Cantabrum scilicet populum Hispaniæ: indoctum idest adhuc insuetum: ferre id est pati: nostra iuga idest imperia dura: & syrtes barbaras idest barbarorum: vbi vnda Maura idest Mauritanica, æstuat semper: vtinam Tybur positum idest: conditum: a colono Argeo idest Argiuo scilicet Tyburto: sit sedes meæ senectæ, q.d. non te vocem ad Hispanos aut Mauros. & sit modus. i. finis: maris. i. nauigationis: & viarum. i. itinerum: & militiæ. i. belli: mihi lasso. i. fatigato, vnde. i. a quo. s. Tybure: si Parcę iniquæ. i. nō fauorabiles deę prohibēt. i. arcent me: ego petam flumen Galesi: illius fluuij iuxta Tarētum: dulce ouibus pellitis. i. pelles eximias habētibus: quas Romanicas vulgus vocat: & petam rura regnata. i. recta Phalāto. s. duci Laconi. i. Laconico. Ille angulus ridet. i. amœnus videtur mihi: pręter. i. supra om̄is. s. angulos terrarum. vbi mella nō decedūt. i. non deorsum cedunt tanq̄ inferioris dignitatis: Hymeto. i. melli Hymetio: & bacca. s. oliuę: certat. i. cōtendit de dignitate: Venafro. s. monti: viridi. s. oleis. Ver. vbi. Ordo est. vbi. i. in quo angulo Tarentino: ver. i. verna temperies est sup. lōgum. i. diu: & Iuppiter. i. aer. prębet brumas. i. brumales dies: tepidas. i. minus frigidos. & Aulon locus ille Tarentinus: fertilis. i. fœcundus, & amicus. i. fauorabilis aut dilectus Baccho: inuidet minimum. i. valde parū: quia parū vincitur: vuis Falernis. i. in Falerno monte Campanię nasci solitis. O Septimi ille locus & beatæ arces subaudi illę. s. iā dictę, postulāt te mecū. tu sparges ibi. i. in illis mōtibus: fauillam. i. flammulā reliquam, cū cadauer vret̄ amici vatis: hoc est meū qui tibi amicus sum, calētē idest recenter vstam. sparges dicit lachryma debita pro officio amicitię.

Hymetꝰ curgo. Phalanto. Phalantus Lacedęmonius fuit, eiectus patria hac culpa: ꝙ absentibus Lacedæmonijs filię eorū ex seruis grauidate edideāt. postea reuersi patres tali culpa genitos expulerunt: quorum dux Phalantus fuit: qui tarētinā condidit ciuitatem: vt fertur: octauus ab hercule. Ille terrarum. Ordo est. Ille angulus ridet mihi pter om̄es supple angulos terrarum. ꝓ loco autem angulum posuit. Ridet. lętus est. vt Virg. Mixtaq; ridēti colocasia fundet acātho. & Oīa nunc rident. Vbi non Hymeto. Hymetus mons est Atticę regionis melle abundans. laudat autem Apuliam & Calabriam prouincias: in qua & Tarentum situm est. cuius se amœnitate & delitijs delectari dicit. Nam & melle & oliuetis precellunt. hyemes quoq; apriciores habent. Venafro. Venafrum ciuitas Samnij oleis abundans. Et amicus Aulon. f.b.m.f.i.v. hoc est, non est impar vuis Falernis, Inuidere .n. sibimet solent impares in virtute. hic Aulon mons est Calabrię & quia impar non est: ideo dixit non inuidere. Ille te mecū. elegāter secū Septimio ī laudatis locis optat viuere: & eū habere superstitem: defūctoq; sibi iusta ꝑsoluere. Arces. Virg. Aulonisq; arces & nauifragū Silaceū. Ibi tu .c. Ordo est. ibi sparges tu calentem fauillam vatis amici debita lachrima .i. naturali: aut debita propter amicitiam. Antiquorū enim mos erat mortuorum cadauera concremare. ideo defuncti fauillam dixit: vt est. Bibulam lauere fauillam.

POR. ¶Septimi Gades aditure mecū. Hac Ode Septimiū equitem Romanum cōmilitonem suum alloquitur: qua testatur gratissima sibi loca esse Tyburi & Tarēti. Cantabrum indoctum iuga ferre nostra. Apparet Cantabros: quæ est gens Galatiæ: illo adhuc tēpore indomitos fuisse: cum dicit, Cantabrū in doctū iuga ferre nostra. Septimi Gades aditure mecum. Gades oppidum a Pœnis conditū: vt supra ostendimus. Vbi Maura semꝑ æstuat vnda. Maura hic ꝓ Africa ἁπλῶς dicitur: ꝙ. s. tam Africa q̄ Mauritania generaliter Libya dicitur. Tybur Argæo positū colono. supra ostendimus Tybur oppidū a tribus fratribus cōditū esse Tyburto: Cathyllo: Cora: quos genere argiuos esse etiam Virg. testis est: qui ait Cathyllusq; acerq; Coras argiua iuuentus. ergo Argeo ꝓ argiuo antique dicitur. Sit modus lasso maris & viarū militiæq; modū nunc pro fine dixit. Optat ergo sibi post laborem maris & viarū & militiæ in reliqua ętate Tyburis secessū. Dulce pellitis ouibus Galesi flumen. Galesus fluuius est Tarentinorum. Pellitas aūt oues dixit: ꝙ Tarētinę oues pellibus teguntur. De fertilitate autem & amœnitate Tarentini agri & Vir. in Geor. iiij. significat. & sic Titurius ait. Tarentinorum hortorum qui geris odores. cū vellet intelligi florum.

Et regnata petam Laconi rura Phalanto. Phalantus Lacedęmonius fuit: quo auctore & principe Parthenię Spartani Tarentum condiderunt. Vbi non Hymeto mella decedunt. Hymetos mōs est Atticæ vbi optimū mel nascitur. Decedunt ergo econtrario cedunt. compositū pro simplici. id est cedunt. Sensus autem est vbi mel nascitur qđ ab Attico non vincat. Viridiq; certat bacca Venafro. Græca figura dictū est, illi certat pro cū illo certat. Bacca autem pro oliua dixit. videtur ergo significare Tarentino agro tale oleum nasci quale sit Venafranum. Et amicus Aulon fertili baccho. Aulon locus est contra Tarentinam regionem, ferax boni vini Minimum Falernis inuidet vuis. pro non inuidet: quia scilicet non fit ibi deterius vinum quam ī Falerno agro. inuidet enim tantum qui inferior est. Vbi tu calentem debita sparges lachryma fauillā vatis amici. legitur etiam Vatis Horati.

Argumentum Odes. VI.

ANTO ¶Septimio amicissimo suo poeta scribens: ait secum in vltimas etiam & asperrimas orbis oras iturū esse. qđ maximam eius beniuolentiam arguit. optat inde vt Tybur senectæ sedes haberi possit: quod si Parcæ nō dederint, petet inquit Tarentum: cuius quidem regio sibi preter omnes arridet. Abūdat. n. melle, vino, oleo. &

Gades. tēperie summa. Hortatur itaq; Septimiū velit eo secū pergere: vbi defūcto sibi valeat debitas emittere lachrymas. Septimi Gades aditure mecum. Ode est similis. ij. li. i. Gades. insulas Beticæ oppositas in oceano de quibus late superius Ode. ij. huius voluminis. Cantabrum. Cantabri populi sunt in Hispania Taraconensi ad

Cātabri. oceanum: vt docet Pto. lib. ij. Eos autem & vicinas illis gentes quæ latrocinia retinebant, Augustus oppressit: vt scribit Stra. li. iij. Sueto. etiam de Augusto ait. Externa bella duo omnino per se gessit. Dalmaticū adolescens adhuc: & Antonio deuicto Cantabricum. Paulo item inferius ait. Domuit autem partim ductu, par-

Augusti bella. tim auspicijs suis Cantabriam. Aquitaniam. Pannoniam &c. Indoctum iuga ferre nostra. quo tēpore id poeta scripsit Cantabri ab Romanis subacti non fuerant: quod Augustus postea egit vt diximus. vel indoctum

Syrtes. ait. i. non assuetum. nam paulo ante victus fuerat Cantaber ab ipso Augusto, Barbaras. i. sæuas. Syrtes. sunt duo sinus in extrema Africa: eas inaccessas vadosum ac reciprocum mare efficit: ita incertis motibus nunc in breuia rescindit dorsuosa: nunc æstibus inundat inquietis. latius tamen videto in Epodo. ix. Maura vnda.

Mauri terminantur oceano occidentali: vt scribit Pto. li. iiij. de quibus plura lib. vlt. Stra. Tybur. de eo late su Mauri.
perius Ode. vij. li. i. Sit modus. Ordo est, lasso mihi sit modus idest finis maris, viarum, & militiæ. Vñ a quo
Tybure. Parcæ. Clotho, Lachesis, Atropos. Pellitis ouibus Galesi. Galesus vt dixit Liuius li. v. de secundo
bel. pu. Calabriæ flumen est Tarento proximum per quinq3 milia passuum. Et Pli. li. viij. Taretinas oues ful Galesus.
uas esse & suæ pulliginis. Phalanto. hoc duce Lacones Tarentum Apollinis oraculo condiderunt: de quo Tarenti
multa Stra. li. vi. & nos latius Ode. xxviij. lib. i. Hymeto, Hymetus mõs est nobilis in Attica: qui mel gignit ne oues.
optimum: vt Stra. ait li. x. Qui etiam lib. vi. scribit Tarentinam oram fructuum bonitate precellentem. nam
& mel eius & vellera vehementer laudantur. Decedunt. pro cedunt. Venafro viridi idest oleo Venafrano.
nam laudes habet olei totus Venafranus ager. maxime planis finitimus aruis. Auctor est Stra. li. v. de Cãpa-
nia loquens. Aulon locus est contra Tarentinam regionem; ferax optimi vini: vt Porphyrio inquit. Acron
vero dicit esse montem Calabriæ. Montẽ esse cõparatione Falerni crediderim. Est autem ordo. Et Aulõ fer Aulon.
tilis amicus Baccho. Falernis vuis. Falerno i agro secunda vini nobilitas erat: non longe a Capua. de quo plu
ra Plin. lib. xiiij. ca. ix. Debita lachryma idest merita & amica. Fauillam. poeta lib. vi. de Miseni cadauere ait.
Postquam callapsi cineres: & flamma quieuit: Relliquias vino & bibulam lauere fauillam: Ossaq3 lecta ca-
do texit Chorynneus aheno. Sappho item ait. Sex mihi natales ierant: quum lecta parentis Ante diem lachry
mas ossa bibere meas. Optat ergo Horatius: vt ei Septimius funus celebret his in locis amœnis.

Septima Ode Tricolos Tetrastraphos. Ad Pompeium Varũ sodalem & commilitonem.

O Sępe mecum tempus in vltimum
Deducte Bruto militię duce:
Quis te redonauit Quiritem
Diis patriis: Italoq3 celo
Pompei meorum prime sodalium?
Cum quo morantem sæpe diem mero
Fregi coronatus nitentes
Malobathro Syrio capillos.
Tecum Philippos: & celerem fugam
Sensi relicta non bene parmula:
Cum fracta virtus: & minaces
Turpe solum tetigere mento.
Sed me per hostes Mercurius celer
Denso pauentem sustulit aere:
Te rursus in bellum resorbens
Vnda fretis tulit æstuosis.
Ergo obligatam redde Ioui dapem:
Longaq3 fessum militia latus
Depone sub lauru mea: nec
Parce cadis tibi destinatis.

¶O sæpe mecum. Pompeio veteri amico congratulatur: q̃ na ctus gratiam Augusti ciuitati restitutus sit: monetq3 diffusius vino indulgeat suo exemplo: qui ad ebrietatem vsq3 poturus est dulce existimãs furere amico recepto. Ordo est. O Pompei prime idest qui primus es: meorum sodalium idest amicorũ: o deducte mecum sępe: in idest vsq3: ad vltimum tempus idest donec Brutus victus erat, Bruto existente duce idest ductore: militiæ idest qui militasti mecum sub Bruto tantisper dum ille ducatum præstitit: quis scilicet deorum aut amicorum. q. d. quisq3 est optimus est: redonauit idest restituit & iterum donauit: dijs patrijs: hoc est Romanis penatibus: & cælo Italo. i. Italæ regioni: te Quiritem idest Romanum militem? O Pompei inquã prime idest præcipue sodalium: cum quo idest cuius societate: ego coronatus capillos idest habens capillos coronatos: nitentes. i. perfusos: Malobathro idest vnguento illo: Syrio: ex Syria: fregi idest transegi: mero idest bibendo: diem morantem idest æstiuum, & ita nimis longum nisi mero fractus fuisset: ego sensi tecum Philippos: locum illũ Macedoniæ vbi Cassius & Brutus pugnantes contra Augustum & Antonium victi sunt, sicut Pompeius prius victus fuerat a Cæsare. Vnde dicit Virgilius Georg. i. Romanas acies iterum videre Philippi. Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro Aemathiam & latos Aemi pinguescere campos. Et sensi celerem, idest præcipitem fugam & hoc parmula idest breui scuto: relicta: idest abiecto: non bene, idest non decenter: quia cõtra disciplinam militarem. Cum virtus scilicet Bruti, fracta supple est: & minaces, id est illi qui minabantur prius Augustum expellere: tetigere mẽto, scilicet oppetendo: solum turpe, idest sanguine fœdatum. sed Mercu-

O Sæpe mecum tempus in vltimum. ACR.
Ad Pompilium Varum scribit gaudẽs ob eius in patriam reditum. quem commilitonem sibi in castris Bruti & Cassij fuisse cõmemorat: & belli ciuilis euasisse pericula Augusto victore: qua gratia liberius se conuiuium exhibere promittit. Ordo est. O Pompili prime meorum sodalium sępe deducte mecum in vltimum tempus Bruto duce militiæ: quis redonauit. Quiritem te dijs patrijs & Italo cęlo. Redonauit. reddidit: redire fecit in patriam. Quiritem. Romanum. notandum tamen: quia singularem numerum posuit: cum plurali numero dicatur. Italoq3 cęlo. cælum pro Itala regione posuit. vt idem alibi. Cælum nõ animum mutant qui trans mare currunt. Morantem. pro longo dixit, hoc est æstiuo: qui quasi cum mora spatium suum decurrat. Mero. datiuus vel ablatiuus accipitur. Fregi. aut cõsumpsi: aut diuisi: vt a sexta hora significet sępe epulatos. Malobathro sy. Malobathrum genus vnguenti est. Philippos. Macedoniæ campos. aut ciuitas vbi ab Augusto Brutus victus occubuit. vnde & Lucanus. Video iam Phœbe Philippos. Parmula. scuto. Nõ bene autem: quia arma in fugam versi projecerant. Et minaces. Cassium & brutum significat: qui se de virtute iactare consueuerãt, aut certe milites eorum. Turpe solum. aut cruẽtum: aut quo prostrati turpiter precarentur. Sed me per hostes. m. c. iucũde se dixit a Mercurio liberatum: vel q̃ furtim fugisset: & celerem ostenderet fugã: vel q̃ poetæ ad Mercurium pertinere dicuntur. Aere. nebula. vt Nube caua eripiã. per hoc & fugæ latebras tutiores ostendit. Resorbens. metaphora a Charybdi qua eum impetu quodam significet metis & furore correptum ad Bruti partes reuersum. Ergo obligatam redde Ioui dape. promissum ac debitum redde conuiuiũ. Et sciendum dapem singulari numero declinatum. Sub lauro mea. vt est illud Virgilij. Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte. vel certe sub Augusti victoria. aut tãquam poeta inuitat amicum sub suo carmine. Nec parce cadis. t. d. vasis vinarijs ad eius quasi reditũ reseruatis: vt Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.

¶O sæpe mecum tempus in vltimum. Deducte Bruto militiæ duce. Hanc oden ad Põpilium sodalem scribit. qua gratulatur ei q̃ restitutus sit in patriam: & testatur commilitonem sibi fuisse i castris. M. Bruti. Quis te redonauit Quiritem. Quiritem ciuem Ro. significat. Attende singulari numero dictum. quod non facile apud veteres inuenies. Cũ quo morantem sæpe mero fregi morantem pro longo posuit: vt quasi cum mora spatiũ suum decurrat. Fregi autem diem videtur pro eo quod est diuisi dixisse: vt a sexta hora signi- POR.

ficet se sæpe epulatos. Mero autem siue datiuo casu siue ablatiuo accipias: habebit suam rationem. Sensus autem est: illa re fregi diem aut illi rei fregi. Malobathro. Malobathrũ vnguenti speciẽ esse scimꝰ. Tecũ Philippos. Philippi est opidum in Macedonia: vbi Brutus perijt. Cum fracta virtus, qua virtute se Cassius & Brutus præcipue iactabant. Et minaces turpe solum tetigere mento. Turpe solum aut cruore turpiter fœdatum: vt Sanguine fœdãtem quos ipse sacrauerat ignes. Aut nomen est loco aduerbij positum. Turpe solum tetigere, pro turpiter tetigere. Sed me ꝑ hostes Mercurius celer Denso pauentem sustulit aere. Sæpe ostendit Horatius se ĩ Bruti partibus militasse. Iucunde autem a Mercurio se sublatum de illa cæde dicit: signans clã & quasi furto quodam se inde fugisse. Per celerem ergo Mercurium celeritatem fugæ per id quod ait denso aere: latebras ipsius fugæ intelligi vult. Te rursus in bellum resorbens vnda fretis tulit æstuosis. allegoricos signat Pompeium post fugam illam impetu quodam mentis petisse rursum partes Bruti. Obligatam. promissam ac debitam.

rius, id est subductio quædam Mercurialis: aut blandę preces, celer, id est cito auxilio veniens sustulit me dẽso aere scilicet circunseptum: ita vt non viderer: ꝑ hostes, scilicet medios. Alludit autem ad Priamum a Mercurio per medios hostes ad tentoria Achillis perductum. sustulit dicit me pauentem. Sed vnda, scilicet bellorum: vnde & Virgilius pro bello sæpe diluuiũ ponit: resorbens te rursus in bellum, id est impetus & furor animi trahens te iterum in bellum: tulit, id est abstulit te: fretis, id est procellis a feruore dictis: vnde addidit æstuosis. Ergo qa sospes redijsti: redde Ioui: scilicet liberatori tuo: dapem, id est epulum, obligatam, id est ad quod dandum ex voto ei obligaris. Et depone: hoc est repone seu reclina & laxa: sub lauru mea, id est quæ domi meę est: latus fessum, id est fatigatum: longa militia: quia nõ destitit cum Horatio, vt iam visum est. Nec parce id est ampliter indulge: cadis id est vasis vinarijs. vt æneid. i. Vina bonꝰ quæ deinde cadis onerarat Acestes Littore Trinacrio &c. Accipitur autem continens pro contento, cadis pro vino quod in eis asseruatum est: vnde addit: destinatis id est deputatis & addictis animo: tibi id est ad tuam voluptatem: aut ad reditum repositis & seruatis.

Argumentum Odes. VII.

ANTO ¶ Pompeius seu Pompilius familiaris & commilito Bruti & Cassij partes cum ipso poeta contra Augustũ secutus fuerat. habita clade victore Augusto apud Philippos euasit poeta Mercurio duce, vt scri. Pompeius vero iterum bella subijt: tandem redditus patriæ. hinc ipsum hortatur ad debita vota Ioui soluenda. hortatur item vt secum liberius conuiuium ineat. Nam recepto amico bacchari & furere sibi dulce erat. O sæpe mecũ tempus in vltimum. Ode est similis. ix. lib. i. Est autem ordo. O Pompei prime meorum sodalium sæpe mecum in vltimum tempus deducte Bruto militiæ duce: quis dijs patrijs & Italo cælo redonauit te Quiritem? Cum quo sæpe mero fregi diem morantem coronatus capillos nitentes Syrio Malobathro. In vltimum tẽpus. In vltimam vitæ metam: quę bello terminari solet quam plurimis, Bruto militiæ duce. de hoc late lib. i. Ode. xiiij. legito. Quiritem. de quiritibus vide in Ode prima. Pompili meum prime sodalium. Vel, Pompeĩ meorum prime sodalium. quod magis placet: Pompei enim hic spondeus est. Inde sequitur Iambus & cæsura. Si autem Pompili meum leges, erit Trocheus secundo loco, extra carminis vsum. Diem morantem id est æstiuum, longum, & tarde euntem. Mero fregi id est conuiuijs: non enim mane & vesperi tantum: sed meridie quoqꝫ conuiuabantur. Malobathro Syrio. Malobathrum vnguenti speciem esse Porphyrio scribit. Pli. vero lib. xiij. ca. i. de generibus vnguentorum sic ait. Singuli quoqꝫ succi nobilia vnguenta faciunt: in primis Malobathrum: postea Iris illyrica & Cyzicena amaracus. Et lib. xij. ita inquit. At & Malobathron syria arborem folio conuoluto arido colore ex quo exprimitur oleum ad vnguenta fertiliore eiusdem Aegypto. laudatius ex India venit. Philippos. Philippi ciuitas est in Macedonia: quæ Datos olim dicebatur: Crenida ante Dati nomen appellata. fontes quippe plurimi circa collem huberius scaturiunt aquis. Eum locum Phillippus vallo sepsit: & a se Philippos nuncupauit. Cõdita est enim ciuitas in prærupto quodam colle. Apud Philippos demum & Cassius & Brutus pugnantes contra Augustum & Antonium victi sibijpsis mortem consciuere. de quibus omnibus videto Apianum lib. iiij. Et nos latius diximus in Ode. xiiij. lib. i. Relicta non bene. fugientes enim proiecerant arma. Parmula id est scuto. Virtus. Bruti & Cassij & cæterorũ. Mento. barba & facie quum strati sunt. Turpe id est cruentum. Mercurius celer. hoc ait quoniam poetæ Mercurio quoqꝫ subesse dicuntur. Vel ꝙ furto quodã celeri fuga inde Euasit. Mercurius eñ occulte peculãdi modũ inuenisse dicit. Denso aere. i. nube. Te rursus Ordo est. Te rursus in bellum tulit vnda resorbens. Fretis æstuosis id est mentis furore. Obligatam dapem. voto debitum conuiuium. Sub lauru mea. intelligendum apud poetæ domum laurum fuisse, siue in hortis domui vicinis. Tibi destinatis, id est deputatis.

Maloba thrum.

Philippi ciuitas.

Obliuioso lęuia Massico
Ciboria exple: funde capacibus
Vnguenta de conchis. quis vdo
Deproperare Apio coronas
Curatve myrto? quem Venus arbitrum
Dicet bibendi? non ego sanius
Bacchabor Aedonis: recepto
Dulce mihi furere est amico.

ACR. ¶ Obliuioso. hoc est vino quo curæ pelluntur: & labor in obliuionem venit. Massico. pro Cãpano posuit. Ciboria exple. aut Alexandrina poma, quæ habent similia colocasijs folia: in quorum similitudinem facta pocula eodem nomine appellantur: aut certe, ꝓ cibo posuit tanquam cibum poculis compẽsaret. Funde cap. largius vtere odoribus. Cõchis echinis concharum. Quis vdo. interrogatiuum est. sed cum exhortatiõe dicit. Vdo apio. viridi, vel quod in locis aquosis nascit. Corona eũ Apij ebrietatẽ ꝓhibere dicitur. vt est. Floribus atqꝫ apio crines ornatꝰ amaro Deproperare. festinãter afferre. Quẽ ve. archiposian signi ficat: & tesseratum iactu datum in bibendo primatum. Veneris autem iactus latissimus dicebatur. qui habebat & tricenarium numerum. Aedonis. Thracibꝰ Bacchis. Furere. aut certe saluare: aut ebrium esse.

POR. ¶ Obliuioso mas. Massico vino obliuiones curarum ac sollicitudinum faciente vel afferẽte. Ciboria exple. Ciboria proprie sunt folia Colocasiorum, in quorum similitudinẽ pocula facta eodem nomine appellantur.

¶ Obliuioso. Prosequitur reliquam partem conuiuij dicens. Exple id est sicca & ebibe ciboria id est pocula: a ciborijs Colocasiæ folijs dicta: læuia id est non aspera: Massico scilicet vino, obliuioso id est curarum obliuionem inducente: funde id est effunde vnguenta de conchis id est concharum testis: capacibus. Deinde cõuersus ad pueros suos dicit: quis curat deproperare id est properanter facere coronas: apio vdo id est viridi & irriguo (qui ablatiuus regitur virtute præpositionis de, verbo iunctæ) ve pro vel: myrto id est fronde aut ramo myrti? quem dicet venus. i. iactus ille dexter talorũ: arbitrum id est regem & iudicem bibendi? ego bacchabor id est furore corripiar Baccho indulgens: non sanius Aedonis pro Aedonijs id est æque insane

vt faciunt Aedonijs Thraciæ populi bibacissimi: quia dulce est mihi furere amico scilicet Pompeio: recepto, scilicet ex periculis.

Quis vdo Deproperare apio coronas Curat ve myrto. Quis interrogatiue cum quodam hortamento dicitur. Vdo autem apio pro viridi, vel quod in aqua nascit. Deproperare autem valde properare signat. Quem venus arbitrum dicet bibendi. archiposian idest inchoationem bibendi in conuiuio talorum iactu sortiri solebant. Venereus autem iactus in talis summum numerum habet idest tricenarium. Non ego sanius Bacchor Aedonijs. Aedonij thraces sunt: quos solet ebrietas fortiores reddere. Recepto. d. m. f. est amico. Percipiendum extrinsecus etiam: vt sit: etiam furere dulce mihi est recepto amico. ¶ Obliuioso. rerum obliuionem præstante: id enim ebrietas agit. Massica. Pli. lib. xiiij. de vinis generosis Italiæ inquit. Certant Massica æque ex monte Gaurano puteolos Baiasqꝫ prospectantia. Læuia. polita: & aglypha idest non sculpta. Ciboria idest pocula. nam proprie sunt folia Colocasiæ. in quorum similitudinem pocula facta eodem nomine appellantur. Auctor est Porphyrio. Pli, autem lib. xxi. scribit: ꝙ in Aegypto nobilissima est colocasia: quam e nilo metunt. Thyrsum autem cū folijs latissimis etiam si arboreis comparentur, ad similitudinem eorum: quæ personata in nostris amnibus vocamus. Adeoqꝫ nili sui dotibus gaudent, vt implexis colocasiæ folijs in variam speciem vasorum potare gratissimum habeant. Serebatur hæc in Italia suo tempore. Exple. bibendo euacua. Capacibus. amplis. Conchis. piscium testis in quibus vnguenta asseruabant, Vnguenta. vnguentorum voluptas a nostris quoqꝫ inter laudatissima atqꝫ etiam honestissima vitæ bona admissa est, inquit Pli. lib. xiij. Nam Persarum gentis & Parthorum vnguenta erant. Deproperare scilicet nobis idest valde properare. Vdo apio. quod humidis gaudet: siue vdo apio inquit, propter vina & vnguenta. de apio autem latius supra. Venus telorum iactum significat. Talus enim sex laterum erat. in quibus canis afferebat iacturam: erat enim vnius puncti, vt scribit Pollux: Venus & Senio lucrum. Persius. Quid dexter Senio ferret Scire erat in voto: damnosa canicula quantum Raderet. Augustus præterea scribit. Talis iactis vt quisqꝫ canem aut senionem miserat, in singulos denarios conferebat in mediū: quos tollebat vniuersos: qui venerem iecerat. Propertius item ait. Me quoqꝫ per talos venerem quęrente secundos Semper damnosi subsiluere canes. Sunt qui dicant ꝙ omnes talorum casus pro consuetudine ludentiū assumptorum erant quinqꝫ & triginta: quorum quidam a dijs: alij a claris hominibus: aut meretricibus nomen accipiebant. Qui iactus sex continebat Senio dicebatur: qui vero vnum, Canis. Acron autem scribit ꝙ Veneris iactus in talis habebat tricenarium numerum. Arbitrum idest dominum. de quo latius Ode tertia lib. i. Aedonis. trisyllabum hic legendum est: vt constet carmen. Item Bacchabor non bacchor: primus enim pes debet esse Spondeus non Trocheus. Sunt enim Aedoni Thraciæ populi accolentes Hebrum fluuium vt scribit Pli. lib. iiij. Quod autem Thraces vino bacchētur. Ode. xxvij. lib. i. ostendit his verbis. Natis in vsū lætitiæ scyphis pugnare Thracum est.

ANTO
Massica vina.
Ciboria.
Colocasia.
Vnguenta.
Talus.
Canis.
Venus.
Senio.
Senio.
Canis.
Venus.
Aedoni.
ACR.

VIII. Ode Dicolos Tetrastrophos. Ad Barynen meretricem: de periurio.

Vlla si iuris tibi peierati.
Pœna Baryne nocuisset vnquam:
Dente si nigro fieres vel vno
Turpior vngue:
Crederem: sed tu simul obligasti
Perfidum votis caput: enitescis
Pulchrior multo: iuuenumqꝫ prodis
Publica cura.
Expedit matris cineres opertos
Fallere: & toto taciturna noctis
Signa cum cælo, gelidaqꝫ diuos
Morte carentes.
Ridet hoc inquam Venus ipsa: rident
Simplices nymphę: ferus & Cupido
Semper ardentes acuens sagittas
Cote cruenta.
Adde quod pubes tibi crescit omnis:
Seruitus crescit noua: nec priores
Impiæ tectum dominę relinquunt:
Sæpe minati.
Te suis matres metuunt iuuencis:
Te senes parci: miseræqꝫ nuper
Virgines nuptę: tua ne retardet
Aura maritos.

¶ Vlla si iuris. Barynes meretricis speciem mire sed more amatorum extollit: quādoquidem etiam periurio & forma & fauor illi accedat: vnde & Iupiter amasij poetæ testimonio periuria ridet amantum. Id autem fictum est, quia meretrices multum expetitę coguntur multis noctem promittere, & ita multos fallere: & quia Nitimur in vetitum semper cupimusqꝫ negata: ideo pulchriores videntur vbi peierarint. In vsu autem

Vlla si iuris tibi peierati. scænicū principium in Barinē meretricem. intelligitur enim per hanc inuectionem aliquos precessisse sermones: quib⁹ noctem sibi eadem Baryna iureiurando ꝓmiserit. de hīc postquam fefellit, eum in hæc verba velut amantem erupisse. vt enim dicitur iuris iurati ita posuit iuris peierati: ꝙ nulla fallens pœna ꝑculsa sit. Dente si nigro. Maior pœna est meretrici si ob culpam corporis deformitate puniatur. Crederem. aut tibi subaudiatur iuranti: aut deos vindices esse periurij. Simul. postquam. Obligasti. deuouisti, non implendo promissa. econtrario enim solui vota dicuntur. Pulchrior. auctio est data auctioni. Iuuenumqꝫ. p. amatorum multitudinem significat dicens eam periurijs fieri pulchriorem. Expedit. prope est: vt putem dum videam non puniri periuria. in cōtrarium religionis ac pietatis verti rationem. hanc enim vult videri sacrilegio promeritā deorum fauorem. Taciturna noctis. duræ siue secretæ & silētis. vt Virg. Tacitæ ꝑ amica silentia lunæ. & Sydera cuncta notat tacito labentia cælo. ac si diceret: fas est omnē mundi maiestatem in sacramento vocare. Rident simplices. simplices enim aut per f. dig amoris cum risu indulgentes: aut quia nymphæ ad ignoscendum facilessunt: vt Et quo sed faciles nymphæ risere sacello. comites enim Veneris sunt: ad quam pertinent meretrices. Simplices nymphæ idest non iracūdæ: sed exorabiles. Ferus & Cupido. numē cupidinis demonstrauit immite & implacabile: & quod ignosceret nesciret nisi voluntatem veneris & iudiciū sequeretur: vt Vir. Iamqꝫ ibat dicto parens & dona Cupido. Semper ardentes acuens. aut semper ardentes: aut acuens semper. Cote. c. non in cote cruenta: sed in qua acuit vt occidat: immoderatus enim amor maturat exitium. & declinatur hæc cos. huius cotis. Adde. adiūge his que tibi creuerunt ex periurio. Tibi crescit. tuæ prostitutioni. i. subinde crescentes amatores. Seruit⁹. c. n. semꝑ adiungunt tibi no-

uit:nec priores relinquunt te:quis relicturos minentur. Tectum.lupanar. Sæpe minaci. vim amoris expressit. vt quod a seruis fieri consueuit: hoc amatoribus non liceat: dũ cõtempti se deserturos minẽtur: & sic noui veniant:vt non abscedant priores. Iuuencis. filijs iuuenibus.metaphora a tauris.vt supra. Nec tauri ruentis in Venerem tolerare pondus. Te.s.p.propter dilacerationem patrimonij, quæ meretricum incitamentis sæpe contingit. Miseręq; nu. timore repudij. Maior enim in recenti charitate dolor est sollicitati coniugis, maior vis meretricis animum affectione occupatum vicisse. Aura.aut facilitas quam in amorem trahuntur:aut vnguentorum odor: vt ipse superius: Auræ fallacis.

POR. ¶Vlla si iuris tibi peierati pœna Baryne. scænicum principium.intelligendum enim aliquos sermones pręcessisse: quibus Baryna hęc noctem ei iureiurando interposito.ꝓmiserit: deĩde postquam fefellerit:tum ĩ hęc verba hũc erupisse. Dente si nigro fieres vel vno.subaudiẽdum extrinsecus saltem. leuissimam pœnam ob periurium sensisses. Sed tu simul obligasti. ac ꝑiurio te deuouisti. Enitescis pulchrior multo. adeo multo pulchriores post periuria: vt iuuenes te vniuersi diligãt, ergo iuuenum publica cura. pro omniũ iuuenum dictum est. apud Sallustium. Publicam miserorum causam. Expedit matris cineres opertos fallere. sensus est. cum hoc videatur: prope est vt putem rationem pietatis ac religionum in contrarium esse versam vt qui impij atq; irreligiosi sint magis deos ꝓmereantur. Gelidaq; di.mor.ca. & hic & in eo qui ante hunc, sensus est per zeugma. i. in coniunctione ex superiore accipiendum expedit fallere. Ridet hoc inquam Venus ipsa rident simplices nymphæ: ferus & Cupido. Ridet periurium suum Venus: quæ scilicet amantibus facilis est. Rident nymphę. sic illud dicitur. Sed faciles nymphæ risere facello. Semper ardẽtes acuẽs sagittas Cote cruẽta. nimium ἀμφίβολον: vtrũ semper ardentes intelligendum an semper acuens. Eleganti autem conceptione de amore dicitur & ardentes sagittas, & semper acuens cruenta cote. Nec priores impiæ tectum dominæ relinquunt sæpe minati. hoc ostendit etiam illis amatoribus gratam esse: quibus fuerit ĩiuriosa. Te suis matres metuunt iuuencis. iuuenci ergo non tantum boues dicuntur: sed homines: quãuis in vsu sit vt non nisi per diminutionem iuuẽculos dicamus. Tua ne retardet. amoris aura, quæ ad te eos fert. sed vtiq; hoc per allegoriam dicitur.

non est periuro sed peiero: licet periurus, & periurium ex vsu dicantur. Ordo est. O Baryne grauis & pomposa meretrix, si vlla, id est quęuis vna. q. d. vel minima: pœna iuris scilicet iurãdi: peierati, id est periurio violati, nocuisset tibi: vnq̃, idest quouis tempore. q. d. vel semel: & si fieres turpior: vel, idest saltem vno dente nigro, idest, denigrato: vel vno vngui nigro, idest denigrato: ego crederem, idest fidem haberem, ꝙ dij curarẽt mortalia: aut ꝙ punirent periuria & cætera scelera: sed tu simul, idest statim vel in eodem instanti dum obligasti, idest obnoxium fecisti votis, scilicet dijs promissis: caput tuum perfidum, id est periurio violatum: enitescis idest manifeste appares: pulchrior multo scilicet quam prius: & prodis, idest procedis scilicet e domo aut templo: publica cura idest sollicitudo iuuenũ idest omnes iuuenes tui amore sollicitantur ob speciem tuam. Expedit, idest expediẽs & vtile tibi est: fallere scilicet periurio: quia pulchrior efficeris: cineres matris opertos, idest sepultos. per quos iurare vt per rem charissimam soles. vnde Ascanius æneid. ix. Per caput hoc iuro per quod pater ante solebat. & fallere signa taciturna noctis, idest tacite labentia, cælo toto, idest quæ in toto, sunt cælo: & diuos qui in cælo sunt: carentes morte gelida, scilicet ab effectu, idest deos immortales. vbi tria commemorat: inferos, superos, & sydera pro intermedijs. Inquam, idest volo dicere ꝙ ipsa Venus dea amorum ridet hoc, scilicet periurium tuum: & nymphæ scilicet deæ simplices, idest faciles & exorabiles non pensitantes grauitatem periurij, & Cupido ferus scilicet in amatores: acuens semper cote cruenta (quia finis multorum mors est) sagittas scilicet amatorum ardentes idest faces: rident hoc. Adde ꝙ pubes. Dicit ꝙ cum formæ accessione fit etiam amatorum numerus copiosior: quod vt dixi in gratiam Barynes dicit. Nam nihil mulieribus gratius quam ꝙ pulchrę & multis dilectæ prędicantur. Ordo est. adde scilicet superioribus, vtpote ꝙ formosior & dijs charior ꝓdis: ꝙ omnis pubes, idest multitudo pubescentiũ quę adhuc ignara doli & rerum imperita est. crescit, idest accrescit tibi: & ꝙ seruitus noua idest multitudo amatorum qui tibi serui sunt: crescit tibi: nec priores, scilicet serui seu amatores, sæpe minati scilicet te dereliquere: relinquũt tectũ dominæ ipiæ. i. tuũ quæ ip sis ĩpia & crudelis atq; inhumana es domina: & ita ꝓpter ĩpietatẽ tuam minati sunt te derelinquere. sed forma & amoribus irretiti quod minantur efficere nequeunt. Matres metuunt te suis iuuencis, id est filijs adolescentibus aut iuuenibus ne per te perdantur. Aut q̃a mulieres potius optant vt filij a multis expetãtur: sicut apud Persium Satyra secunda. Hunc optent generũ rex & regina: puellæ Hunc rapiant. dicamus iuuencis, idest iuuẽculis filiabus, ne minus formosæ procos aut maritos non inueniant: & senes parci metuunt te, aut propter filios quos in te perditum iri verentur: aut propter filias, quibus vtpote minus formosis & minus amatis ob id grandiorem dotem parare debent. & virgines, idest iuuenculæ adhuc ætate vigentes: miseræ, idest miserandæ ꝙ minus formosæ non tamen minus Veneris appetentes spernantur: nuptę, idest marito iunctæ: nup, idest nunc parum est temporis, idest pauloante: metuunt te. ne aura, idest splendor aut fauor tuus: retardet, idest retineat quo minus domum redeant, maritos, scilicet suos.

¶Argumentum Odes. VIII.

ANTO ¶Barynen meretricem periuram poeta alloquit: nõ enim vota persoluerat: nec pacta sibi seruauerat. Dicit autem. Si pœna aliqua vel etiam minima propter ipsa periuria afficeretur: crederet deos esse: vel illos curare mortalia: At vbi periurijs pulchrior efficitur: maternos cineres & signa cum toto cælo deosq; ipsos expedit fallere. Quippe periuria omnia Venus, nymphæ, & Cupido rident. hinc & ei amatorum numerus passim affluit. Vlla si iuris tibi peierati Ode ẽ sissis secũdę. Iuris peierati. i. iuramẽti & iurisiurãdi tibi corrupti nec serua

Peierare. ti. Vnde Cicero lib. iij. officiorũ sic ait. Nõ ẽm falsum iurare peierare ẽ: sed qđ ex animi tui sentẽtia iuraueris si

Periuriũ cut verbis cõcipit more nostro, id nõ facere periuriũ est. Scite ẽm Euripides: Iuraui lĩgua mẽtẽ ĩiuratã gero.

Barys. Baryne. id nomen græcum est. βαρύνω enim grauo significat: βαρὺς autem grauis dicitur. poterit igit Baryne latine dici grauis vel molesta. Turpior vno vngui idest minima etiam pœna lueres periurium. Crederem. supple deos esse: vel curare mortalia. Prodis. exis. Publica cura. omnes enim te appetunt. Expedit matris. iurauerat illa per hæc omnia poetæ obsequi velle. Expedit. vtile est. Taciturna signa noctis. i. & lunã & sydera interdiu latentia: quæ noctis signa dicuntur quoniam in ea apparent. interdiu autem tacere dicuntur cum non appareant. vnde & luna silens vel tacita dicitur quum non lucet. Vel dicas taciturna signa noctis. pro taciturnæ noctis. nox enim tacita dicitur: quia tunc omnia pene tacere solent. hinc Ouidius lib. i. tristium

Signa. inquit. Iamq; quiescebant voces hominũq; canumq;: Lunaq; nocturnos alta regebat equos. Quod autem

Sidera. per sydera etiam iurarent. lib. xij. æneid. Maro ostendit his verbis. Hæc eadem Aenea terram mare sydera iuro. Signa, idest sydera. nam vt Varro scribit lib. iij. Signa dicuntur eadem & Sidera: Signa ꝙ aliquid significet: vt libra. æquinoctium. Sidera quę insidunt, atq; ita significant aliquid in terris perurendo aliudve. Venus ipsa. quæ scilicet amãtibus facilis est. Sẽper ardẽtes acuens sagittas. Propertius itẽ ait de cupidine. Et merito ha-

matis manus est armata sagittis Et pharetra ex humero gnosia vtroq; iacet. Ante ferit quoniā tuti quam cernimus hostem: Nec quisq̄ ex illo vulnere sanus abit. Ardentes autem sagittas dixit Horatius propter faces: etiā cū sagittis habet. ex iugi aūt & immensa sollicitudine amatorum corda ardere videntur. Cote crueta. dū enim cruentæ sagittæ ibi acuunt· cruenta fit cos. Multi autem amoris impatientia sibiįpsis mortem consciuere. Pubes .adolescentia. Sæpe minaci. ostendit quantum ab amatoribus diligeretur. nam cum eis etiam minax esset & asperrima: attamen eam relinquere nō poterant, Textus aliqui etiam minati habent: quod placet. est enim sensus: ꝗ q̄uis sæpe minati essent Baryne: tamen eam relinquere non valebant. Iuuencis, idest adolescentibus. Senes parci. auari & tenaces. metuebant ergo diuitijs suis potissimū. Aura, id est splēdor & nitor.

Amoris sagittæ. Amoris faces.

IX, Ode Tricolos Tetrastrophos, Ad Valgium: de fletu Mystę pueri.


Ona semper imbres nubibus hispidos
Manāt in agros: aut mare Caspium
Vexant inęquales procellę.
Vsq; nec Armeniis in oris
Amice Valgi stat glacies iners
Menses per omnes: aut aquilonibus
Quęrceta Gargani laborant:
Et foliis viduantur orni.
Tu semper vrges flebilibus modis
Mysten ademptum: nec tibi vespero
Surgente decedunt amores:
Nec rapidum fugiente solem.
At non ter æuo functus amabilem
Plorauit omnes Antilochum senex
Annos: nec impubem parentes
Troilon: aut Phrygię sorores
Fleuere semper. desine mollium
Tandem querelarum: & potius noua
Cantemus Augusti trophęa
Cęsaris: & rigidum Nyphaten
Medumq; flumen gentibus additum
Victis minores voluere vortices
Intraq; præscriptum Gelonos
Exiguis equitare campis.

¶ Non semper imbres. Argumento naturæ quæ vicissitudines amat. & virorum fortium qui a lachrymis tēperarūt, hortatur Valgium poetam nō vulgarem vt super Mystę puero defuncto lachrymis sedatis ad lætas Augusti laudes dicendas accīgantur: dicens. O Valgi amice. Imbres, idest pluuiæ densę terram imbuentes: non semꝑ manant, id est distillant: nubibus, id est ex ipsis nubibus: & in agros hispidos. i. hirsutos & asperos vepribus & dumis: aut procellę inęquales. i. vndę maximis vētis agitatę: ita vt mare inęquale, id est nimis turgidum faciant: supple non semꝑ vexant idest molestant & huc illuc vectant mare Caspium: quod ad septentrionem vergit: vbi sęuissimi sunt venti. Nec glacies iners, idest inertiam inducens: propter frigus quod Maro pigrum vocat: stat. i. rigescit in oris. i. regiōibus: Armenijs. i. ad septemtrionem vergentibus: vsq;. i. continue per omnes menses: aut quęrceta Gargani. idest loca cōsita quęrcubus in Gargano monte Apulię crescentibus, laborant. idest vexantur vsq; per omnes menses: & orni. i. arbores illę: non viduantur. i. spoliantur vsq; per omnes menses folijs idest frondibus. Et tamen vrges idest premis incessanter: Mystē scilicet puerum, ademptū. i. ablatum tibi per mortem: vrges dicit modis flebilibus idest luctuosis versibus, vt elegijs aut nęnijs nec amores idest vehementes ardores ex amore ꝓuenientes: decedunt tibi idest a te: aut in consolationem tui: vespero surgente idest in occasu apparente: nec fugiente idest dum fugit eadem stella veneris quę noctu vesper aut vesperus dicitur, & mane lucifer: solem rapidum scilicet mox appariturū· & secum nitorem cęterorum siderum rapientem idest nec vesperi nec mane. At senex. s. Nestor: functus ter ęuo idest tertiā agēs ętatem idest vt quidam volunt tertium cursum Saturni: nō plorauit Antilochū. s. filium suum: amabilē. i. licet amabilē & occi

Non semꝑ imbres nubibus hispidos. Valgium hac Ode consularē alloquitū amicū suū quē cōsolatur Mystis pueri sui delicati mortem grauiter ferentē: indicans mala hominibus non esse continua: Glacies iners. aut que cursum gelata nō habet: vt Concrescunt subitæ currenti i flumine crustæ: aut quæ nimietate frigoris pigros efficiat: vt Confertoq; agmine cerui Torpent mole noua. Quęrceta Gargani. vt pineta: æsculeta: sic & quærceta posuit. Et folijs viduantur. non semꝑ folijs viduantur arbores. hoc est: dū in oībus sint vices tēporum. cōtinuare luctum Valgium non debere. Flebilibus modis. quia poeta erat Valgi⁹: & mœrorem suum consolabatur luctuosis carminibus. Ademptū. tanq̄ mortuū fleret solatio suo ademptū. Fugientē suo hespero. vt duo eum tempora tenere monstraret. Senex. Nestor: qui nonaginta annis hoc est tribus ætatibus vixisse firmat: vnā enim ætatē triginta annos ponebant. nō ergo eum dicit omni vita sua Antilochum suum filium fleuisse. Nec impubem .p. T. Troilus Priami filius ætate impar cōgressus Achilli. de quo Virg. Parte alia fugiens amissis Troilus armis Infelix puer atq; impar cōgressus Achilli. tanquam nec ipse parentibus fletus sit. Mollium, quæ nimium teneri affectus sint & desine querelarum, pro desine queri figura hypallage. Et potius cantemus noua: Augusti trophæa. tāquā si diceret, melius remoto luctu Cęsaris facta cātemus. Et rigidum Nyphaten. scythię fluuium. pleriq; putant Armeniæ montem. Medumq; flumen. poetice quasi & fluuius se victū sētiat: vt Et pōtem indignatus araxes. & Euphrates ibat iā mollior vndis. vnde gentes tum victas vult intelligi quæ circa flumina sunt. Euphratem tamen Indorum amnē vult intelligi. Ordo est. Cantemus medum flumē voluere minores vertices additum victis gētibus. Intraq; præscriptum. intra constitutum. Augustus enim fines Gelonis statuit: quos victi egredi non auderent: sed præscriptis limitibus tenerentur: cum ante vbi libuisset excurrerēt. Exiguis eqtare cāpis. a Cæsare determinatis ACR.

¶ Nō semꝑ ībres nubibus. Hac Ode Valgium consularem amicū suum solatī morte delicati pueri grauiter affectum. Non semꝑ imbres nubibus hispidos Manāt in agros. latet sensus in hac elocutiōe. intelligi em vult nec semper pluere: nec semꝑ agros hispidos esse: id est horridos. per quod intelligendum aduersa hoībus non posse esse continua ac sempiterna. Nec armenijs in oris amice Valgi stat glacies iners. nā & hic & in subiectis sensibus semꝑ ex superiore zeugma intelligendum, Aut aquilonibus quęrceta Gargani. Garganus mons est Apuliæ. Quęrceta autem dicuntur, vt pineta: & vineta: a quęrcei: scilicet arboribus. Tu semꝑ vrges flebilibus modis Mysten ademptū. nec tibi vespero Surgente decedunt amores: Mysten semper vrges. idest instanti querela quereris vespero surgente. Solem. i. orientem: cum vesper stella resurgit. i. occidit. An ne ter ęuo fūctus. Nestorem significat: qui traditur tribus sęculis vixisse. Antilochum autem Nestoris POR.

fuisse filium notū est. Desine molliū tādem querelarū. Desine querelarū: græca elocutio ne figuratum est. alioqui nos desine queri dicimus. Et rigidum nyphaten. Nyphates armeniæ mōs est: in quo magna frigora sunt. Medumq; flumē gentibus addictum victis. Videt. Euphraten Medorū significare: quē ait gētibus victis additū esse .i. in numerum victarum gētiū accessisse: & additum victis poetice: quasi sit fracta ferocia impetus eius postquam victus sit.

sum ante Troiam: omnes annos scilicet vitæ suæ. nec parētes. scilicet Priamus & Hecuba: aut sorores Phrygiæ .i. Troianæ: vt Cassandra Creusa Polixena & ceteræ: fleuere semp Troilon. s. filiū illorū & fratrē harum: impubē .i. adhuc vix pubescētem cū ab Achille occideretur. vnde æneid. i. Parte alia fugiens amissis Troilus armis: Infelix puer atq; impar cōgressus Achilli. Desine tandē querelarū mollium: pro eo quod ē molliter cō queri: aut desine cantare trophęa. idest victoriā, a vertendo hoste: q̄relarū molliū idest quę cū molles sint de te tamē tropheū agunt: & cantemus noua trophęa Augusti Cæsaris: & cantemus Nyphaten fluuiū armeniæ: rigidum .i. durū ad vincendū. i. accolas nyphatis rigidos: & flumē Medū .i. medicū .s. Araxē additum .i. quia additū est: gentibus .s. reliquis: victis .s. ab Augusto: voluere minores vortices .i. se ob pudorem cōstrīgere, & minores facere gyros: hoc est populos minores excursus & cantemus in laudem Augusti: Gelonos populos illos Scythiæ stigmata ferre solitos: equitare campis exiguis: intra præscriptū i. definitum & assignatū quasi ex præscripto ab Augusto locū.

Argumentum Odes. IX.

ANTO ¶ Obierat Valgio puer charissimus: vnde plus æquo dolore afficiebatur. hic Horatius eum solari cupiens, per similitudines: inquit non semp manare pluuias: non semp in mari procellas esse: non semp esse in Armenia glaciem: non semp aquilonibus vexari sylùas: hoc est non semp in rebus esse turbationes & aduersa. Ipse tamen cōtinue sibi ademptū puerū lachrymabatur nulla quiete habita. Et cū Nestor antilochum filiū apud Troiam extinctū nō omnis suæ vitæ annos plorauerit: nec etiam Troilum parentes sororesq; fleuerint semp: debet etiam ipse multo magis abstinere a querelis: Augusti q; Cæsaris nouam Medorū victoriam vna secum decantare. Nō semp imbres nubibus hispidos. Ode est similis nonæ libri primi. Imbres nubibus manant. Pli. lib. ij. scribit q; a terra caligo humida & per vapores fumida exhalat: hinc nubes: q̄ in sublime egressæ in liquorem soluuntur. Hispidos agros. incultos & dumosos. Manant. prosiliunt. erūpūt. exeunt. Mare Caspium. id mare ad septētrionē est: vt Strabo docet lib. xi. qui etiam lib. v. ait mare Caspium a plerisq; vocari Hircanum. Inæquales procellæ .i. asperrimi vēti & tempestates. Armenijs in oris stat glacies iners. Armenia maior est & minor. est autem ad septētrionē. de qua legito Ptolemeum lib. v. & Strabo. lib. xi. Stat. horret. Iners. inertes reddens. Gargani. Garganus promōtorium est prope Apuliam ad stadia. ccc. ptendens in pelagus, orientem pspectans. vt Strabo ait lib. vi. Orni. pro quibuscūq; arboribus posuit. De ornis autem plura legito Ode. ix. lib. i. Flebilibus modis. luctuosis versibus & cantibus. Vrges. fatigas. Mystē. pueri nomen est hoc loco. μύστης autem sacra discens dicitur. mysticus arcanus. Vespero. Pli. lib. ij. cap. viij. de Venere ait. Præueniens quippe, & ante matutinum exoriens luciferi nomen accipit: vt sol alter. cōtra ab occasu refulgens nuncupatur vesper prorogans lucem viceve lunæ reddēs. Surgente .i. in occasu apparente. Fugiente idest mane ipso. fugere enim videtur a sole cum non appareat illo exorto. Ter æuo functus periphrasis est Nestoris: qui apud Ouidium inquit. Vixi Annos bis centum nūc tertia viuitur ætas. multi interpretantur annos. xc. inter quos etiam Acron: & Eustathius cōmentator Homeri, attribuentes sęculo trigīta annos. is autem in bello Troiano Antilochum filium amisit interfectum ab Hectore. vt Ouidius prima epistola narrat. aut a Mennone vt scribunt alij. Iuuena. Sat. x. de Nestoris fletu meminit. de Nestore etiam plura diximꝰ Ode. xv. lib. i. Troilon. is Priami filius puer Achilli congressus est & occisus. de quo Virg. li. i. æneí. Et Plautus in bacchidibus ait. Ilio tria fuisse audiui fata: quæ illi forent exitio: signum ex arce si perisset: alterum etiam est Troili mors: Tertiū quum portæ scęæ limē superum scinderetur. Sorores. Cassādra Polyxena & Creusa æneæ vxor. Desine mollium querelarū. per hypallagem desine molliter queri. Trophęa. Tropheon gręci dicunt: latini vero Tropheum. a τροπὴ quod est conuersio, τρέπω verto, τροπόω inuerto. Qui autem dux hostem conuerteret, Trophæum merebatur: qui vero plenam victoriam consequeretur, triumphum. Sępe autem arbor in qua hostium spolia affigebantur, Trophæum dicebatur: quod late poeta ostendit in pricipio lib. xi. æneí. Trophæa Cęsaris Augusti, scribit Sueto. Parthi quoq; Augusto & Armeniam vindicanti facile cesserunt: & signa militaria quę. M. Crasso & M. Antonio ademerant reposcenti reddiderunt: obsidesq; ī super obtulerunt: Scythas quoq; pellexit ad amicitiam populi Romani vltro per legatos petendam. Nyphaten. Nyphates mons est in Armenia Masio monti orientem versus imminens, vt Strabo lib. xi. docuit. Est etiam fluuius vt hic. & apud Lucanum. Armeniusq; tenens voluentem saxa Nyphaten. & Iuue. saty. vi. Quosdam facit isse Nyphaten In populos: magnoq; illic cuncta arua teneri Diluuio. Meduq; flumen. Media vt Strabo edocet lib. xi. duplex est. Maior & minor. in maiori æstatem parthorum reges agebant. frigida enim est Media. Media maior olim toti Asiæ dominata est, Traduntq; Medos multarum rerum auctores Armenijs fuisse. Est autem Media borealis & Armeniæ iuncta. Meduīq; flumen. Araxem intelligit: qui Armeniam & Atropaciam. idest Mediam minorem terminat: & in mare caspium egreditur. Tigris etiam labitur per Atropaciam fluuius celerrimus, vnde & nomen habet. Nam Medi sagittam tigrin vocant. Auctor est Strabo lib. xi. Gentibus additum victis minores voluere vortices. vult Nyphatem & Araxem siue Tigrī quum peruenerint ad victas gentes idest in Armeniam & Mediā, tanq̄ ipsi etiā victi sint, fluere leniꝰ & mollioribus vndis. Vortices. Vorsus & Vortices dixere antiqui: quę primo Scipio Africanus in e litteram secū dam vertisse dicitur. est autem contorta in se aqua: vel quicquid aliud similiter vertitur. inde propter flexum capillorum, pars summa capitis. id Fabius lib. viij. docet. Intra prescriptum .i. constitutū terminū ab ipso Augusto ne latius vagarentur vt olim. Gelonos. Geloni, vt Solinus scribit: populi sunt in Scythia: qui de hostiū cutibus & sibi indumenta faciunt: & equis suis tegmina. vtq; Mela scribit Geloni vrbem ligneam habitant.

Imber. Caspiū mare. Armenia Garganꝰ Lucifer. Vesper. Nestoris anni. Ilij fata. trophęa. Augusti laus. Nyphates. Media. Araxes. Tigris. Vortices Geloni.

ACR. Rectius vi. Ad Licinium scribit monens periculosum esse magna tentare: nec rursum si pericula timeantur inter angustias humilem vitam sordide continendam: & per allegoriam nauigantium mediocritatem suadet esse sequēdam. Ordo est. Licini dū cautus horrescis pcellas: rectius viues neq; semper vrgēdo neq; nimium premendo iniquum littus .i. nauigantibus periculosum. Auream. beatā. Vir. Aurea quæ perhibent illo sub rege fuerunt Sæcula. Obsoleti. Squallidi, sordidi. Caret inuidenda scilicet. a. inuidia mediocritatem carere dicit ex magnis ædibus: quę solet obrui

Decima Ode Dicolos Tetrastrophos Ad Licinium: de mediocritate.

Rectius viues Licini neq; altum
Semper vrgendo: neq; dum procellas
Cautus horrescis nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit: tutus caret obsoleti
Sordibus tecti: caret inuidenda.

Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.
Sępius ventis agitatur ingens
Pinus: & celsę grauiore casu
Decidunt turres/feriuntq; summos
Fulgura montes.
Sperat infestis: metuit secundis
Alteram sortem bene preparatum
Pectus. informes hyemes reducit
Iuppiter: idem
Submouet: non si male nunc: & olim
Sic erit. quondam cithara tacentem
Suscitat musam. neq; semper arcum
Tendit Apollo.
Rebus angustis animosus atq;
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

¶Rectius viues. Mediocritatẽ & tẽperãtiã pulcherrimã ꝑfecto virtutũ cõmẽdãs dicit. O Licini tu viues rectius neque semꝑ vrgẽdo. i. premẽdo altũ, idest multũ exaltatũ, & ita profundum mare, hoc est non sectãdo altissima quęq;, neq; p̃mendo semper littus iniquũ. s. nauibus, aut quia arena carinas terit aut quia scopuli latera concutiunt, dũ tu cautus. i. ꝓuidus horrescis nimiũ, procellas. i. vndas procellosas quae in alto sũt frequẽtiores q̃ ad littora. vnde in arte. Serpit humi tutus nimiũ, timidusq; procellae. hoc est neq; humillima quaeq; & abiectissima amplexãdo. vñ neq; honor, neq; res acquiritur. Verũ quisquis. i. quicũq; diligit mediocritatẽ aureã. i. optimã & pulcherrimã, is sup. tutus a periculo sublimioris conditionis, caret. i. vacat sordibus. i. imũditijs. tecti obsoleti. i. fere diruti, & situ ac imũditia victi, & is sobrius. i. maioribus abstinẽs, & eo qđ satis ẽ cõtẽtus, caret aula. i. regia, hoc ẽ domo regali, palatio sublimi, iuidẽda, i. cui qlibet merito iuideat, qa sũma petit liuor. Pinus ingens, idest valde excelsa, agitatur saepius, idest valde sępe, aut sępius q̃ arbores humiles: vẽtis, i. vi ventorũ, & turres celsae, idest sublimes, decidunt casu, idest ruina gauiore, quia res grauis q̃to diutius decidit tanto grauius conteritur & fulgura feriunt, idest concutiunt mõtes sũmos, non tamen penitus, quia sunt ad quos fulgura & venti non pertingunt. pectus vero decenter pręparatũ. s. tẽperãtia & cõtinẽtia, sperat rebus infestis. i. dũ res sunt infestae & aduersae, sortẽ alterã i. ꝓsperam, & metuit secũdis. i. dum res sunt secundę & nimium prosperę: sortẽ alterã. i. aduersã. vnde Philippus Macedo alexãdri pater dũ vno die tris lętos nũcios accepisset, Magne inquit. Iuppiter, ꝓ his tantis bonis modicũ reponas mali, sciẽs prudẽtissimus rex, ꝙ fortuna nũq̃ ẽ perpetuo bona. Iuppiter reducit. s. post serenitatẽ: hyemes. i. tẽpestates iformes. i oĩma grorũ speciẽ auferẽtes & contaminantes, & idem. s. Iuppiter submouet. i. clanculum aufert hyemes inducta. s. serenitate. Si male nunc est: non erit sup. continuo sic. i. male, &. i. etiam, oli. i. in futuro, Apollo suscitat. s. cãtu suo quõdã. i. aliquãdo citharam tacentem. i. nõ resonãtẽ, neq; tendit semper arcum. i. non semper infẽsus & ĩfectus ẽ. Nã dũ arcũ tendit, vltionẽ parat, dum citharam, hilaritatem. Et ideo quia & natura & dij naturę moderatores tẽperatã mediocritatẽ amãt. appare rebus angustis. i. In aduersis & afflictis rebus aĩmosus atq; fortis & tu idem cõtrahes vẽto secundo. i. prospero nimiũ. i. dum fortuna nimium arridet, vela turgida. i. inflata. i. non sequeris ductũ fortunae nimium prosperę, ne te pręcipitem det.

inuidia. Saepius ven. agi. in. pi. Metaphora ab arboribus & aedificijs tanq̃ maiora & in alto posita periculis subiacere semper & casibus. vt Iuuen. Numerosa parabat Excelsę turris tabulata vnde altior esset Casus, & impulsę praeceps immanae ruinae. Feriuntq; sũmos fulgura montes. Acroceraunia dicit: qbus a frequenti fulmine nomen est datum. Alteram sortem: fortunam bonam aut malam. Bene pręparatũ. instructum igenio & forti doctrina fortunatũ p̃parat em̃ se ad tẽperandã felicitatẽ & aduersã tenẽdã. Informes. turbidas assiduis imbribus. Submouet dat diuinitatis exemplum per imitationes tẽporũ ꝑ que sperare in aduersis & sẽper fortes esse debeamus. Nõ si ma. nu. &. o. s. e. generalis sentẽtia, nõ eãdẽ manere fortunam. vt Virg. Nunc olim quocunq; dabunt se tẽpore vires, & olim ꝓ futuro tꝑe posuit. vt nunc tu olim caelo spolijs oriẽtis onustũ accipies. Neq; semper. a. t. aliud posuit numinis exemplũ. quo eñ dicat nõ semꝑ bellorũ tristibus occupari, sed misceri dulcia cantilenę Idem quisquis es. Cõtrahes, supprimes. metaphora a nauigãtibus, nã sicut de icerto pelagi nautis, ita sapienti nec ĩaduersis desperandum, nec confidendum suadet in prosperis. Appare. obtempera.

¶Rectius. vi. li. Hac Ode Liciniũ Valgiũ alloquitur, monẽs. periculosum esse magna tẽtare, optimũq; eẽ mediae vitae statũ. Neq; altũ sẽper vrgendo, allegoria, qua significat neq; magna nimis ap petẽda, nec rursũ dum pericula times, iter angustias humilis ac sordidae vitae cõtinearis. Littus iniquũ. periculosum ꝓpter humilitatẽ vadorũ siue ꝓpter saxa. sed & hoc vt dixi allegoricos accipiendũ. Caret inuidẽda sobrius. i. sapiens q careat inuidẽda aula. i. inuidiosa bonorũ sublimitate. Saepius. v. a. i. p. per haec & quae subiecta sũt allegoricos significat altiora quaeq; hoim magis periculis esse subiecta. Feriuntq; sũmos fulgura mõtes. & hic & in supiori saepius per zeugma accipiẽdũ, vt sit sępius feriunt. Sperat ĩfestis. qđ est aduersum. Informes hyemes reducit iuppiter idẽ. per hęc vices eẽ bonarũ & malarũ rerũ ꝓbare vult. Nec si male nunc & olim. nũc futuri tꝑis est nõnunq̃. Hic iterdũ: aut nũnũq significat. Rebus angustis aĩosus atq; fortis appare. hac allegoria p̃cipit, nec aduersis rebus desperãdũ esse, & secũdis nõ nimis cõfidẽdũ. POR.

Argumentũ Odes. X.

¶Licinio poeta scribit hortãs eũ ad temperantiã & mediocritatẽ. nã qui summa petũt multis ac varijs casibus opprimuntur, inde grauius decidunt. Qui vero infima tenent ignaui semper habentur, & nullius sunt pretij. Ad illud etiã exhortat, ne. s. desperet meliora lapsis, neue cõfidat nimiũ secũdis. est em̃ omniũ rerũ vicissitudo, vt & Terenti. scribit, Rectius vi. Licini neq; altum. Ordo est. o, Licini rectius viues neq; semꝑ vrgendo altũ, neq; nimiũ premẽdo littus iiquum dum cautus horrescis procellas. Altum. id est pelagus, est autẽ hic allegoria. vult enim intelligere summa minime adeunda, infimaq; fugienda, mediocria vero sequenda. Procellas. casus arduos & pericula. Littus iniquum, propter vada & saxa nautis periculosa. intelligit autẽ sordidę & humilis vitae statum & angustias. aut eã mediocritatẽ. i. felicẽ & pulcherrimã. vnde & philosophus li. iiij. politicorũ ait ꝙ in omi ciuitate sũt tres species hominũ, Diuites, pauperes, & mediocres, inter quos optimi sunt mediocres, quia mediũ sẽꝑ ẽ optimũ. Tutus. philosophus idẽ lib. iiij politicorũ scri. mediocres ciues magis saluari, qm̃ nec insidias patiũtur, nec fraudes faciunt vt alij, quapropter sine periculo viuũt. Ibidẽ quoq; ait. Quarto magis aliquid accedit ad mediũ tãto melius, q̃to magis distat ab medio tãto peius. & li. ij. eth. ait ꝙ exuperatio & defectio bonũ ipm corrũpũt: mediocritas vero cõseruat. Obsoleti inquinati & polluti. Obsolere ẽ de vsu exire. Sobri9

ANTO
Mediocres.
obsolere

tẽperatus,moderatus,sine ebrietate:Inuidenda.i.pulchra,ingenti superba,sublimi,& ex qua ĩuidia oriatur Sæpius vẽtis.per exẽpla oñdit summa oĩa casibus asperis opponi.Sæpius ventis.Ouid.etiã ait.Summa petit liuor,pflãt altissĩa venti.Sũma petũt dextra fulmĩa missa Iouis.Sperat infestis.id quidẽ viri fortis est.vn de philosophus lib.iij.eth.ait.Etenĩ nemo tolerantior est malorũ hoĩe forti.is aũt(vt idem ait)homo fortis

Fortis vir.

ꝑprie dicitur qui circa honestã mortẽ & ea,oĩa quę repẽte eueniũt atq; afferũt ipam,interitus est.Alteram sor.i.iniquã fortunã.Præparatũ.i.institutũ ab virtute & edoctũ.Informes hy.Turpissimas tẽpestates bonorũ aũt & malorũ vicissitudines eẽ oñdit.Olim.in futurum.Sic.e.hic sit;punctũ.Quondã.i.quandoq; iũgitur enĩ sequẽtibus,posses etiã iũgere superioribus,sed tunc in futurum significaret,& olim in præteritũ Apollo.Scribit.Diodo.lib.vi.Apollinẽ dici citharę eiusq; musicæ ĩuẽtorẽ fuisse,Macro.aũt lib.i.sat.scribit,

apollinis cithara.

arcu & sagittis apollinis simulacra decorari,vt per sagittas intelligatur vis emissa radiorũ.manu tamẽ dextera gratias gestare,arcũ ṽo cũ sagittis sinistra,q ad noxã sit pigrior;& salutẽ dextera manus prõptior largiatur.idẽ quoq; est in Ode.xij.lib.i.angustijs,anxijs.Contrahes.metaphora est.illud autẽ Senecæ quod diximus:& hic cõuenit.Nemo cõfidat nimiũ secũdis.Nemo desperet meliora lapsis.



¶Eheu fugaces. Posthumū monet fragilitatis vitæ humanæ cum tanta sit necessitas mortis fatiq́ varietas, quo semel raptis omnia linquenda sunt. Aptum autem vt in syluis nostris diximus, est negocio nomē. Nam Posthumus is appellatur q post patris humationem & sepulturam natus est. Dicit ergo īcipiēs ab īteriectiōe lamētabili: q̄ res oēs tāgit. Eheu Posthume Posthume: anni fugaces. i. assidue fugientes: labuntur, id est præcipites eunt: nec pietas. i. pius cultus deorum & parētum: (scriptū est tamē: Honora patrem & matrem: & eris longeuus sup terram sed non erat poetæ notum) affert rugis & senectę instanti. i. properanti, & morti indomitę, id est indomabili: quia nulli parcit: moram. i. dilationē. o amice nō afferret moram: si, idest tametsi places. i. placare nitaris Plutona illachrymabilē. i. nullis lachrymis mobilē aut flexibilem, quotquot dies eunt. i. per singulos dies semel: tauris tricenis. i. tot quot sunt dies in singulis mēsibus: aut quia triceni vt triginta primam producit legat: trecenis. i. tercentum tauris: quod plus est q̄ si vaccis aut viculis dicat: scilicet Pluton compescit. i. arcet Geryonem regem olim Hispaniæ: ter amplum idest licet ter amplum, hoc est tricorporem & Tityon alumnū terrę p tota nouem cui iugera corpus porrigitur: arcet dicit vnda tristi. s. styge: scilicet enauiganda. i. quæ vnda enauigabitur (est autem hic septimi casus) omnib⁹ sup. nobis q̄cūq́ vescimur munere. i. alimēto terræ: siue erim⁹ reges siue erim⁹ coloni īopes. Nos carebim⁹ frustra. i. neq̄q̄ marte cruēto. i. cæde p̄ effusionē sanguinis: & fluctibus Hadriæ. i. hadriaci maris: rauci. i. rauce sonātis: fractis. s. vi vētorū. i. frustra neq́ occidemur gladio. neq́ submergemur aquis: & metuemus. i. metuendo cauebimus frustra austrum, scilicet ventū nocentem corporibus per autumnos: quia Cocytus fluuius infernalis ater. i. tenebrosus, errans idest vage fluens: flumine lāguido. i. debili: est visendus scilicet semel: & genus infame Danai. i. filie Danai nece patrueliū maritorū īfames: & Sisyphus Aelides. i. Aeoli filius dānatus. s. apd̄ īferos pœna sup. lōgi laboris est visendus: & genus visēdū. de quo labore eius dicit Ladinus sic. Longi laboris. quia perpetui: immo æterni: si fabulę credimus: & æternitate nihil longius. Sisyphus æolides. horū siue historia siue fabula adeo varia ābiguaq́ tradit, vt difficile sit oīa proseq. Nā & plures Sisyphi: & ex pluribus Aeolis nati vident. Primū autem Sisyphum dicunt fuisse regnāte Danao Argis: vel saltem Lynceo eius nepote atq́ genero qui illi successit. Voluntq́ hunc Ephyram in Achaia condidisse: quam deinde Corithus Orestis filius a se Corithū noīauit: & habuisse in vxorē septimā Atlātis filiā Meropē. de qua Ouid. Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit. Fuit & alter Sisyphus & hic æoli sed alterius a superiore filius, regnante Aegeo Athenis: q vt refert Lactan. in isthmo Achaiæ habitans: prætereūtes aut saxo obruebat: aut dum ab eo iussi pedes lauarent in mare calce ictos precipitabat. Adduntq́ suorū arcanorū a dijs participē factum illa mortalibus prodidisse, & furta Iouis cū Aegina manifestasse. Quo scelere a Ioue ea pœna ad inferos detrusum: vt saxum ex ima valle subuoluans in montis iugo cōstituere iubeatur. Verum cum ad locū deuentum est: rursus saxū ad ima ruit. Hinc Ouid. Aut petis aut vrges ruiturum Sisyphe saxum & Virg. subtracto nomine. Saxum ingens voluūt alij. & apd̄ quendam tragicum. Tum illud quod Sisyphus versat saxū sudans nitendo nec proficit hilum. Per quam rē eos arguere poetæ voluerunt qui perpetuis curis ac laboribus anxij semp circa magna versantur: & summos magistratus atq́ imperia per stultissimam ambitionem assequi tentant. Et quoniam maiora suis viribus expetunt: nunq̄ qd' volunt assequūtur: sed oēs eorum conatus inefficaces redduntur. Sapienter ergo & hoc Lucretius. Sisyphus in vita quoq́ nobis ante oculos est. Qui petere a populo fasces sæuasq́ secures Imbibit: & semper vict⁹ tristisq́ recedit. Et paulo infra. Hoc est aduerso nixantem trudere mōte. Saxum quod tandē summo iam vertice rursus Voluit: & plani raptim petit æquora campi. Hunc volunt Vlyssis patrem fuisse: quod illi etiam Aiax apud Ouid. exprobrat. Et sanguine cretus Sisyphio. Namq́ a Theseo interfectus sit: vt nōnulli dicūt: propter diuersitatem temporum quadrare non videtur: & fortasse erit tertius Sisyphus. sed poetarum licentia cuncta cōmiscet atq́ confundit. Aeolides. æoli filius. Verū de hoc alibi. nam neq́ etiam Aeolus vnus fuit.

ri: vt Virg. Tū rauca assiduo lōge sale saxa sonabāt. Metuēs austrū. austro eīm flante morbi generant autūno. vñ & Iuuenalis. Iam letifero autūno cedēte pruinis. Visendus ater. idest videbimus ergo damnatorum vmbras quas videntes beati prætereunt: aut quibus scelerati iungunt. Languido. tristi vel deformi, pigro, vt Tristiq́ palus innabilis vnda. Cocytus errans. flexuosus. vt Cocytusq́ sinu labens circunuenit atro. Infame. famosum a crimine. Danai. n. filiæ vna nocte iussu patris occiderunt maritos. vnde Virg. Sub vna nocte iugali Cæsa manus iuuenū. vnde pro vltione criminis apud īferos vrnis fractis aquam indefesse perhibent haurire. Damnatusq́ longi. s. æ. I. dānatus laboris dixit: vt damnatus capitis vel iniuriarum. hac autem manere pœna apud inferos Sisyphū dicitur, vt saxum contra mōtis verticem voluat, quo semp relapso finem nunq̄ meretur laboris. de quo Virg. Saxum ingens voluūt alij. Pro hoc tamē flagitio tali pœna pcussus est q̄ Aeginā Asopi filiā Iuppiter adamauit: eamq́ custodiæ patris furtim surripuit: & factū Sisypho cōfessus est: ille humana leuitate querenti eam primi prodidit. hinc tali apud inferos pœna dānatus est.

¶Eheu fugaces Posthume Posthume labūtur āni. Ad Posthumū hac Ode loquit de celeritate currētis vitę. Indomitę morti. idomitæ quasi ferocissimæ: quia nemo ab ea beniuolentiam & indulgentiam exorat. Sic & illachrymabilē Plutona statim subijcit. Quiter amplum. Geryonem. Ter amplum pro trimembri dixit. & accipiendum hic extrinsecus quamuis: vt sit quamuis ter amplū Quicunq́ terræ munere vescimur. proquicūq́ viuimus, Frustra cruento marte carebim⁹, Præsentia pericula magnopere vitare cupimus: cum nulla ratione mortem effugere possimus. Fractisq́ rauci fluctibus hadriæ. Fractis pro illisis dicitur. Dānatusq́ lōgi Sisyphus æolides laboris. Dānatus laboris sic dicitur vt capitis damnatus. POR.

Argumentum Odes. XIIII. ANTO

¶Ostēdit amico Posthumo iuuētā effugere nec pietatē aliquam futuræ senectæ aut īminenti morti moram afferre: non si Plutoni die quoq́ tauri tercentū mactarent (Placet autem magis vt trecenis legatur, quia debet esse secundus pes iambus) vnde & regibus & inopibus adeūda est Charōtis vnda. linquēda tellus domus & vxor: hæresq́ īde optimo cęcubo fruetur: & humi sparget prodigus quod ipse tātopere seruauerat. per q̄d innuit quidē poeta Posthumū ipsum potius debere frui bonis suis q̄ abutenda hæredib⁹ relinquere. Eheu fugaces. Ode est similis nonæ lib. i. Fugaces anni. Ouidi. lib iij. de arte etiā ait. Vtendū est ætate: cito pede labitur ætas. Nec bona tam sequitur: quā bona pria fuit. & alibi inquit. Eunt anni more fluentis aquę. Nec pietas mo ā. Ouid. quoq́ de morte Tibulli lib. iij. de amoribus ait. Viue tamē morie e pius: cole sacra: colentem Mors grauis a tēplis in caua busta trahet. Illachrymabilem. durum: implacabilē, & qui nullis etiā precibus & donis mouetur. Ter amplū Geryonem. i. trimēbrē. Virg libro sexto. Et forma tricorporis vmbræ. Reuera tamē tres fratres in Iberia fuerunt Chrysei filij. qui a diuitijs nomen id traxerat. vnius eī sæ enim Iberiæ imperabat, habebatq́ tres propugnatores filios: tū robore corporis: tū armis egregios. Exercitus p̄terea cuilibet fortissimorū militu erat q̄s demū trib⁹ magnis exercitibus fidētes singulari puocatiōe Hercules sustulit: gregesq́ boū secū abduxit. Diodorus id scribit li. v. Finxere autem poetæ Geryonē esse tricorporem, illius p vmbrā apud īferos esse. Iustinus īē lib. vlti. scribit Geryonē ipsum nō triplicis naturæ: vt fabulis proditur: fuisse: sed tres fratres tātæ cōcordię extitisse vt vno aīo oēs regi viderēt. Nec bellū Herculi sua spōte itulisse: sed cū armēta sua rapi vidisset amilla bello

Aetatis fuga.

geryões.

repetiſſe. Tityon. de hoc Virgi. lib. vi. ait. Nec non & Tityon terræ omni parentis alumnũ Cernere erat: ꝑ tota nouem cui iugera corpus Porrigitur: roſtroqꝫ immanis vultur adunco Immortale iecur tondens fœcundaqꝫ pœnis Viſcera rimaturqꝫ epulis habitatqꝫ ſub alto Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis. Macr. autem lib. i. de ſom. inquit. ꝙ vulturẽ iecur immortale tondentem nihil aliud intelligi volunt: quam tormẽta conſcientiæ obnoxia flagitio viſcera interiora rimantis: & ipſa vitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitione laniantis: ſemperqꝫ curas ſi requieſcere forte tentauerint excitantis: tanq̃ fibris renaſcentibus inhærendo: nec
Vultur vlla ſibi miſeratione parcentis: lege hac qua ſe iudice nemo nocẽns abſoluitur: nec de ſe ſuã poteſt vitare ſententiam. Triſti vnda, id eſt ſtygia. Virg. libro. vi. Et nouies ſtyx interfuſa coercet. Scilicet omnibus. Naſo itẽ de morte Tibulli. Scilicet omne ſacrum mors importuna prophanat. Omnibus obſcuras inijcit illa manus. Coloni. agricolæ vel inquilini. Fruſtra cruento. oſtendit fruſtra nos abſtinere a bellis & nauigatione: fruſtra nos abſtinere autumni auſtrum peſtiferum: nã omnino inferos adire debemus omnes mortis neceſſitate. Auſtrum. Plin. lib. ij. ſcribit ꝙ humidus eſt auſter præſertim Italiæ: ac noxius. De autumno autem ait Naſo de arte, Quum modo frigoribus premimur: modo ſoluimur æſtu, Aere non certo corpora languor habet. Cocy-
Cocytus tus inferorum fluuius. κωκυτὸσ luctus & hululatus dicitur. κωκύζω lamentor. κωκύω ploro lugeo lamentor. Mac. autem lib. i. de ſom. ait. ꝙ non aliud Cocytum eſſe aſſeruerunt: quam quicquid homines in luctum la-
Belydes. chrymaſqꝫ compellit. Danai genus infame. Belides intelligit: quæ fuere. L. filiæ Danai filij Beli. quæ etiam. L. filios Aegypti patrueles ſuos ac viros prima coniugij nocte occiderunt. præter minimam natu Hypermeſtram quæ Lino ſuo pepercit. de quo ample in Naſonis epiſtola habetur. ait etiam in Ibide. Queqꝫ parare ſuis letum patruelibus auſæ Belides aſſidua colla premuntur aqua. Siſyphus de hoc in met. legitur. Aut
Siſyph⁹. petis: aut vrges ruiturum Siſyphe ſaxum. per quod volunt intelligi: vt Macrobius ſcribit: qui apud nos ineſficacibus laborioſiſqꝫ conatibus vitam trahũt.

ACR. ¶Linquenda. a moriẽtibus ſcilicet. quia etiã dulces reliquunt affectus. Neqꝫ harum. ordo eſt: neqꝫ vlla arborum harum quas colis ſequetur te breuem dominum: ideſt parui tẽporis, præter inuiſas cupreſſos, id eſt rogis & luctibus conſecratas. Virgil. Et ferales ante cupreſſos Conſtituunt. Abſumet hæres. hæc cum inuectione dicuntur in eos qui nimia parſimonia conſeruant quæ prodigi hæredes abſumunt. Iuuena. Vt locuples moriatur egens. Tinguet pauimẽtum. ſolum prõptuarij. hoc eſt perfondet pauimentum negligẽs hæres vino deorum conuiuijs digno. Superbo. pro ipſe ſuperbus. Hypallage figura.

Linquenda tellus: & domus: & placens
Vxor: neqꝫ harum quas colis arborum
Te preter inuiſas cupreſſos
Vlla breuem dominum ſequetur.
Abſumet heres Cecuba dignior
Seruata centum clauibus: mero
Tinguet pauimentum ſuperbo
Pontificum potiore cœnis.

¶Linquenda tellus. Aperit quo mortis animo admonuit: vt videlicet bonis fruatur dum datur: nam omnia linquẽda ſunt: dicens. Tellus. ideſt terra & fundus eſt linquenda ſcilicet tibi: & domus eſt linquenda & vxor placens, ideſt tametſi placẽs eſt tamen linquenda. neqꝫ vlla harum arborum quas colis ſeq̃tur te breuem ideſt breuis temporis dominum: præter cupreſſos inuiſas. ſ. viuis, quia ſunt indices mortis: & ſacerdotibus, q̃ ſunt funeſte. Heres dignior. ſ. quam tu vita: quia te defũcto ſuperſtabit: aut dignior: quia fruetur bonis quibus quia tu abſtines indignum te cenſes: abſumet, i. ebibet cæcuba. i. bona illa vina: ſeruata. ſ. a te dum viueres: centum clauibus: tinguet. i. rigabit & madefaciet mero. i puro vino ſuperbo. i. nobili & ſuperbiente de loco & anno quo natum eſt: pauimentum: quia tam abunde bibet vt etiam pauimentum riget: aut vomitu, aut vino in poculis derelicto. quod euaporatum effunditur in pauimentum ab infundentibus recens in talibus cœnis: quod tamen cõtra leges artis bibendi apud Romanos ſeruate erat. Nõ ſignum acris & fortis potoris, erat auctore Plinio: nihil ad elidẽdum in pauimento ſummum ac poſtremum potum ex vino reliquiſſe. Vide Celium lib. iiii. cap. xxvi. mero dicit potiore, id eſt meliore: cœnis pontificum ideſt ꝗ̃ quo pontifices in cœnis ſuis que ſemper ſumptuoſiſſime fuerunt (vnde nunc theologicum dicunt vinum) vſi ſunt.

POR, ¶Præter inuiſas cupreſſos: inquit: quia funeribus cupreſſus adhibetur. Breuem autẽ dominum. i. breuis vitæ. Abſumet heres cæcuba dignior. Seruata centum clauibus. hæc cum inuectione dicuntur corripienti eum q̃ ad nimiam parſimoniam ſe conſtringat ad ſeruans quod heres prodige ſit abuſurus. Et mero tinguet pauimentum ſuperbo. Effuſurum eum paſſim vina ſignificat: quæ hic magnopere ſeruauerat recluſa. Superbo autem pauimento, pro ipſe ſuperbus.

ANTO Cupſſus. ¶Cupreſſos. Cupreſſi mortuorum domibus preponebantur: ideo ꝙ hec arbor exciſa non renaſcitur. ſicut ex mortuo nihil iam ſperandum: quam ob cauſam in tutela ditis patris eſſe putabatur: vt Feſtus inquit. Breuem. i. breuis vitæ. Dignior. tu enim illis caruiſti: tanq̃ indignus. Tinguet pauimentum ſparget quod tu ſeruaras tantopere. Super nobili & optimo. Pauimentum. domorũ ſolum. dicebantur etiam pauimenta Pœnica: hoc eſt marmore numidico ſtrata: vt ſcribit Feſtus. Pauire vero ferire eſt: vt idẽ ait. De pauimento autem plura diximus in Iuuena. Sat. xiiii. ibi. Verre pauimẽtum. Potiore. i. meliore & digniore cœuis ſacerdotalibus q̃ ſpargi humi. vel digniore vino quo vtebantur in cœnis pontificum.

ACR.



Am pauca. Antiquorum hic ſeueritatem & continentiam laudat: & queritur de preſentis luxuria ſeculi, quo tanta edificandi ĩuaſit libido: vt edificia latius porrigendo vel captando amœnitatis aſpectus, breui agros dicat aratiõi defuturos. Vndiqꝫ latius. non latius extenta: ſed latius viſentur: tanquam non in latitudinem: ſed ĩ altitudinem potius extenderentur porrigẽdo faſtigia: vt Lucrinus Baiarum lacus vndiqꝫ cõſpiceretur. Platanuſqꝫ cæ. euin. vl. Plures erunt, inquit, Platani quam vlmi: quæ ſine fructu ſunt magis ad amœnitatem deambulatiõis poſitæ: quia vlmi vtiles vitibus & neceſſariæ ſunt. hinc notat luxum preſentis tẽporis: vel ꝙ myrtus aut violaria anteferant

XV. Ode Tricolos Tetraſtrophos. De ruſticanis edificiis: & maiorum parſimonia.



Am pauca aratro iugera regiæ
Moles relinquent: vndiqꝫ latius
Extenta viſentur Lucrino
Stagna lacu: platanuſqꝫ celebs
Euincet vlmos. tum violaria &
Myrtus & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem
Fertilibus domino priori.
Tum ſpiſſa ramis laurea feruidos
Excludet ictus. non ita Romuli

Prescriptum & intonsi Catonis
Auspiciis veterumq; norma.

¶Iam pauca aratro. Graphice sui sæculi luxum in ædificiis extruendis taxat, & maiorum commendat continentiam & parsimoniam, dicens. Moles regiæ, i. tam ingentes vt regiæ videant hoc est regales structuræ: relinquent iam, idest deinceps si sic pgunt ædificare mortales vt instituerunt: pauca iugera aratro, i. arationi: & aruis serendis. Stagna quæ sunt ad voluptatem & munitionem ante priuatas domos ducta: visentur, i. videbuntur vndiq; extenta latius lacu Lucrino idest: quã sit lacus Lucrinus: qui tamen mari irrumpente maximus est. Et Platan⁹ arbor latis folijs, a quibus dicitur: cælebs, i. non coniuncta vitibus quia non nascuntur in platano: sed sub platano absumunt vina: euincet, i. excedet: vlmos arbores quibus vites quasi matrimonio coniunguntur in Italia: tũ, i. insuper Myrtus arbor odorifera: vt in Bucco. Maro. Et vos o lauri carpam & te o pxima Myrte: Sic positæ quoniam suaues miscetis odores, & oĩs copia, id est vis: narium, id est hærbarũ aut frondiũ odoriferarum spargent odorem: oliuetis fertilibus, idest vbi erant olueta fertilia domino priori. Olueta autem sunt vbi oliuæ nascuntur, i. oliuę feræ arbores. Tum, idest insuper laurea supple arbor, i. Laurus: spissa ramis excludet feruidos ictus scilicet Solis qbus vuæ maturescerent: non ita præscriptum, id est qđ nõ ita præscriptum erat auspicijs, id est principio & ductu Romuli: q iussit agriculturę intendi: & Catonis intonsi, i. rigidi & hispidi: atq; ita seueri: qui de re rustica multa scripsit: & norma veterũ: q de agricultura præceperunt & seruauerunt multa.

oliuetis: plusq; odorum copia quam fructus curentur. Cælebs autem vitibus, vidua: iõ oliuetum dixit fertile priori domino: q a præsertim solam posuerat fertilitatem placere. Tum spissa, r. l. ĩfructuosa etiam laurus: aut ad excludendos vmbra sua solis ardores posita: aut certe quia ideo in viridarijs ĩstituebat q; feruidis ictibus fulminũ credebatur eẽ cõtraria. Excludet ictus, contra maiorum laboriosam frugalemq; vitam Romuli vel Catonis dicit luxum presentem. Præscriptũ, præceptum, a magistris ludi tractum qui præscripta dant quæ imitentur. Intonsi autem ideo quia dicebant iniuriam naturæ fieri: si qđ tegmento capitis datum fuerat amputet. vnde & Lu. Intonsos rigidam in frontem descendere canos Passus est. Normã pro recta vita posuit. Metaphora a fabris: qui normam vocant ad quam opus dirigunt.

¶Iam pauca aratro iugera. Hac Ode de luxuria presentis sęculi loquitur. Sẽsus est aũt. tanta libido est hoc tempore latius porrigendi ædificia: vt breui defuturi sint agri. Vndiq; latius visentur extenta Lucrino stagna lacu, non tantum in altitudinem: sed etiam ĩ latitudinem student porrigere ædificia. Deniq; vndiq; lacus Lucrinus prospicietur ĩ Cãpania. Non autem latius extenta stagna ĩtelligendum: sed latius visentur. Platanusq; cælebs euincet vlmos. Cęlibem Platanum ait eleganter: quoniam econtrario maritari arbores dicuntur: quibus vites iunguntur, per hoc autem significat non nisi luxuriæ & ambitiosis voluptatibus studeri, Platanus aũt in ambulacris conseritur: vnde fructus nullus est. Copia narium odorem dixit. Spargent oliuetis, hoc est vbi olueta fuerunt. Significat autem futurum vt oleæ arbores vertantur ad conseruandas ibi Myrtos & violas &c. quæ sunt odori & voluptati. Non ita Romuli Prescriptum & intonsi Catonis Auspicijs veterumq; norma. Prescriptum & præceptum dicitur a magistris ludi qui scripta pueris dant, præcipiuntq; imitari, Intonsum autẽ Catonem ait: quia veteres pter seueritatem hirsuti erant. Normam pro regula dixit. Fertilibus domino priori, quæ olim vera sub priore domino, i. sub prioribus temporibus colebantur: & idcirco fertilia erant. Tum spissa ramis laurea feruidos excludet ictus. & laurea arbos infructuosa est: & tantum voluptuosis locis apta. POR.

Argumentum Odes. XV.

¶Damnat hac Ode ędificiorũ luxuriam. agri eñ illis occupati minus populo necessaria suppeditabant. Laudat inde maiorum parsimoniam. Census eñ priuatus olim breuissimus erat: res vero cõmunis ingens. Iam pauca aratro iugera regiæ. Ode est similis nonæ li. i. Regię. videbant enim regum domus. Vndiq; visentur. Ordo est. Vndique visentur stagna latius extenta, i. ampliora lacu Lucrino. Piscinas. n. intelligit, Lucrino lacu. Contiguus Baijs Lucrinus adest sinus: intra quem Auernus est: vt inquit Stra. li. v. Pli. quoque li. iij. pe Baias esse indicat lacum Lucrinum & auernum. Platani. Erant in vsu Platani apud Romanos: vel in villa: vel in hortis vrbanis ad vmbras inambulationum: quem vsum docuerunt Athenę in philosophorũ ocio. πλάτος aũt latitudo dicitur. πλατύνω dilato. Plura diximus in Iuuenalem ibi. Frontonis platani. Cęlebs, i. sine vitibus, per metaphoram, non iunguntur enim platano vites, quia vt scribit Plinius: iucunda est vmbra Platani: quãquã crassa. Cælibem autem dictum existimant q; dignam cælo vitã ducat, vt scribit Festus. Vlmos euincet. Hoc est plures erunt Platani voluptatis gratia consitæ quam vlmi cum vitibus. Narium, i. odorum. Oliuetis, vbi fuerant olueta. Fertilibus. nunc enim sublatis inde oleis violaria & similia ibidem conserebant ad voluptatem & odorum gratiam. Ictus. solares radios: vel fulmina intelligit. Laurus enim non tãgitur fulmine. vt scribit Pli. li. xv. Non ita Romuli. Ordo est. Non ita prescriptum Auspicijs Romuli & intõsi Catonis & veterum norma. Non ita præscriptum idest preceptum: Romulus enim precepit suis agriculturam & militiam: vt late ostendit Dionysius: & nos multa in principio Georg. Auspicijs. principijs & ductu Intonsi Catonis. i. rigidi & hispidi propter seueritatem. intelligendum vero est de maiore Catone: tunc enim meliores erant. Præterea intonsi veteres dicuntur: quoniam vt scribit Plinius li. vij. tonsores in Italiam ex Sicilia venere post Romam conditam anno quadringentesimo. liiij. adducente. P. Ticinio Mena. Primus oĩm radi quotidie instituit Africanus. Sequens diuus Augustus cultris sempˀ vsus est. Norma recta viuẽdi regula

ANTO — Platani. Platos. Platyno — Cęlebs. — Tõsores — ACR.

Priuatus illis census erat breuis:
Commune magnum: nulla decempedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat arcton:
Nec fortuitum spernere cęspitem
Leges sinebant: oppida publico
Sumptu iubentes & deorum
Templa nouo decorare saxo.

¶Priuatus illis. Ordo est. Census priuatus, i. res propria: erat illis, s. veteribus: breuis, id est modica: & commune sup. bonũ idest publicum: erat illis magnum: nulla porticus metata, id est mensurata dum fieret, decẽpedis, i. pertica aut regula decem pedum priuatis, i. in priuatum vsum addictis, excipiebat arcton,

¶Cõmune magnum. communis res omnis erat illis, vt in commune bonum. Nulla decẽpedis. Decempeda regula est decem pedũ ad quos ab artificibus fabricæ mẽsura colligitur, i. nulla priuata domus erat quæ porticũ haberet tantæ magnitudinis vt posset sufficere vmbræ sole vicino septemtrionali plagæ, tunc eñ paruissimę sunt vmbrę. Nã hyemali tempore latissimas etiam porticus solis occupat radius. Excipiebat arcton, quę tanta esset porticus: vt ĩ septẽtrionali plagæ sufficeret sui magnitudine: & ad hanc tantum pateret pro declinatione solis & auræ exemptione, ad cęli. n. clima seu porticus veteres seu ædificia constituebãt. vnde & Iuue. Decẽbri hyemale. Et algentem rapiat cœnatio so-

re. Metata. mensurata. disposita. nam metari dicebant castra, magna cura, ducum peritia q̄ constitui: quod augmentum luxus ædificio priuato dedit. Nec fortuitū spernere cæspitem idest non licebat aut neglectum horrere: aut rideri eum qui super herbam recumberet: aut dormiret. per quod significat simplicem ac sine ambitu vitam veteribus Romanis fuisse nec magna cura priuatas opes curasse, dum studiū omne publico ornatui impenderetur & templis.

idest vrsam, hoc est partem septetrionalem a qua Sol non influit. Vetus autem saluberrimus est: licet frigidior. quapropter addit opacam. vt scilicet opacitate vmbrosarum arborum venti vis impediatur. Nec leges: scilicet censorum: qui delicatos & sibi indulgentes acrius notabant: sinebant scilicet homines illo tempore spernere cæspitem idest terram cum herbis & radicibus, fortuitum idest forte inuentum dum sedere aut recubare vellent: pro quo nunc secessus multo artificio extructos habet. Leges dico iubentes decorare oppida publico sumptu, & templa saxo nouo idest externo, nec cuilibet viso.

POR. ¶ Priuatus. i. c. e. b. commune. m. idest familiarem rem angustam habebant: rempublicam magnam. Nulla de. nemo inquit priuatam domum ædificans decem pedum porticum septemtrioni obiectam metabatur. Septemtrioni autem obiecta porticus ætate delicatioribus grata est: quia solem nō contingit. Nec forf. c. l. f. Sensus & ordo est hic. nec sinebant leges spernere cæspitem fortuitum idest non licebat irridere eum qui super stipulam recumberet aut dormiret, per quod significat simplicem aut sine ambitione vitam veteribus Romanorum fuisse. Oppida. p. f. i. & d. t. n. d. f. hoc est opera templorum in oppidis publico sumptu iubentes edificari. est ergo hic figura schema quod ευλιαλυς dicimus: vnum in duos sensus diuisit. Oppida enim & deorū templa, pro eo quod est oppidorum templa.

ANTO ¶ Priuatus census. res propria. Commune, idest res communis & publica. Nulla decēpedis. Sensus est: nullus priuatus vir habebat porticum tantam ad septemtrionem pro æstiuo sole vitando: quæ etiam potuisset sufficere vmbræ Solis vicini plagæ septemtrionali. tunc enim vmbræ sunt minimæ. quod Iuue. Sat. vij. innuit dicens. Parte alia longis numidarum fulta columnis Surgat. & algentem rapiat cœnatio solem. Id quidē priores non habebant tantū luxus. Decēpedis. Decēpeda regula est seu pertica decem pedum qua fabricæ mēsura colligitur. Est autem sensus q̄ antiquorum porticum non erat tanta vt potuisset decempeda mensurari.

Decempeda. Metata. mensurata. Opacam arcton idest vmbram Solis viciniorís arcto idest vrsæ Boreali. Fortuitum. i. forte & casu inuentum quocunq̄ loco. Spernere. quin ibi sederent iacerent ve. Leges. quæ. s. parsimoniam iubebant: luxum quoq̄ prohibentes. Nouo saxo. i. externo loco adducto. Marmor enim e Laconia petebatur

Marmor nobile. viride & preciosum cunctisq̄ hilarius: vt scribit Pli. lib. xxxvi. Ex Armenia quoq̄ & Aegypto vectum est marmor: item est Numidia, Carysto, & Chio. Iuue. quoq̄ Sat. xiiij. iquit. Græcis lōgeq̄ petitis Marmoribꝰ.

ACR. Ocium diuos rogat. Hac Ode indicat ocium nemini non gratum esse atq̄ optabile: asseritq̄ a dijs stulte homines ocium precari: cum ipsi sibi id præstare possint, si cupiditatibus modus ponat. Nullis præterea diuitijs aut præmijs emi posse. Ordo est, Grosphe simul atra nubes condidit lunam: neq̄ sydera fulgent certa nautis prensus in patenti Aegæo rogat diuos ociū non venale gemmis: neq̄ auro: neq̄ purpura. Patenti. lato mari & vndiq̄ diffuso sine littoris alicuius aspectu. Bene prensus, tanquā furtum nauigans faciat insidiatus sereno. Aegæum autem mare ab Aegeo Thesei patre dictum. Certa sydera, nota: aut certe fidelia: quorū claritudo pernox sit vt merito eis credatur idest septemtrio. vnde & Luca. Miseros fallentia nautas Sydera non sequimur: sed quæ non mergitur arctos. Ociū. b. optabile etiam bellicosis nationibus ocium dicit. Pharetra decori, quia sagittarū vsu & armorum splendori decori sunt Persæ. Ocium naturale animi affirmat bonū: quod nullis possit diuitijs comparari. Gaze. diuitiæ. vt Troia gaza per vndas. hoc vero est: q̄ non diuitiæ homines ab inquietudine excusent, sed quies & electa mediocritas. Ordo est. nō em̄ gazæ neq̄ consularis lictor summouet miseros tumultus mentis: & curas volātes circū laqueata tecta. Lictor. lictorem pro dignitate posuit & honore, qui ocia denegat. Miseros tumultus mentis. non alibi grauiores curas esse quam vbi maiores sunt opes demonstrat. Volantes autem dixit discurrentes. Laqueata. lacunaria. sicut Virg. Atq̄ animū celerem nunc huc nunc diuidit illuc: In partesq̄ rapit varias: perq̄ oīa versat. Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis Omnia peruolitat late loca. Summiq̄ ferit laquearia autem dicuntur opaca cameræ, in lacum collectæ. Virgil. Dependent lychni laquearibꝰ aureis. Viuitur. p. b. paupertate sola beate approbat viuere. Luca. O vitæ tuta facultas Pauperis angustiq̄ laris. Salinum. pro quocunq̄ vase posuit fictili mēsæ pauperis. Tamen salinum est patella in qua dijs primitiæ cum sale offerebantur. Cupido. pro auaritia dictus. vnde & timor pro custodia census.

XVI. Ode dicolos Tetrastrophos. Ad Grosphum de Ocio,



Ocium diuos rogat in patenti
Prensus ægeo: simul atra nubes
Condidit lunam: neq̄ certa fulgent
Sydera nautis.
Ocium bello furiosa Thrace:
Ocium Medi pharetra decori:
Grosphe non gemmis neq̄ purpura venale neq̄ auro.
Non enim gazæ neq̄ consularis
Submouet lictor miseros tumultus
Mentis: & curas laqueata circum
Tecta volantes.
Viuitur paruo bene: cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum:
Nec leues somnos timor aut Cupido
Sordidus aufert.
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriæ quis exul
Se quoq̄ fugit?

¶ Ocium. Commendat verum ocium: & qua via id acquiri possit commemorat dicens. O Grosphe: prensus. i. is qui deprēsus est in tempestate in ægeo. s. mari patenti. i. aperto & exposito ventis & velis: rogat diuos ocium idest cessationem ab illo negocio simul. i. statim vt, atra nubes cōdidit. idest occuluit Lunam: quia noctu magis timendum est: neq̄ sydera certa nautis idest cognita & immobilia fere: vt vrsæ, fulgent nautis. Thrace idest Thracia furiosa idest licet furiosa & bellicosa, petit bello. i. dū bello premit: ociū. i. cessationē belli: & Medi. i. Parthi & Medi decori idest honesti pharetra: qua bene vtuntur: quia optimi sunt sagittarij: petunt diuos ocium non venale idest nō expositum a dijs venditioni: neq̄ gemmis: neq̄ purpura: neq̄ auro idest nullis diuitijs. Non enim Gazæ id est thesauri & diuitię sup. submouet: neq̄ lictor consulat: is idest minister fasces ferens ante cōsulem: submouet miseros tumultus idest agita-

tiones mentis: & curas volantes circum tecta laqueata, id est laquearibus ornata idest in diuitum maxime domibus versari solitas. Viuitur bene idest beate paruo idest etiã in paruo patrimonio: ab ipso sup. cui salinum idest vasculum salis: aut pro sacrificio, aut pro vsu priuato: paternum idest a patre per hereditariam successionem acquisitum splendet idest mundum tenetur: in mensa tenui: nec timor scilicet custodiendæ pecuniæ. vnde Iuue. Misera est magni custodia census, aut Cupido sordidus idest is deus qui non amatoribus qui plerĩq; lauti sunt: sed auaris præest: qui omnes sordidi. vnde licet pro cupiditate masculino genere protulit. Acron autem & Porphy. notãt id mire & inusitate factum. Sunt tamen qui legãt sordibus: vt aufert sordibus idest per sordes auaritiæ. verum vt dixi: si etiã Cupido auaritiæ intelligatur sordidus deus: vt amorum cæcus: analogia pateretur vtrumq; masculino genere enũciari. Sed ad ordinem reuertamur. nec timor ergo amittendę pecuniæ acquisitæ: nec Cupido idest deus auaritiæ. sordidus idest immundus & minime lautus: aufert scilicet illi qui paruo contentus est: & licet tantum salinum haberet, adhuc tamen splendidum ac mundũ teneret, leues somnos. Quid nos fortes idest validi ęuo breui idest parum duranti: iaculamur idest appetimus: sicut qui rẽ quam manu attingere nequeunt, iaculo deijcere eminus conãtur: aut iactamus animo multa idest res multas. cum paucis vti detur: quid idest ad quid: mutamus scilicet peragrando, terras calentes alio sole, auaritiæ causa: quis exul patriæ idest exiẽs solũ patrię suæ: fugit idest deuitauit: quoq; idest etiam se scilicet ipsũ: q. d. nemo. quia Cælum non animum mutant qui trans mare currunt. Fugit autem hoc loco: ne quis erret: est præteriti temporis: quia primam producit.

Iuue. Misera est magni custodia census. Iaculamur. pro appetimus: & dum breuis vita sit maior a tentam⁹. Quis exul se quoq; fu. a vitijs auaritiæ suæ quis poterit fugere: qui derelinquit patriam, diuitias autem quærit mutatione terrarum: vt est. Atq; alio patriã quęrunt sub sole iacentem.

Ocium. d. r. in pa. p. æ. Hac Ode Grosphũ equitem Romanum alloquitur Siciliensem, indicans nemini non ocium gratum esse atq; optabile. Ocium diuos rogat in patenti. Presus Aeggo. dicit omnes stulte a dijs ociũ optare cũ ipsi illud sibi prestare possint: quippe cum nullis præmijs ematur. non enim inquit diuitiæ aut honor sunt cuiquam quo minus inquietam sollicitudinis mentem patiatur. Et cu. as laqueata circum tecta. ostendit non alibi grauiores curas esse quam vbi maiores opes sunt. Cui pa. splen. in mente. sali. in mensa tenui: hoc est in paupere. Salinum patella in qua primitiæ dijs cum sale dantur. sed nunc pro vasculo domestico salis dixit. Dicit autem bene viui paupertate: quia paterna re familiari contentus victum non abhorreret. Nec leues. s. t. a. c. Cupidinẽ hic nõ puto pro amore posuisse: sed pro cupiditate quare miror masculino eum genere cupidinem dixisse: cum hac significatione hæc cupiditas dicatur. Terras. a. c. s. m. sic & Virgi. Atq; alio quærunt patriam sub sole iacentem. Patriæ. q. e. se quoq; f. sensus est. quis se quoq; idest aut vitium auaritiæ suæ: aut impatientiam suam potuit fugere qui patriam reliquit? POR.

Argumentum Odes. XVI. ANTO

Scribit Ode ad Grosphum: dicens ocium multos temere optare a dijs: cum per se ipsos habere possint remota rerũ praua cupiditate & auaritia. Vnde non diuitijs non honoribus curæ cedunt: sed sola mẽtis & animi quiete: qui paruo gaudet. Hinc Horatius ipse paruo lætus lyricis vacat ocio fruens. Ocium diuos. Ordo est. Grosphe simul atra nubes cõdidit Lunã: neq; fulgẽt nautis certa sydera, prensus in patenti Aegæo rogat ocium diuos. Ocium vacatio est a labore: cuius cõtrariũ ẽ negociũ. Prensus. a tempestate deprehensus. Aegæo. huius maris cõtracti exit⁹ sparsis ĩsulis fluctus adeo & ipsi plerũq; stridẽt & fremũt: vt nullũ aliud esse mare credatur: quod maiores efferat mot⁹ neq; periculosiores. Portenditur autem vsq; Tenedon: vbi tanq̃ tantæ tedeat amplitudinis, ĩ angustũ delabit alueũ. scribit id Dionysi⁹. Scribit & plura Plinius. Certa sydera syderũ obseruationẽ, ĩ nauigãdo phœnices ĩuenerũt. vt scribit Pli. li. vij. Bello furiosa Thrace. Thraces eñ bellicosi sunt. inde Phyllis ait apud Ouidiũ. Armiferã Thracẽ q regat alter erit. Vbi etiã Ouidi⁹, sicut Horatius hoc loco, græce variauit Thraæ Thraces: latine eñ Thracia dicit. Venale. id ꝑprie dicit quod est vẽditioni expositũ. Vẽdibile vero qđ facile vẽdi põt. hic aũt poeta vsus est Tmesi figura. Cõsularis lictor. dignitas cõsulũ & huiusmodi, quæ omnia ociũ denegãt. Gazę. amplæ diuitiæ. Consularis. pro omni magistratu & imperio posuit. ergo nec diuitiæ nec iperia remouent. Laqueata tecta. laquearibus ornata. Laquearia aũt sunt loca ipsa quadrata in tabulatis, Cui paternum. sup. bene viuitur illi cui &c. Splẽdet. splẽdere videt tanq̃ argentũ vel aurũ: Salinũ patella erat in qua primitiæ dijs cum sale dabantur. nunc tamen pro vasculo domestico salis dixit. Scribit ita Porphyrio. Timor. vel rerum suarum, vel suijpsius. diuitibus enim sæpe insidię parãtur. Cupido sordidus. Praua cupiditas idest auaritia. sed præter morẽ genere ꝓtulit masculino. Iaculamur. appetimus. metaphora est ab his: quia iaculo appetũt hostes. Alio calẽtes sole. Virg. it. elib. ij. Georg. Atq; alio patriã quærũt sub sole iacẽtẽ. Mutam⁹ auaritiæ causa. Se quoq;. sicut patriã. Se aũt. i. seipsũ & curas suas.

Ocium. Aegeũ mare.

Venale. Vẽdibile

Salinum

ACR.

Scandit æratas vitiosa naues
Cura: nec turmas equitum relinquit
Ocyor ceruis: & agente nimbos
Ocyor euro
Lętus in pręsens animus: quod vltra est
Oderit curare: & amara lento
Temperet risu: nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem.
Longa Tithonum minuit senectus.
Et mihi forsan tibi quod negarit,
Porriget hora.
Te greges centum Siculęq; circum
Mugiunt vaccę: tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa: te bis Aphro
Murice tinctę

Scandit æra. vi. n. c. ostendit neq; mari neq; terra siue militia posse queq̃ curas fugere suas vel peccatũ. Nec turmas equitũ. r. non deserit relictas turmas. relinquit. n. est deserit sensus aũt hic est. si equo quis velit curas fugere, nõ potest: quia & ceruis & ipsis vẽtis sunt velociores. Lætus in presens. plus ꝑsenti lætitia q̃ spe futuri animũ iuuari dicit. i. nõ plus lætet̃ q̃ expedit. Et amara. l. t. philosophicũ ꝑceptũ ad patiẽtiam exhortans: vt aduersa lætitia temperentur, & nõ satis prospe ris credatur: maxime cũ varietate vitę nec ꝑ voluntate ad oĩa felicitas cõstet: nec sint aduersa cõtinua. Abstulit cla. ci. m. Achil. ostẽdit rerũ hũanarũ diuersitatẽ ꝑ duo iter se cõtraria: exẽplo eorum qui sunt. putati felices. Achilles vero virtute ꝓcipuus cita morte iuuenis perijt. Tithonus maritus Auroræ tarde mortuus est per dãna deficiẽtis ętatis. viuendo. n. in cicadam cõuersus est. & ideo nihil dicit eẽ homini certũ: dum illũ cita mors punierit: alterum vero senẽ cõsumpserit ante vita q̃ fatum. Porriget ho. horam pro tempore posuit. i. variabilis fortuna prosperabit mihi. Tibi amara idest forsan tibi mors occur

rendo me pertransibit. Te gre.cen. finito p infinito vsus est: vt Mille meæ siculis errant in montibus agnæ Bis aphro. p Tyrio. sicut Indũ pro Carthaginensi. Mihi parua rura. dicit ita plerumq́ diuersa esse ingenia vt fortunas in diuersis studijs: vt sicut alij honoribus & diuitijs clari sunt: ita hic carmine illustret mediocritatem. Camœnę. genitiu' singularis. Et spiritum graiæ tanuem camœnæ. dedit mihi tenue ingenium Graiæ musę. scilicet vt possem lyra cantare primo a græcis inuenta. ordo est. & parca non mẽdax dedit mihi tenuem spiritum Graiæ camœnę, & spernere malignum vulgus. Graiæ camœnæ. i. græcæ. vel quia græci fuerunt poetę lirici (quos Hora. imitatus est) Alcęus & Sappho. vel quia primi græci carmina inuenisse perhibentur. Parca non mendax. immutabilis. vult .n. fataliter sibi hoc ingenium attributum.

POR. ¶ Scandit. æ. v. n. c. per hoc ostẽdit neq́ mari, neq́ terra posse curas suas effugere. Nec. t. e. r. idest etiam si equo velis curas effugere sequentur illæ te tamen. sunt. n. ceruis & ipsis ventis velociores. Lætus in p̃sens. presẽtibus inquit delectemur ac fruamur: futura non quęramus. Et amara. l. t. r. Amaritudinẽ vitę hilaritate interposita leniat. Nihil est ab o. p. b. extrinsecus hic audiendum est: quatenus concessum hominibus non est vt p omnia beati sint. Abstulit. c. c. m. a. l. t. ostendit diuersitatem rerum humanarum, duo inter se contraria ponens: breuem scilicet. Achillis vitam, & Tithoni vsq́ ad vltimam senectutẽ porrectam. Te greges centum siculæq́ circum mugiunt vaccæ. alij inquit diuitias insatiabili animo cupiunt: at mihi paupertatẽ cũ animi æquitate. per quod ostendit sic igenia diuersa esse plerumq́ hominibus: vt fortunas. Te bis aphro murice tinctæ Vestiunt lanæ. Aphrum muricem pro Tyrio dixit: videlicet quia Tyrij in Aphricam transierũt. i. Carthaginem condiderunt. Bis tinctam autem lanam dibapham purpuram dicit: quam scimus esse preciosissimam. Et spiritũ. g. t. c. Parca non mendax dedit. dedit spiritum tenuem idest subtilem accipe. Camœnæ Graiæ autem ideo dixit q̃ hęc carmina ad imitationẽ græcorum scribit. Graie genitiuus singularis est.

Vestiunt lanę: mihi parua rura: &
Spiritum Graię tenuem camoenę
Parca non mendax dedit mali gnum
Spernere vulgus.

¶ Scandit probat quod dixit, neminem se aut conscientiam suã fugere: quia cura vitiosa scan dit idest simul ascendit naues ærataas idest licet gratas & fortes: nec relinquit turmas equitũ: q tamen expeditiores sunt quam pedites: existens ocyor ceruis & ocyor euro idest vento orientali agitante idest pellente nĩbos idest nubes. hoc est nemo tam celeri vehitur naue aut equo vt curas effugiat, quæ ceruis & ventis perniciores sunt. & ideo animus lætus in presens. idest in rem presentem: oderit idest debet fugere: quod est vltra scilicet presens: hoc est adhuc expectandum: & temperet amara idest res amaras risu lęto idest nõ dissoluto sed temperato & maturo: quia nihil est beatum idest bene se habens, ex omni parte. Nam mors cita idest repentina: abstulit Achillem clarum idest gloriosum. senectus longa minuit idest vsq́ ad cicadæ quantitatem extenuauit, Tithonum scilicet maritũ Auroræ. Homerus Iliad. i. dicit Thetidi oblatam esse conditionem ab Ioue de filio: vt aut diu & inglorius: aut parum & gloriosus viuat: illamq́ accepisse breuem & gloriosam vitam, cum vtramq́ obtinere non posset. Et hora scilicet nascendi: aut temporis conditio: porriget forsan mihi id qđ negarit tibi scilicet longam vitam. Centum greges scilicet. ouium sup. sunt circum te: & centum vaccæ siculæ mugiunt circũ te. Equa apta quadrigis tollit tibi hinnitum (vbi quidam legunt hintum: sed non est opus: quia hypermeter versus non est improbandus dum modo abundans syllaba per sequentem vocalem absumatur) hoc est, est tibi bene educata: ita vt equum appetens hinniat: & lanæ tinctæ bis murice aphro idest purpura Tyria, quæ bis tincta idest dibapha illic fit: vestiunt te. Sed parca idest dea fatalis ab instanti natiuitatis cuiq́ officia quantum ad inclinationem diuidens: non mendax idest verax & secudũ Stoicos ĩfallibilis, dedit mihi parua rura, quæ ideo se fataliter habere contendit: quia illis contentus est: & ita sentit se naturaliter ad modica natum: quia Naturę sequitur semina quisq́ suæ & dedit mihi ten uem idest exilem spiritum. idest venam & inuentionem: aut potius ingenium: camœnę graię. i. ad lyricum carmen, graijs & nondum cuiq̃ latinorum egregie datum. imitatur autem potissimum, vt dictum est, Alcæum. & dedit spernere idest parui facere: vulgus malignum, idest sermonem vulgi de me: aut non curare quæ vulgus curat.

ANTO ¶ Scandit æratas. Curæ enim persequuntur quemlibet vel nauibus, vel equis fugerit: nisi paruo contentus fuerit. In præsens. in res præsentes: non in futuras. Risu. vt illud. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Abstulit clarum. per exempla nil esse beatum ab omni parte probat. Achilles enim quamuis clarus esset & illustris & inclytus: tamen iuuenis obijt. Tithonus vero quamuis diutius vixerit: tamen senecta oppressus est: & versus in cicadam ante obitum. Et mihi forsan. sensus est. forsan & ego diutius te vixero: q paruo fruor & lætor. tendit autem ad illud idem. Nil esse beatum ab omni parte. potest namq́ ditior citius paupere mori. Te greges centum. ostendit se paruo gaudentem ocio frui & lyricis operam tradere: quod diuiti

quadrigę Grospho non accidit ob imminentes curas. hinc ex diuersis fortunis diuersa fiunt ingenia: & nihil est ex omni parte beatum. Hinnitum. Hypermeter est versus. Quadrigis, idest ludis Circẽsibus. Quatuor autẽ equi simul iuncti Quadrigæ: quasi quadriagę vocantur. quod scribit Gellius libro. xix. cap. viij. Aphro murice, id

Murex. est Tyria purpura: nam apud Tyrum est purpurarum piscatus. hinc Tyria purpura optima omnium perhi

Dibapha bet. Auctor ẽ Strabo libro. xvi. Muricę. Murex piscis est firmiori testa circũdatus: e cu9 sanguine lana tingui

Purpura tur. de quo Plinius lib. ix. Bis tinctę lanę. Dibapham purpuram intelligit. Dibapha enim dicebatur quæ bis tincta esset, magno impendio. quod Plinius libro nono scribit. Spiritum tenuem. ingenium tenue. Graię camœnę, idest græcę musę. in lyricis enim græcos imitatur est, Alcæum potissimum. Parca nõ mẽdax, idest vera & immutabilis. vult autem ex fato esse: vt paruo cõtentus lyrica decantaret. Vulgus spernere, idest vulgi plausum & fauorem. per quod se minime ambitiosum esse ostendit.

ACR. Cur me querelis exanimas tuis. Mecœnatem ęgrum velut assidens alloquitur, querẽtem ęgrum de periculo suo, & pro pręsenti statu optantem mortem: procuius affectu vel amore dicit se ei esse nolle superstitem: sed quasi quodam sacramento deuinctum sociandum morte cui fuerat vita coniũctus. Ordo est. Mecœnas grãde decus & columẽ mearum rerum, cur me exanimas tuis q̃relis? Nec dijs nec mihi amicum est te prius obire. Ah te meę. iteriectio dolentis, hoc sensu quo superius dixerat amicorum animam in duobus corporibus con-

XVII. Ode Dicolos Tetrastrophos. Ad Mecœnatem ægrotantem.

Cur me querelis exanimas tuis?
Nec diis amicum est nec mihi: te prius
Obire Mecoenas mearum
Grande decus columenq́ rerum.
Ah te meę si partem animę rapit
Maturior vis: quid moror altera
Nec charus æque nec superstes

Integer: ille dies vtranq;
Ducet ruinam: non ego perfidum
Dixi ſacramentum: ibimus ibimus
Vtcunq; præcedes: ſupremum
Carpere iter comites parati
Me nec Chimęrę ſpiritus igneę:
Nec ſi reſurgat centimanus gigas
Diuellet vnquam. ſic potenti
Iuſtitię placitumq; Parcis

¶ Cur me querelis. Argumentum a Mancinello explicat. Ordo eſt. O Mecœnas grande decus & columen rerū mearū: cur exanimas .i. enecas me tuis querelis: querens te .ſ. morbo quo laboras moriturū: nec amicū .i. fauorabile & gratum eſt dijs, nec mihi: te obire prius, q̄ me .ſ. Ah ſi vis .i. neceſſitas moriēdi: maturior .ſ. q̄ decet .i. p̄matura: rapit te partem .ſ. dimidiatam aīæ meę quid .i. ad quid ego altera pars moror .ſ. in terris exiſtēs ſuperſtes .i. ſuperſtans vbi tu cecideris: nec æque charus .ſ. dijs: quib9 charus ſum propter te qui dimidiū es aīę meę: nec ĩteger, ablata .ſ. altera parte: illa dies .ſ. qui te rapiet: ducet vtrāq; ruinā .i. vtriuſq; occaſum & mortē. Ego enim iurans q̄ nollem tibi ſup̱uiuere, non dixi perfidū ideſt falſum, ſacramentū .i. iuramentū per ſacra. nos ibimus .ſ. tecū, ibimus inquam: vtcunq; ideſt qualitercunq; precedes: parati comites .i. comitantes te in via: carpere .ſ. tecum, iter ſupremum poſt quod ſcilicet non eſt amplius eundum. Nec ſpiritus Chimęræ ignæ ideſt tota flamma quā Chimæra in Lycia dicit̄ euomere: nec gigas Centimanus .i. Briareus. aut Aegæon, qui centum manus habuiſſe dicitur priuſq̄ occiſus eſt: ſi .i. tametſi reſurgat .ſ. cum manibus ſuis, diuellet me vnquam ſcilicet abs te. Sic enim placitum eſt iuſtitiæ potenti: quæ vult vt nemo inuitus & innocens contra iuramentum faciat: vtq; qui in vita coniuncti fuere, in morte non ſeparentur: & placitum eſt ſic. Parcis ideſt fatis: quæ viam ſemper inueniunt.

ſtitutam. Et ſerues animę dimidium meę. vnde & vnanimes dicti. hoc autē dicit ſine dubio alteram partem nō retinendā vna pereūte hoc eſt ſe negare ſup̱ſtitē. Nec charus ęq̄. nō ero inquit ita alteri futurus: ſicut ipſi: nec integrā vitā habiturus partē aīę iam ĩ illo extincta. Nec ſuperſtes ĩteger. quia tu es medietas meæ aīæ. Vtrāq; ducet .ſ. vnius caſu dicit ambos perituros. Non ego perfidū. falſum. tanquā non perfidū de ea re interpoſuerit iuſiurandū qđ ne ei ſuperuiueret. Ordo eſt. Ego nō dixi p̱fidū ſacramentum. ibimus ibimus parati carpere ſupremū iter vtcunq; p̄cedes. Vtcunq; prę, ſeu ætate ſeu ſorte precedet in ſupremo mortis die comitari ſe aſſerit Mecœnatē. Me nec Chimęrę. nullorum obiectione mōſtrorum ſocietatem diſiungi poſſe: quæ nec mortis terrore ſeparat̄. Cētimanus gigas. Briareus: de quo Virg. Qualis centū cui brachia dicūt: Cētenaſq; manus. Sic potēti iu. pla. ac ſi diceret fataliter habeo vt diuelli a te non poſſim.

¶ Cur me querelis exanimas tuis. Hęc dicit Mecœnati aſſidens ęgroto grauiter q̄rēti de periculo ſalutis ſuę: negatq; ſe velle ſup̱ſtitē ei viuere, mutuę charitatis pignora commēdās. Amicū hic pro grato poſuit. Ah te m. ſi. p. a. r. ma. v. q. m. a. ſenſus cōceptus eſt ex illa amicitiæ definitiōe: q̄ dicit: amicitiā animā vnā eſſe in duo corpora. ergo ait. Si te vis fatalis ſuſtulerit amicum: qui pars es altera animę meę, partem que apud me eſt nō retinebo. qđ ſignificat non ſe ei ſuperuicturū, Nec cha, æ. nec. ſ. nec charus inquit alij futurus ſicuti tibi ſum, nec integram vitā habiturus, p̱te. ſ. animę meę in te extincta. Non ego perfidū dixi ſacramentum .i. non perfidum iuſiurandum de hac re interpoſitum. Integer ille dies. vtrumque noſtrum abſumet. Supremum car. iter co. pa. ſupremum iter illud dicit: quo quaſi ad inferos itur. POR.

Nec ſi reſur. Cētimanus gigas Diuellet vnq̄. a te ſcilicet a propoſito de quo nūc apud te loquor, & ante iuraui.

Argumentum Odes. XVII.

¶ Dum Mecœnas acriter ægrotaret, morbi ſæuitia querebatur. quare Horatius longe dolebat. hinc ait ſe terreri & & perimi quodammodo querelis illius. Sed nec dijs nec ſibi gratum eſſe Mecœnatem Horatium morte perire: cum rerum ſuarum fuerit decus atque præſidium. Vnde iuratum ſe dicit nullo pacto velle Mecœnati ſupereſſe. Narrat inde amborum horoſcopum conuenire: cum eodem pene tempore oppreſſi fuerint: vtque Iouis tutela mortem Mecœnati tardauerit: ita eum truncus ſuſtuliſſet niſi Faunus dextra leuaſſet ictum. hortatur demum Mecœnatem vota perſoluere: votiuam ſcilicet ædem. ipſe enim humilem agnam ſacrificauit. Cur me querelis exanimas tuis. Ode eſt ſimilis. ix. lib. i. Exanimas. terres. perimis. Querelis. querebatur enim Mecœnas morbi ſæuitia. Amicum. gratum. Columen. præſidium. Te meæ partem animæ. Amicus enim eſt alius ipſe & æqualis æqualem delectat: vt habetur in Ethicis. Vis. mortis violentia. Altera ideſt ego ipſe Horatius altera pars animę meæ, Nec charus. nec charus ero æque, ideſt ita alijs vt nunc tibi: nec ero ſuperſtes integer. nam Mecœnas pars animæ deeſſet. Dixi ſacramentum. innuit ſe iuratum fuiſſe nolle Mecœnati ſupereſſe. Præcedes. Ordo eſt. vtcunq; præcedes ibimus ibimus comites parati carpere ſupremum iter. Vtcunque pręcedes. vel ætate vel ſorte. Chimęræ igneæ. id monſtrum erat triceps: per ſingula autem capita ignem emittebat. latius tamen videto in Ode. xxvij. lib. i. Centimanus gigas ideſt Briareus. Virgi. lib. vi. Et centum geminus Briareus ac bęlua Lernæ. dixere enim poetæ eum habuiſſe centum manus, & capita quinquaginta. is idem Aegęon quoq; dicitur ideſt terrigena. Iuſtitiæ. Iuſtum eſt enim vt gratiſſimus de nobis benemerentibus.

ANTO

Amicus.

Briareus

Seu Libra ſeu me Scorpius aſpicit
Formidoloſus: pare violentior
Natalis horę: ſeu tyrannus
Heſperię Capricornus vndę:
Vtrunq; noſtrum incredibili modo
Conſentit aſtrum: te Iouis impio
Tutela Saturno refulgens

¶ Seu Lib. Ordo eſt. vtrumque noſtrum aſtrum conſentit incredibili modo: ſeu aſpicit me Libra: ſeu formidoloſus. Scorpius pars violentior horæ natalis: ſeu aſpicit me Capricornus tyrannus heſperiæ vndæ. Per genituræ commemorationem horoſcopos ſuos ſimiles eſſe: & inter ſe aſſerit conuenire: in quibus vitæ finis apparet. vnde dicit quod tempore vno ille ægritudine: hic caſu arboris periclitatus.

¶ Formidoloſus. timēdus, q̄ naturaliter ſor

midandus sit: vt Sallustius. Et iam tum pote tia Cn. Pompeij formidolosa erat. Violẽtior præ omnibus iniquior natalis. infestus enim fertur Scorpius geniturę iuxta mathesim. tractat genituras amborum, dicens se seu horoscopum idest horam in qua natus est, in Libram haberet: seu in Scorpionem qui iuxta Libram est, contrarius illi Saturnus erat: seu in Capricorno horam habuit in illis diametres erat, hic quadratus: sicut & Mecœnati: quem Iuppiter illic positus temperauit. Horæ datiuus casus est. Seu tyrannus hesperię ca. vn. Capricornum tyrannũ dixit ideo quia hyemale signum est oritur. n. xiij. cal. Ianu. & occidit. xvi. cal. feb. & dum sol in Capricornum venerit, tunc generat maxime tẽpestates in Italia. Aut ideo posuit hesperiæ vndę: quia voluit intelligi occasum signi huius magis sequire tempestatibus quam ortũ: vt hesperiam vndam occiduã partem oceani: & ex eo occasum eius voluisset intelligi. Te Io. imp. tu. mortem dicit submouisse Iouis beneficam stellam: maleficam respicientem Saturni. Ordo est. te eripuit tutela Iouis refulgens impio Saturno: & tardauit volucris alas fati: cum frequens. p. t, c. lętum sonũ in theatris ostendit populum pro gratiã plausum dedisse. Cum po. f. ostendit populũ per gratiam Mecœnatis comperto ꝙ euasisset ægritudinis periculum in Theatro cõgratulantem saluti eius absenti & adhuc inualido plausum dedisse. Me truncus illapsus. c. ad illud retulit: ꝙ dixit vtriusq; astrum certa ratione coniunctum. Faunus. deus agrestium & syluarum. Mercurialium. doctorum qui in tutela Mercurij sunt. Mercurius eñ deus facundię dictus est. Aedemq; vo. m. vt memor esset voti soluendi hortatur: quia ędem si euasisset saluti promiserat. Nos hu. f. a. nõ humilem agnam sed humilium oblationi aptam. Mecœnatis. n. velut potentis votum fuerat.

Eripuit: volucresq; fati
Tardauit alas: cum populus frequens
Lętum theatris ter crepuit sonum.
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat: nisi Faunus ictum
Dextra leuasset Mercurialium
Custos virorum. reddere victimas
Aedemq; votiuam memento.
Nos humilem feriemus agnam.

¶ Seu Libra. Hunc locum videtur imitatus Persius ad Cornutum scribens ita. Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Consentire dies & ab vno sydere duci. Nostra vel æqua li suspendit tempora Libra Parca tenax veri: seu nata fidelibus hora Diuidit in geminos concordia fata duorum: Saturnumq; grauem nostro Ioue frãgimus vna: Nescio quod: certe est qđ me tibi temperat astrum. Dicit ergo poeta propter vnitatẽ animorum & studiorum se cum Mecœnate sub eodem sydere natum & ita par esse vt simul occumbat. Ordo ẽ. Seu Libra seu Scorpius formidolosus: quia marti datus, aspicit me idest horoscopum & domũ natiuitatis meę: existens pars violẽtior natalis horæ: seu Capricornus tyrannus. i. sęuus incubator: vndæ Hesperiæ: quæ dum Sol in capricorno est semper tempestate aut glacie agitatur: vtrũq; astrum nostrum. quia trium meminit Librę, Scorpij, & Sagittarij: credam legendum esse vtcumq; sup. est. i. quisquis dominus erat in hora natiuitatis nostræ, astrum nostrum idest constellatio: consentit incredibili modo. Nam tutela Iouis refulgens idest irradians tibi eripuit te Saturno impio idest fato per malignitatem. Saturni instãtiq; pro et tardauit idest immorata est volucres alas fati idest mortis: cum populus frequens crepuit idest applaudendo emisit theatris ter sonum lætum idest gratulabundum. Truncus illapsus. s. pene cerebro: sustulerat pro sustulisset: me: nisi Faunus a fando dictus: & ita custos virorum Mercurialium: leuasset idest amouisset dextra. s. sua ictum. memento ergo reddere victimas & ædem votiuam: nos feriemus agnam humilem; quia ipse humilis minori deo minora dabit.

POR. ¶ Seu Li. seu me Scor. as. for. Sensus est. in quocunq; signo horoscopum natiuitatis meę cõstitutum habeo, hoc intelligo tuo horoscopo conuenire: ac per hoc vnam genesim nos morum ęquitate habere. Seu ty. h. c. Tyrannũ nunc ideo dixit ꝙ hoc hyemale signum oritur. xvi. Kal. Ianua. occidit autem. xviij. Kal. Feb. quod tempus in vndas quasi dominatur idest sæuit. Hesperię vn. quare: nisi forte vult intelligi occasum signi huius magis sequire tempestatibus quam ortum: vt hesperiam vndam occiduam partem oceani: & ex ea occasum signi huius intelligamus. Te Iouis impio tutela Saturno refulgens eripuit. Aiunt Saturni stellam infestam esse hominibus: Iouis autem econtrario saluberrimam: Saturni pericula afferre: eaq; tamen cuinci superfulgente Iouis stella. per hęc significat periculo aduersæ valitudinis nuper Mecœnatem liberatum: cui ob hanc gratulationem populus in Theatro plausum edidit: eodemq; similiter tempore & se periclitatum repentino arboris ictu, de quo supra locutus. ita autem idem attulit vt illud probaret quod supra dixit. Vtrumq; nostrum incredibili modo consentit astrum.

ANTO ¶ Seu libra. afferit poeta Mecœnatis horoscopum conuenire cum suo: seu aspexerit eum Libra seu Scorpio seu Capricornus. Ptolemęus verbo. xxxij. inquit ꝙ si cõcordia duorum in re aliqua est ꝙ reperitur ex significatione illius rei in vtriusq; natiuitate. Si ergo fuerit in loco laudabili erit inter illos concordia bona: & qui fortior loco fuerit erit sicut agens & princeps: & debilior sicut patiẽs & subiectus. Libra. id signum & Taurus Veneri stellę complexionis temperatę attribuuntur. eo ꝙ res oriri faciunt: vt scribit Ptole. Scorpius. id signum & Aries Marti stellæ quę naturaliter desiccat dantur: vt idem ait. Capricornus. id signum & Aquarius dantur Saturno stelle: que naturaliter est frigida caloriq; contraria. quod idem scribit. Formidolosus. formidandus. Pars violentior natalis horę. horæ datiuus est. Pars autem violentior, de Scorpione ait: qm̃ Scorpius Marti datur. de quo Manilius lib. iiij. sic & plura inquit. Scorpius armata violenta cuspide cauda In bellum ardentes animos & Martia castra Efficit: & multo gaudentem sanguine ciuem. Nec preda quam cæde magis &c. Hesperiæ. Hispanæ & occiduæ. Capricornus. n. vt scribit Hyginus, ad occasum spectat. Tyrannus. id ait, quoniam teste Colu. lib. xij. xvi. Kalen. Ianua. Sol in Capricornum transitum facit: bumaleq; solstitium est: vt Hipparcho placet. itaq; tempestatem sæpe significat. Chaldęi in bruinale solstitium obseruãt. ix. Kalen. Ianu. Occidit autem Capricornus. xv. Kalen. Feb. quo die Sol in Aquarium trãsit. Iouis tutela. auspiter enim occultat impedimenta: & quum fuerit cum Mercurio delebit infirmitates medicaminibus vel per iustorum medicorum medelas. Auctor est Ptole. qui etiam dicit Iouem, Venerem, & Lunam fortunas esse. eo ꝙ earum est complexio temperata: & ꝙ eis multum caloris ac humoris inest. Opera vero Saturni ac Martis operibus predictarum stellarum naturaliter contraria esse: eo ꝙ horum alter per frigiditatem intẽsam & alter per siccitatem intensam operatur. Quum populus frequens. conualescens Mecœnas theatrum adierat: lætusq; populus ei plausit. tunc autem in agro suo Horatius casu arboris oppressus est: vt inquit. Mercurialium, idest doctorum. scribit enim Ptole. ꝙ Mercurius habet ex homine locutionem deliberationẽ, memoriam, linguam, fel atq; nares.

Libra. Taurus. Scorpius Aries. capricor. Scorpius Sol i Capricornũ Solstitiũ brumale. Sol i Aquarium.

XVIII. Ode de Dicolos Distrophos, de sua parsimonia, aliorumque auaritia.

NOn ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.
Non trabes Hymetię
Premunt columnas vltima recisas
Aphrica: neque Attali
Ignotus hęres regiam occupaui.
Nec Laconicas mihi
Trahunt honestę purpuras clientes.
At fides & ingeni
Benigna vena est: pauperemque diues
Me petit: nihil supra
Deos lacesso, nec potentem amicum
Largiora flagito.
Satis beatus vnicis Sabinis.

Non ebur. Quia vt vulgatus sed nō pœnitēdus ait versiculus, Turpe est doctori q̄ culpa redarguit ipsum, poeta detestatus aliorum auaritiā & in extruendis ædificijs & augendis fūdis inexplebilitatem, purgat se ab his vitijs dicens se minime curiosum in ædificijs & in eorum ornatu nimis splendido & pomposo, in vestitu quoq; minus delitiosum, sed benignitate ingenij atq; naturæ animiq; satietate & Mecœnatis beneficio satis ampli agelli possessione diuitem: neq; amplius a dijs, aut ab amico flagitare. Ordo est. Ebur, idest mensę & parietes eburni: non renidet, idest non resplendet in mea domo, neque lacunar. idest laquear. idest locus quadratus in cōuexu tabulatorum: quæ solaria vulgus vocat, quæ in cœnationibus inaurari solebant. renidet in domo mea. Et trabes hymetiæ. idest marmora prælonga ex Hymeto monte Atticæ regionis excisa trabis instar, quæ Thebaica scd̄m acronem dicuntur, non premunt columnas etiam marmoreas recisas vltima aphrica, vt ī Numidia. neq; ego hęres ignotus. vt erat populus Romanus occupaui regiam attali regis ditissimi, in cuius aula aulæa & ītertexto auro indumenta primum reperta dicuntur, & clientes, idest pedissequæ honestę, non trahunt mihi purpuras laconicas. id est non nent lanam vnde fiat purpura fascibus apta. At. idest sed fides est mihi & benigna vena ingeni pro īgenij & diues petit me pauperem. s. ob cōsilium aut carmina. Ego nihil lacesso. i. lacessendo peto: deos. supra: i. vlterius, nec flagito amicum potentem. s. Mecœnatē, largiora, existens satis beatus. i. diues, vnicis. i. solis Sabinis. s. possessionibus.

NOn ebur neque aureū. Metrum Hiponactiū, & primus v̄sq̄ e trochaicus dimeter catalectic9. vna em̄ syllaba deest, vt sit plenus dimeter. Scādit. n. ita. Nō e, bur ne quaure, um. Secūdus iābicus trimeter catalecticus. scāditur ita. Mea, reni, det in, domo lacu, nar. Appellat aūt hoc metrū aliter Euripidiū. non q̄ ipse sit inuentor eius: sed q̄ frequenter eo sit vsus. Trochaicum autem metrum recipit pedes imparibus locis trocheum, tribrachum, & interdum dactilum in paribus autem trocheum, tribrachū: dactylum. spondeum, anapestum: habet pentemimerim & heptemimerim. De continentia scribit, & paupertatem suam omnibus diuitijs præfert, culpans eos qui obliti breuis vitæ cupiditatibus & diuitijs student. Non e. pro deriuatiuo eburneum. Ordo est: non renidet in domo mea eburneum neque aureum lacunar. Hymetiæ. idest de Hymeto monte marmora excisa, quæ Thebaica dicuntur. Neq; at, i. ostendere vult Romanos non iure factos attali hęredes. Clientes familiares, vicinæ, oñdit votū clientū, quorū vxores cum nobilibus togæ ptextæ fiūt ad spem magistratuū gerēdorū purpuras carpentes iuuāt matronas. Vnde dicit, dū sibi ista desunt fide se & ingenio diuitem. Nec p. a. Mecœnatē significat, a quo se dicit maiora non quærere, dū beatum se factū fatetur fundo ab eo in Sabinis accepto.

Non ebur. n. a. m. Hęc Ode in continentiam scribitur, per quā paupertatē suā omnibus diuitijs pręfert. Non. t. h. marmor achaicum dicit, qd̄ cædit ī Hymeto monte atticę regiōis. Renidet, fulget significat. Premunt c. Numidia aūt est aphricæ pars interior. neq; attali. i. h. r, o. attalus rex asiæ Pergami regnauit, cuius hæreditatem populus Romanus cœpit. Dicēdo autem hæres occupaui, sibi suspitionē dat, quasi existimās hæreditatē vindicasse. Nec laconicas. m. t. h. p. c. hoc illo pertinet q̄ pretextas togas cū sibi nobiles conficiunt ad spem magistratuum agendorum. votum sit vxoribus clientū ad matronam conficientem conuenire, & purpurā cū ipsa carpere, at fides &. i. b. v. e. hic locus similis est illi Virgiliano. Si vero īgētē foribus domus alta superbis Mane salutatum totis vomit ædibus. Pauperemq;. d. m. p. hoc est gratia me petit. Nihil. s. d. l. Nihil inquit amplius Sabinis: hoc ē nec amplius Mecœnatē opto q̄ me satis beatum facit donando me vno fundo Sabino, qua possessione contentus satis beatum me iudico. POR.

Argumentum Odes. XVIII.

Ostendit hac ode se carere superba domo, carere etiam fastu, esse tn̄ fidei plenum, & ingenio pditū. Et q̄ diues cū paupere adit, ipse nil vlterius a dijs poscit contentus Sabino agello, pręfert itaq; paupertatē suā diuitijs cunctis. in auarū iñ inuehitur, q̄ quū deberet potius sibi sepulchrum parare, oblitus vitæ breuissimę domos struebat āplissīas, pximi agri terminos auellebat, virū & vxorē clientes suos pprio rure pellebat, deos & natos in sinu ferentes, mors tn̄ oībus æqua cūctos attrahet diuites simul & pauperes, nullo discrimine. qd igr̄ multa pdest appetere relinquenda sane? Nō ebur neq; aureū. Metrū est primū Trochaicum dimetrū Catalecticū. idest cui vna deest syllaba vt sit perfectū dimetrū, Secūdū v̄o iābicū trimetrū, cui etiā vna deest syllaba. De iambicis aūt plene legito Epodon primā. Lacunar. id laquear etiā dicitur. est aūt locus quadratus in tabulatis. Hymetię trabes. lapideę. s. seu marmoreæ, Est em̄ Hymetus atticæ mons nobilis qui mel gignit optimū. effossioq; marmorū pulcherrimorū ex ora Hymetia erat. vt Stra. docet lib. ix. Et pl. libro. xxxvi. cap. ij scribit L. Crassum oratorē primū peregrini marmoris columnas habuisse in eodē atrio. Hymetias tamen nec plures sex: aut longiores duodenū pedū. Vltima affrica. De Numidia intelligit, quæ pars est Libyæ, Masinissæ clara nomine, vt scrib. Pli. lib. v. In Numidia aūt lapis erat optimus ad colūnas Vnde Suetonius de honore Cęsari a populo collato, Postea inquit solidam columnam prope. xx. pedū lapidis Numidici in foro statuit: scripsitque parenti patrię. attali hæres ignotus. de attalo multa videto in Ode prima. Laconicas purpuras. Plin. lib. ix. cap. xxxv. ait in Laconica purpurā fieri, ex purpuraq; fasces securesq; Romanæ viam faciebāt. Ideq; color pro maiestate in pueritia erat, distinguebat ab equitatu curiam, Dijs aduocabatur placandis, omnemq; vestem illuminabat, in triumphali miscebatur auro. Honestę clientes. idest familiarum mulieres auxiliantes matronis. Trahunt mihi. i. ad meū decus & ornamētum. Supra. i. vlterius. Lacesso, precando fatigo, Potentem ami. Mecœnatem intelligit. ANT

Catalecticum. Lacunar. hymetus numidia laconica.

Truditur dies die,
Nouęq; pergunt interire Lunę

Truditur dies die. tāq̄ parū esset q̄ dixerat diem die excludi, addidit integri mēses trāsiliunt, nā p nouas lunas recursus mensiū itelligimus. Nouęq;. p. i. l. desinūt crescere vel ACR.

potius defectus pati. Tu.s. Ordo ē. Tu parū locuples cōtinēte ripa: & Imemor sepulcri locas secanda marmora sub ipsum funus & struis domos, & vrges summouere Baijs littora obstrepētis maris. Sūmouere.l.effusionē diuitū culpat: vt Sallust. Qui diuitias suas ꝓfundāt in extruēdo mari & mōtibus coæquādis. Parū locuples. minusdiues nisi etiam alienū īuadas elementū. Pellitur. p.i.s.f.d. Ordo est. pellitur & vir & vxor ferēs in sinu patnos deos. Sordidosq.n. acerbitatē facti euidēter expressit, dū hoīes pauperes ac religiosos sedibus suis violēter expulsos sacra deorū penatū secū ferre cū discedāt, & nihil amplius q̄ filios suos, demonstrat, quos sordidos ad grauiorē pellentium inuidiā dixit. Nulla, c.t. ordo. nulla aula manet diuitē herū certior destinata fine rapacis orci.i. nulla domus expectat diuitē dominū q̄ certior sit destinata fine rapacis orci, eaq̄ vi tollitur, acsi diceret: q̄uis serius ocyus ve cuncta fluant, sunt tamen quæ semper mansuræ referātur, vt Roma, sed nulla domus certior se credat rapiendā & dissipādā fine rapacis orci, q̄ quæ diuitem continet dominum domino abstracta proximi, Aequa tellus. superuacue dicit minoris fortunæ hominu in fines inuadi. vel diuitiarum moles cōgeri, dum par sit omnibus sepulcri mensura vnde & Iuue. Mors sola testatur hominum corpuscula. Pueris. pro filijs. vt ne pueri ne tanta animis. Nec satelles.o.c.P. ostēdit nullis muneribus flectendos manes, vt remeare possit quilibet ab inferis, Hic leuare functum, Ordo est, Hic vocatus atque non vocatus audit leuare pauperem functum laboribus. Audit. bene audit: q̄a mors vt necessitas est, ita perpetua est requies laborum.

Tu secanda marmora
Locas sub ipsum funus: & sepulcri
Immemor struis domos:
Marisq̄ Baijs obstrepentis vrges
Summouere littora
Parum locuples continente ripa.
Quid q̄ vsq̄ proximos
Reuellis agri terminos: & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In sinu ferens deos
Et vxor & vir: sordidosq̄ natos.
Nulla certior tamen
Rapacis orci fine destinata
Aula diuitem manet
Herum, quid vltra tendis? equa tellus
Pauperi recluditur
Regumq̄ pueris. nec satelles orci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus, hic superbum
Tantalum atque Tantali
Genus coercet, hic leuare functum
Pauperem laboribus
Vocatus atq̄ non vocatus audit.

POR. Truditur dies die. In eos inuehitur qui intelligunt tempus vitæ suæ velociter currere nihilominus tñ non desinūt ędificia domorum ingentia ac præciosa cōstruere, cū potius deberent si mēores mortalitatis essēt, sepulcra sibi struere. Marisq̄.b.o.v. Ordo est littora maris obstrepentis Baijs.i. baianis littoribus perstrepentibus. Hic autem corripit eos qui in Campania affectant molibus in mare iactis prætoria superædificare. Quid q.v.p.r.a.t. accedit nunc inquit ad ambitionem tuam auaritiæ scelus, q̄ vicinos tuos per impotentiam agris suis expellis. Pellitur p.i.s.f.d.&.v.n. hic ipsa rei acerbitas descripta est, homines. pauperes a religiosis sedibus suis pulsos etiam sacra deorum penatū secum ferre quum discedant, nec aliud amplius q̄ filios suos: quos sordidos dicēdo grauiorem inuidiam expellentibus facit. Nulla.c.t.r.h.f.d.a.d.m.h. Licet inquit o diues habeas quod optas, scito tamen nihil tibi ꝓprium esse magis q̄ mortem. illa enim quæ possidentur temporalia sunt: At mors perpetua est. Regumque.p.n.s.h. pueris pro filijs positum. Regum autem significat omnes & diuites & pauperes pari mortalitatis conditioni subiectos esse & idcirco non magnopere appetendos esse honores nec diuitias. Hic leuare.f.p.l.v.a.a. velle videtur, q̄ vt mors necessitas est: ita tamen requies perpetua laborum.

ANTO Truditur dies die. dies diem pellit. Nouę lu. menses intelligit, qui etiā trāseunt breui. Pergunt interire decrescendo paulatim nouæ Lunæ interierunt. & sic menses ipsi. Tu se. mar. in auarum inuehitur. de secandis autem marmoribus videto Plinium libro. xxxvi. Locas. marmorarijs scilicet & scul-

¶ Truditur dies die. Carpit aliorum stultā auaritiā cū sub ipsum funus marmorea parent ædificia, & veteres cliētes excutiāt paterna possessiōe, quū tñ nulla certior sit aula q̄ orci, ad quā oēs tēdimus, Moris ē poetę ī hoc ꝑsertī opere quē laudat nominare, & quē vituperat nō expresso noīe potius monere q̄ capere, in quo se cādidū & humanū significat. Ordo est, Dies truditur, idest conteritur & cito transigitur die, idest a die sequenti, & Lunæ nouæ pergunt interire, idest vt veteres fiāt & ita intereāt nō lunę, sed vt dicūt lunationes, hoc est illuminationes Lunæ: & tamen supple tu cito moriturus locas, id ē pretio statuto marmorarijs tribuis, sub ipsum funus, idest paulo ante sepulturam tuam marmora secanda, idest incidēda, polienda, & ad opus aptāda, & immemor sepulcri struis domos: & vrges. i. instas vigenter summouere. idest extendere littora occupando.s. vada vicina littoribus ædificijs, littora dico maris obstrepentis.i. dulce murmur excitantis, aut indignantis se excludi Baijs.i. ad Baias iuxta Lucrinū sinū, de quibus Iuue. Ianua Baiarum est & gratum littus, amœni Secessus. vrges dico existens q̄tum est ad opinionem tuam parum locuples ripa continente.i. terræ adhęrente: nisi & mare inuadas. Quid supple dicā cum multo fœdius & iniquius sit, q̄ tu reuellis.i. eruis vsq̄.i. semper terminos agri: idest limites proximos.i. lapides inter tuum & proximū agrum positos, & tu auarus salis idest saltu transcendis (est enī verbū salio salis) vltra limitem clientium: idest eorum qui tuo patrocinio & fidei sese commiserūt. & ita & vxor: & vir.i. maritus, pellitur scilicet a te, ferēs in sinu deos paternos.i. penates: quos lōga possessione & obseruātia maiores coluerāt, vñ & ipsi pij significātur, qui relictis cæteris rebus ferūt in sinu deos paternos, & natos .i. liberos, sordidos.s. ob inopiam. Et tamen quāuis tam ardenter & tam iniq̄ hic ædificia & possessiones extendere conaris: nulla aula: idest regia domus, manet diuitem herū.i. dominū certior aula orci.i. Plutonis: rapacis: idest ad se cunctos trahētis, destinata.i. addicta cuilibet: fine, i. in fine dierū. Quid tendis vltra? idest quid semꝑ plura q̄ris? tellus recluditur.i. aperitur dū sepulcrum fit: ęqua.i. æqualis aut eque magna. vnde de alexandro magno dicit Iuue. Saty.x. Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis, aestuat infelix angusto limite mundi Vt gyaræ clausus scopulis paruaq̄ seripho. Quū tñ a figulis munitam intrauerit vrbem Sarcophago contentus erit, mors sola fatetur, Quantu-

la sint hominũ corpuscula.recluditur ergo ęqua:quia pro modulo corporis:pauperi,& pueris,i.liberis,regũ.i.ditissimorum Nec satelles.i.portitor & minister orci.i.Plutonis.i.Charõ reuexit.s.in hũc mũdũ:captus.i.corruptus auro.qa vita auro redimi nõ potest.Promethea callidũ,i.tãetsi callidũ: vt qui Ioui ignẽ suũ furatus erat.Hic.s.satelles orci:coercet.i.cohibet ne exeat,Tantalum superbum,quia deorũ cõuiuã,& genus Tantali:vt Niobẽ Atreũ Thyestẽ Pelopẽ & cęteros qui ab eo descenderũt.Hic vocatus atq; nõ vocatus.i. siue petũt dissolui corpore mortis huius,siue malint in miseria manere,audit quãtum ad vtilitatẽ,licet non omnes q̃tũ ad vota:leuare,i.liberare pauperem functum laboribus.idest munere vitæ.

pforibus.Sub ip sum fu.id est circa vel prope mortem.Baijs.Baiæ contiguæ sunt Lucrino sinui ab Vlyssis socio nomine Baio sic dictę,erant ibi calidæ aquæ & ad voluptatẽ & ad sanãdos morbos accõmodatissimæ qđ scri.lib.v.Stra.Vrges. instas, Submouere littora. multi enim non contenti prætorijs & amplis domibus in terrã manentibus etiã in mari ædificabant prope Baias voluptatũ gratia.Continente ri.idest firma ripa: Quid q;.addit etiã plura prędictis. Salis, id est saltas. Pellitur. , auari impietatem innuit pellentis proprio rure clientes etiam.Paternos de.per id longo tempore eum agrum illius miseri clientis & suorũ parentum fuisse indicat,Sordidos.eorum paupertatem indicat.Nulla certior.sensus est: Quis diues auarus multa possideat,& sine fine exoptet, attamẽ ei nulla domus certior ẽ Plutonia domo.illic enim morabitur in perpetuum,Rapacis orci:idest Plutonis omnes ad se rapientis:Fine destinata.constituta fine hominibus omnibus,illuc enim traducimur cuncti.Pueris.filijs.Satelles orci.Charon portitor intelligitur.Callidum Promethea. de hoc videto in Ode tertia lib.i.Callidũ aũt inquit:quoniam Prometheus dici potest prouidens vel prudens,Prometheo vero prouideo.de quo etiam videto in Ode.xvi.li.pri.Reuexit stygia.videlicet cymba.Tantalum.de hoc latius suprà. Tantali genus.vt puta Nioben Atreum & Thyesten.de quibus late superius.Hic leuare.Ordo est.hic charon vocatus atque non vocatus audit leuare pauperem functum laboribus,idest qui laboriosam vitam habuerat.morte enim media pauper laboribus & curis omnibus alleuiatur.

Baiæ.

XIX. Ode Tricolos Tetrastrophos: De Baccho & eius laudibus.

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem (credite posteri)
Nymphasque discentes, & aures
Capripedum Satyrorum acutas.
Euoe recenti mens trepidat metu:
Plenoque Bacchi pectore turbidum
Lętatur. euoe parce Liber:
Parce graui metuende Thyrso.

¶Bacchum,vt mancinellus inquit:hoc carmine celebrat,forte q; ĩ eius tutela ẽt poetæ sũt. vñ poetico quodã furore dum hæc scriberet percitus videtur.Est aũt ordo.Ego vidi Baccum docẽtẽ ĩ remotis rupibus carmina,qđ qa vero simile non est, ad dit per parenthesĩ,o posteri.i.qui post me futuri estis, credite.s.id verũ esse,q; vidi nymphas discentes & aures satyrorũ capripedũ:idest caprinos pedes hñtium,acutas,idest arrectas, quo situ acutiores sunt q̃ demissæ.Euoe: q̃ bacchãtiũ vox est: mens trepidat metu recenti.q.d. quem paulo antehac habui, & lætatur.s.mẽs,turbidum,idest turbide:videlicet pectore existente pleno Bacchi.Euoe liber.i.Bacche pater,qui & liber diceris,parce.s.mihi. Nam qui sentiũt se a numine inuadi excutere moliuntur.parce inquit,o tu Liber metuende Thyrso.id ẽ hasta pãpinis ĩuoluta,graui,vt quo furorem sacrum incutit.

ACRON.

Bacchum in remotis.Hac Ode indicat a se visum liberum patrem in secretis nemoribus carmina docẽtem. & quasi perturbatus his visis exclamat,velut pręsentiam numinis sentiens. Euoe. Ordo est. Vidi Bacchum docentem carmina in remotis rupibus,& vidi Nymphas discentes: & acutas aures capripedum satyrorum.Capripedum satyrorum. Panas dixit caprarum pedes habentes. Acutas. & ad audiendum & ad ipsarum aurium figuram.Credite.p.i. etiam vos credite qui venturi estis,talia dicẽti.Nymphas.musas.nam quidam volũt ipsum Solem,ipsum Apollinem,ipsum Dionysium.nã vt illi nouẽ sacratæ sunt musę, ita soli nouem circuli.& Dionysio similiter chorus baccharũ. Modo tñ ,p musis nymphas.Vir. Nymphę noster amor Libethrides aut mihi carmen Quale meo Codro cõcedite.Turbidũ.turbida mens lætatur. parce.g.m.Thyrso.fronde, vt velut turbatam ostenderet mentem, putat sibi infesto Thyrso deum imminere.Graui autem dixit perniciosũ, vt ipse superius. Grauesque principum amicitias.

POR.

¶Bacchũ in .r. Hac Ode indicat a se visum Liberum patrẽ in nemoribus carmina docẽtem: & quasi perturbatus his quæ audierat exclamat.Euoe aures.c.s.a.Acutas satyrorũ aures non ad audiendum tantum referẽdas dixit,:sed etiam ad figuram eorum, nam sic videmus satyros fingi oblongas aures acutasque habentes.Lætatur Euoe. metuit.trepidat.faciẽ sagittæ perturbatum significat.& mira energia totus hic locus explicatur. Plenoq;.b.p.t.eu.r.mens.t.metu. p.pectore.b.c.& est bonus sensus.viso enim deo qs nõ perturbetur,licet gaudeat:Et bene repetitũ Euoe:quasi incitamẽto metus ad hanc exclamationẽ instigante. Parce Li.p.g.m.s bñ hæc dicuntur ab eo qui per ipsam mẽtis pturbationem putet sibi infesto Thyrso deum imminere.

Argumentum Odes.XIX.

ANT

Fatetur Horatius in secessu vidisse Bacchũ docentem carmina musas discentes: satyros quoq; attentos inde ipsius Bacchi gesta & laudes celebrat.Macro.aũt lib.i. Satur.scrib. Aristotelem multis argumentis asseuerare Apollinem & Liberũ patrem vnũ eundemq; deũ esse.de Libero aũt & musis videto latius in Ode xxxij. li.i.Bacchũ in remotis,Ode est similis nonæ,Nymphas,i.musas,Satirorũ,Dionysius lib. primo scribit osirim:qui etiã Dionysius dictus est:secũ habuisse in castris satyros ad cantum & animi remissionem aptos.Satyrorũ,Satyrus animal est quod teste Solino de hominibus nihil aliud præfert q̃ figuram.Hierony. in vita Pauli scri.beato antonio,apparuisse homũculũ aduncis naribus,& frõte cornibus aspera, cui extrema corporis in caprarum pedes deficiebãt.qui interrogatus quis esset, indit se mortalẽ esse vnum ex accolis eremi,quos delusa gentilitas Faunos satyrosque & incubos colit. Euoe. vox græca & bacchantium est: caretq; aspiratione,vt aiunt. Metu.numina eñ terrorem quẽdã incutiunt sui pigritia.Pleno Bacchi pectore.Se afflatum diuino Bacchi spiritu indicat.Turbidũ,,p turbide.mens eñ trepidabat.Parce Liber,tanquã indignus fuerit vidisse numen veniam orat,

Dionysius,
Satyri.

Euoe.

ACR.

Peruicaces est mihi Thyadas:
Viniq; fontem: lactis & huberes

Fas nõ significat nũc licet.sed possibile ẽ vult eñ probare se deo non indignũ eẽ mysterijsque eius,que ad sacra eius ptinet: sufficere cantandis.peruicaces, proteruas,propter bacchãtiũ discursus & saltus,Thyadas bacchas.

chas dixit a sacrificio velut Theadas. theon græci deū: ita & sacrificiū vocauere, atque. t l.c.i. ex integro cātare & repetere, vel certe manere facere, vl iterū tollere. Virg. & dumanere facere, vl iterū tollere. Virg. & du- ræ, q.s.r.m, Iō aūt sacra cōmemorauit poeta, qa ī speluncis Dionysio vino & melle & lacte sacrificabaī, Beatę cōiugis additū stellis honorē, ariadnē ī honorē Dionysij commemorat inter sidera collocatam, q̄ corona dicitur data ardens a Vulcano, vt Gnosiaq; ardētis decebat stella coronæ. Tectaq; Pen. in quibus pentheus captiuū Liberū patrem vinctū recluserat. ob quā causam baccharū furore discerptus est, vel certe notatur fabula eius & aguaues matris. Thracis & exitiū Lycurgi: Lycurgus legumlator quū videret per vini temulentiā in mores multa cōmitti abscīdi iussit vineta, ꝓpter hoc, iracundia Dionysij per furorem crura sua amputauit, & ideo ad laudē numinis posuit sumptum de inimico supplicium, Tu flectis, domas siue superas tanq̄ eorum cursus declinans, aut quia gentes multas subegit. & per amnes voluit intelligi terras, aut flectis, per gyras, qa & Dionysius nili fontē sicut Hercules quæsiuit, aut vero quia vino eius immiscentur aquæ, & ad suauiorē vsum flectitur, Mare bar. Indicum: quia indos Dionysius superauit, Barbarū aūt ꝓ sæuo ac violento propter subitas tempestates: Separatis in iu. secretis ac remotis, Vuidus vino madidus. Bistonidum, Bistonides Thraces sunt mulieres, quæ in liberi patris sacris bacchari consueuerunt, angues gestantes in capite, Sine fraude: sine compositione, qui comi nō poterant, vtpote viperini. Rhetum retorsisti, Rhetum enim gygantem in leonem cōuersus occiderat Dionysius, Te vidit in. nō semper, sed tunc insons, quum nocere non potuit, Horribiliq; mala. maxilla metuend9, vt Virgil. Malæ texere. l.c.d.al. Cornu decorum, Libero cornua nonulli assignant: quoniam vinolentia proteruitatem & cōtumatiam consueuit augere. Et.r. Ordo est. & tetigit pedes & crura recedentis. Trilingui ore. dicitur enim Dionysius & apud inferos regnasse: vt etiam ipsi ita vt Dianę triplex daretur potestas.

Cantare riuos: atq; truncis
Lapsa cauis iterare mella.
Fas & beatę coniugis additum
Stellis honorem. tectaq; Penthei
Disiecta non leui ruina:
Thracis & exitium Lycurgi.
Tu flectis amnes. tu mare barbarum
Tu separatis vuidus in iugis
Nodo coerces viperino
Bistonidum sine fraude crines.
Tu cum parentis regna per arduum
Cohors gigantum scanderet impia,
Rhetum retorsisti Leonis
Vnguibus horribiliq; mala,
Q̄q̄ choreis aptior, & iocis
Ludoq; dictus, non sat idoneus
Pugnę ferebaris. sed idem
Pacis eras mediusq; belli.
Te vidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum leniter atterens
Caudam. & recedentis trilingui
Ore pedes tetigitq; crura.

Fas parui. Quasi Bacchi numine victus significat se non indignum qui vel Bacchum viderit, aut eius præconia celebret: dicēs, Fas supple ē, i. scd̄m Porphirionē & acronem possibile sed rectius Mancinellus vult, vt sit licitum & permissum ē mihi, cantare thyadas. i. Bacchas: hoc est Bacchi sacrificulas peruicaces. i. peruicaciter discurrentes dū bacchātur, & fontē vini a Baccho inuenti, & huberes riuos lactis, quo Baccho quidā sacrificare solebant: atque iterare mella lapsa truncis scilicet arborum in quibus apes examina & fauos condunt, cauis. i. cauatis quibus aut mulsum, aut sacrificium Baccho fit: Et fas est mihi cantare honorem. i. munus honorificū. s. coronam auream cōiugis scilicet ariadnes beatæ q᷑ tali munere donata erat, additū stellis. idest translatū in sidera. & fas est iterare tecta Penthei regis Thebarum disiecta non leui, immo grauissima ruina qa mater eius agaue ipm̄ ꝓ vitulo obtrūcauit. & exitiū Lycurgi s. regis, Thracis, qui sibi crura īcidit volens vites interfecare. Tu flectis. idest domas, amnes. i. minus atroces populos, nisi id dicit quia vino temperantur aquæ in potum, Vnde est illud Maronis. Poculaq; inuentis acheloia miscuit vuis. & flectis mare barbarum. i. barbaras nationes, Indos. Tu vuidus. i. vino irrigatus, in iugis separatis. i. solitarijs, coerces, id est colligas & irretis crines Bistonidū. i. mulierū Thraciæ, sine fraude id ē sine lęsione, nodo viperino. i. viperis in nodū complicatis Tu retorsisti vnguibus Leonis in quem te conuertisti in bello giganteo. & horribili mala, i. maxilla leonis, Rhetū. i. gigantē illū, quū īpia cohors gigātū scāderet per arduū. i. ꝑ difficile iter aut arduos montes regna. i. in regna Iouis, hoc est ī cęlū, retorsisti dicit, q̄q̄ aptior choreis, & dictus. i. addictus iocis & ludo, ferebaris. i. existimabaris non sat idoneus pugnę. Sed tu idem eras medius, i. mediator pacis & belli, vtrique. s. commodus & vtriusq; potens. Cerberus, canis ille infernalis insons. i. nō nocēs tibi, vidit te decorū cornu aureo, cū, s. ad inferos descenderes, quasi cornu illud pro aureo ramo portarit, atterens leniter caudam, vt faciunt canes blandiri volētes, & tetigit ore trilingui. i. triplici lingua lingens, pedes & crura. s. tua recedentis. idest quum recederes.

POR. Fas. p. est. m. t. fas est, nunc non significat licet, sed possibile. vult enim probare se deo nō indignū esse mysterijs eius, cū sufficiat cātādis his q̄ ad sacra eius pertineant. Iterare. m. ex integro cātare ac repetere fas est, Et bea. c. a. s. ariadnes coronā significat, quam liber inter sidera collocauit. Pentheū victum recluserat, qui ob hanc causam fulmine ictus est. Exitiū Ly. hic q᷑ vites excidisset furore sibi a libero iniecto, crura sibi falce amputauit. Tu ma. b. barbarum pro sæuo ac violento, propter subiectas tempestates dixit. flectis autem ex superiore hic quoq; audiendo Vuidus in iugis. madidus. s. propter vinum. Nodo coer. v. s. f. c. Bistonides Thraces sunt, quæ quum in sacris liberi patris crinibus solutis versantur, angues & in capite & in manibus gestant. Sine. f. aut sine noxa, aut sine iniuria intelligendum: Tu fle. a. pro eo qd̄ est domas positum est, tāq̄ decursus eorum declinet quo velit. an quia multas terras subegit: an vero quia muneri eius miscētur, & in suauiorē vsū flectūtur: Tu. s. v. in iugis, separatis, secretis, ac remotis nūc significat, Rhetū. r. l. v. & h. m. sic dicitur illud apud Virgil. Maculis quē Thracius albis portat equus: bicolor maculis, Sed idē pacis erat mediusq; belli, hoc ē tā belli q̄ pacis potēs. Te vidit. i. c. nō semꝑ īsons, sed tibi insons, i. qui nocere non potuit. aureo cornu decorū. Cornua Libero patri & nonnullis alijs assignātur, qm̄. s. vinolētia proteruitatē & contumaciā addere solet, quæ per cornua significatur. Leniter atterens caudam. suauiter, vt solent dominis canes facere blandientes.

ANTO Fas. licet exponas, non aliter, vult eī ꝓbare se īdignū minime eē numē vidisse, eiusq̄ mysteria celebrare

Peruicaces.idest ꝑteruas & vagātes ac discurrētes. Thyadas.i.bacchas. θυω enim sacrifico est, occido, im petū facio, excito festino. Vini fōtē, scribūt Dionysiū vitis repertorē, viniq̄ cōficiēdi rationē & fructuū in lōgiorē vsū seruādorū curā & modū docuisse. auctor est diod.li.vi. Lactis riuos. scribit acrō ī speluncis dio nysio vino melle & lacte olī sacrificari. Iterare, repetere, Trūcis lapsa. Flauaq; de viridi stillabāt ilice mella īqt Ouid. Coniugis honorē. Coronā ariadnes intelligit a Libero patre inter sydera collocatā, cum ariadne libero nuberet hanc primū muneri accepisse ab Venere scribit Hyginius, quū oēs dῃ in eius nuptias dona conferrent. habet autem stellas nouem in rotundo dispositas, De qua corona latius diximus libro pri. Georgi. ibi. Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ. Penthei. πενθέω lugeo significat: πενθοσ vero luct⁹ dicitur. inde Pentheus, fuit enim visus aper a matre & materteris laniatus, cum Bacchi sacra prohiberet, de quo late Ouidius libro tertio meta. Diodorus libro quarto scribit Dionysium sustulisse omnes impios qui in orbe erant, sed & maxime Pentheum & Lycurgum Thracis Lycurgi. Is Thraciæ rex aduertens vini causa in mores multa committi, abscindi iussit vineta, itaq; Dionysῃ iracundia per furorem sua crura amputauit, vt acron ait, Diodorus vero libro primo scribit Osirim qui idem & Dionysius, per Hellespontum ī Europam transeuntē in Thracia Lycurgum barbarorūregē sibi obsistentem peremisse. Seruius autem abstemium fuisse asserit. Home. vero inducit lib. vi. Iliad. Glauco Diomedem ita dicere, Q. si deus es certiorē me fac. Nam non est mihi sententia pugnare cum dῃs, vt Lycurgus Dryantis filius fecit, fortis alioqui vir Sed postq̄ cum superis contendendū sibi putauit, nec diu postea vixit. Is enim aliquando apud sacrum montem Nisæ nactus temulentas Bacchi comites, eas est insecutus, nec vt Bacchas reueritus, sed vt vaccas vrgens prout quamque furioso cursu assequebatur, stimulo pungebat, & oēs humi abῃcere Thyrsos coegit. Bacchus quoque timore perterritus īmani cū clamore vrgētē Lycurgū quū aliter vitare non posset, ī maritimis fluctibus se abdidit. quē pauidū, exanimatū, tremētē, neç adhuc securū, Tethis in suū sinum recepit. ea propter dῃ immortales in Lycurgū vehementer irati sunt, eūq; Saturnius Iuppiter perpetua cæcitate affecit. nec ita multo post extinctus est dῃs omnibus ipsi infensis, q̄ mortalis cū īmortalibus dimicasset. Tu fle. am. bar. s. per quos terrarū populos indicat: per mare autem insulas. Flectis. domas. metaphora enim est tracta ab aurigis. Barbarum. Indicum intelligit. Vuidus. humidus, & vino madidus. Separatis iugis. montib⁹ semotis. Sine frau. sine cultu & cōpositione, vel sine dolo & sine nocumento aliquo. Serpens em̄ capiti circundatus nō mordebat. Nodo viperino. s. sacrificabant quippe Baccho Bistonides. i. Thraces crinibus solutis, angues & in capite & ī manibus gestātes, vt Porphyrio scri. hoc igr̄ pacto itelligerē, coerces crines nodo viperino, q̄ ille solutos crines in capite serpēte circūdato cōstrīgerēt. Bistonides. i. Thraces mulieres. Bistonis em̄ Thracia dicta est a Bistone rege, vt scri. Lact. li. ῃ. th. Cohors gi. Osiris, q̄ ēt Dionysius dictus est vt scri. Dio. li. i. gigātes deuicit, cū Ioui Osiridiq; & dῃs bellū intulisset. Leonis vngui. acrō scribit quū dῃ bellū cū gigātibus gererēt Bacchū in leonē cōuersū occidisse gigantem, quod hoc loco & ipse Horatius indicat. Choreis aptior. Ferunt Diony. Semele natum delitῃs deditum fuisse molli corpore at prę cęteris decoro, voluptatibus insuper venereis indulgētē in exercitu mulierūcopiā circūduxisse armatā hastis Thyrso inuolutis. auctor est Diod. li. v. Pacis eras mediusq; belli. i. tam pacis q̄ belli potens. Mac. lib. i. Sat. scri. q̄ hinc liber pater bellorum potens probatur q̄ eū primū ediderūt auctorem triumphi. Insōs. innocens, tibi s. aureo cornu decorū, dicitur Diony. ꝓpter ingenῃ acumen primus boues ad iugum inuexisse: eorūq; opera frugem iacta semina reddidisse, qua ex re illum cum cornibus finxerunt, quod Diodo. lib. v. edocet. Festus vero ait. Cornua liberi patris simulacro adduntur, quoniam inuentorem vini dicunt, eo q̄ homines nimio vino truces fiant. Leniter. Suauiter. Atterens, per humum trahens, Te. v. i. c. Liber inferos adῃt quia impetrarat ab Ioue vt Semelen matrem inde reduceret, quam & reduxit. auctor in hoc est Hyginius.

Dionysῃ inuenta. ariadnes corona. Pētheus. Bistonis. dionysius. Bacchus i gigātes Dionysῃ forma. Bacchi cornua. Liber pater ad inferos. ACR.

XX. Ode Tricolos Tetrastrophos. De sua Immortalitate.

NOn vsitata nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum ęthera
Vates: neque in terris morabor
Longius: inuidiaque maior
Vrbes relinquam: non ego pauperum
Sanguis parentum: non ego quem vocas
Dilecte Mecœnas obibo:
Nec stygia cohibebor vnda.
Iamiam residunt cruribus asperę
Pelles. & album mutor in alitem
Superne. nascunturque lęues
Per digitos humerosque plumę
Iam Dędaleo ocyor Icaro
Visam gementis littora Bosphori
Syrtisque Getulas canorus
Ales Hyperboreosque campos.
Me Colchus. & qui dissimulat metum
Marsę cohortis Dacus: & vltimi
Noscent Geloni. me peritus
Discet Iber Rhodanique potor.
Absint inani funere nenię
Luctusque turpes & querimonię
Compesce clamorem: ac sepulchri
Mitte superuacuos honores

NOn vsitata nec tenui ferar penna. allegoricos significat se in cygni figuram mutandum, & carmina sua totum orbem impletura: vnde & se immortalem futurum promittit. auis. n. in quam se transfigurandum dicit, canora est, vt poetæ merito conueniat, & apollini consecrata. Non vsitata autem propterea, quia non vulgaria nec communia scripsit. Ordo est. ego biformis vates ferar per liquidum æthera non vsitata nec tenui penna. Inuidiaque maior, ego qui maior sum inuidia relinquam vrbes. Inuidia. n. maiorem se dicit, quia maioribus inuidetur. Non ego pau. id est non ero ignobilis qui putor humilibus parentibus natus. Nō ego. q. v. ordo est. Mecœnas non obibo ego quem vocas dilecte. nec cohibebor stygia vnda. Significat carmina nō obire per quę æternitatē ipse mereatur. Iā iam resi. iam se dicit in formam cygni transire. Syrtesq; ge. Lybicas. Virg. Nunc promite vires Nunc aīos q̄bus in getulis syrtibus vsi. Visam. g. l. b. toto orbe se vulgādū ꝓmittit, vt etiam perueniat ad barbaras nationes. nāper cōmemorationē gentium omnes terrę partes designat. Hyperboreos. c. Thracios. hi vltra aq̄lōis flat⁹ septētriōi sub iacēt, vt ē. Qui et hypboreo septē subiecta triōi gēs effrena virū. marsę. c. ꝓ italię militibus dixit, vt ōnderet solos Ro. Dacis eē terrori. Rhodaniq; po. hispani et galli. nęnię car mē fūebre. luctusq̄ tur. pp̄ hitū lugētiū dixit supuacuos ho. supuacue eī hōrati mortuos mr̄ti dixerīt, maxīe horatius, q̄ īmortalitatē se videri vult p carmina cōsecuturū, nam & Virg. Vano & mœsti comitamur hōre.

POR. Non vsitata.n.t. f.p. Poetice significat se in cygni formā transiturū,& dulcedine cātus totū orbē impleturū.Non vsitata.hoc ē nōvulgari.nec.n.vulgaria scribit.Biformis biformē autem se dicit, q̄ & lyrica scribat, & hexametros.Nō ego pauperū sanguis parentum.hoc est,non ego ignobilis quem putatis humilibus parentibus natum.Nō ego q.v.d.M.o.negat se obiturum,quod per allegoriam intelligi vult carmina sua semper floritura. Iamiam residunt.c.a.Iam dicit se in cygnum transfigurari.Iam.d.o.i,v.g.l.b hoc significat carmina sua ad extrema vsque orbis terrarum & barbaras etiam gentes ꝑuentura.Gementis autem Bosphori hoc est perstrepentis ac sonantis.Hyperboreosq̄.c.qui vltra flatus Aquilonis septemptrioni subiacent.Et qui.d.m,Mar.c.d.Italorū militum accipe.Marsi enim Itali sunt.absint in f.næ,Nænię enim sunt cantus funerum.Luctusq̄ turpes.Turpem autem ipsum luctū ait.ac se.m.s.h.superuacua est enim sepultura eis qui immortalitatem videntur per carmina consequi.

Argumentum Odes.XX.

ANTO Ostendit se verti in Cygnum auem canoram,suaque carmina totum orbem aditura. Renuit itaque nęnias & funeris laudes superuacuosque sepulchri honores,eius em̄ carmina perpetuam sibi laudem & memoriam præbebunt.hinc immortalis erit.Non vsitata nec tenui ferar:Ode est similis nonę lib. pri.est autem ordo.vates ego biformis ferar per liquidum æthera penna non vsitata nec tenui.Non vsitata penna.non em̄ volauerat prius. per id autem eius famam intelligit.Vel nonvsitata penna,id est lyricis versibus,quibus adhuc latini vsi non fuerant vti & ipse. Nec tenui penna.id est nec tenui fama,vel nec tenui & humili carmine Biformis vates.vel quia lyrica scripsit&hexametra, vel quia homo erat, & nunc cygnus.Neque i terris morabor: hoc ait quia dixerat.Ferar per liquidum æthera,Inuidia maior.semper quippe maioribus inuidetur hinc inuidi minoris sunt conditionis. Non ego pauperum,ostendit se nullo pacto mortalem fore,Est autem ordo:Non obibo ego sanguis pauperum parentum: Non obibo ego quem tu Mecœnas voca dilecte,potes & dilecte Mecœnas dicere,Cohibebor,coercebor,vt alij quorum nulla fama superstes,Residunt,hærescunt,asperæ,quales scilicet cygnorum sunt.Mutor in alitem,se in cygnum mutari dicit non ab re: bonus enim poeta cygno canoro comparatur,sicut malus anseri obstrepenti.Superne,idest in parte superiori,sicut enim crura, sic manus & humeri pennis velabantur:est autem periphrasis alarum,Dędaleo ocyor Icaro.hic nulla fit synalœpha tradunt autem fabulę Dędalum & Icarum fabricatis alis euolasse,Icarum tamen cecidisse solutis alis calore solis,de quo lege in Iuue.satyra prima latius.Ocyor,per id indicat se non casurum,vt Icarus cecidit, vi sam,innuit se totum orbem suis carminibus aditurum,Gementis:insonantis & frementis,Bosphori,angusti maris apud Thraciam,lege latius Ode.xiij.huius libri:Strabo libro duodecimo scribit Bosphorum esse a pud Byzantium mare angustum.Syrtes ge.loca sunt periculosissima in mari Libyco,de quibus latius in e podo nono,Getuli autem natio frequens & multiplex iuxta Libycum mare est,vt docet Mela.Canorus al cygnus intelligitur.Hyberboreos campos.Hyperborei incolunt vltra aquilonem:teste Solino, apud eos mundi cardines esse credunt,de quibus latius diximuslibro tertio Georgico.Colchus,Colchica regio & I beria sibi coniunctæ sunt in ponto prouincia ad septentrionem: de quibus Ptole.libro quinto, Marsæ co. i.Itali exercitus.Dacus,diuiduntur Daci a Germanis Danubio,vt scribit Tacitus,de quibus late Stra.libro septimo Geloni vltimi,Hi populi sunt in Scythia,de quibus latius Ode.x,huius libri, Iber peritus, Iberia & Hispania eadem dicitur,vt scribit Stra.li.iij. A priscis autē vocabatur Iberia tractus vniuersus extra rhodanum.Iusti.item libro vltimo scribit Hispaniam veteres ab Ibero amne Iberiam primum: postea ab Hispalo Hispaniam cognominauisse,Præterea Iber iberis gentile nomen est,sunt enim Iberes gens ab Iberis profecta qui vltra armeniam habitant,Luca.lib.vi.etiam ait.Si tibi durus Iber:aut si tibi terga dedisset,pri scianus libro.vi.id scribit,de Iberia autem iuncta Colchis multa Strabo lib.xi.Rhodani potor,Rhodanus ingens fluuius est in Gallia apud Lugdunum,vbi Arar Rhodano cōmiscetur,de quo multa Strabo libro.iiij. Inani funere,nihil mortuo pro futuro.Nænię,est nænia cantus lugubris,& laus in funere honoratorū virorum,latius dictum est Ode.i.lib.ij.Turpes/turpitudinem inferentes.Superuacuos honores,eius em̄ carmina sibi honori accedent,hinc superuacui esse videntur ei honores sepulchri.

Getuli. Hiperborei. Colchi. Iberia. Daci. Iberia. hispania. Rhodanus.

Non vsitata.bene de se fiducia quadā sperans poeta fingit se in cygnum verti,& perpetuo volaturum per ora virū,oibusq̄ mundi oris celebrem futurum, ideoq̄ pro eius transitu nullum fore locum luctui aut nęnijs. Ordo est ego vates.id est diuinus poeta,ferar biformis,idest duplici forma,vt hominis & cygni præditus,per æthera liquidum, id est acrem purum,penna non vsitata nec tenui,idest non modicis alis, hoc est egregia fama,neque morabor.idest detinebor: longius.i. diutius(a longum)in terris,idest in sepulcro.& ego maior inuidia.idest per inuidiam,aut certe q̄ sit inuidia. quia inuidiam gloria superauero,relinquam vrbes,scilicet æthera petens,O Mecœnas,ego quem vocas.idest.vocando dicis dilecte: vt in euange.Vocatis me magister & domine.&c.non obibo sanguis.id est vt sanguis,id est progenies pauperum parentum. aut sic,Ego sanguis, idest licet sanguis pauperum parentum: quia libertino patre natus ,non tamen obibo, id est interibo, nec cohibebor vnda stygia,idest apud inferos.Iamiam,id est in hac hora,pelles asperæ quales sunt cygnorum,residunt,id est hærescunt cruribus scilicet meis,& mutor superne in alitē album,idest cygnum,& ego ocior,idest celerior Icaro. Dædalæo,idest Dædali filio.visam,idest visum ibo,ĩa littora Bosphori,scilicet Cimmerij aut Thracij,gementis scilicet fluctibus collisis in angustia:& visam existens ales canorus: quia cygnus, syrtis getulas:id est quæ sunt in getulia, & campos Hyperboreos,qui sunt vltra Aquilonem,vbi sunt mundicardines.Colchus:idest populus Colchicæ regionis in Ponto, & Dacus populusDanubio a Germanis distinctus,qui dissimulat metum cohortis Marsæ,idest bellicosissimi populi Italiæ,idest qui licet timet dissimulat tamen sæpe rebellans.vnde est illud Maronis.Et Coniurato descendit Dacus ab Istro & Geloni vltimi,scilicet in Scythia degentes:noscent me, id est carmina mea:aut me propter carmina.& Iber,populus Hispaniæ,peritus scilicet literarum & armorum,sed potius literarum,quia armorum periti poetas non legunt(& potor rhodani,idest Gallus Lugdunensis,etiam peritus literarum, quia illic solebant esse rhetorum certamina.vnde est illud iuuenalis,Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.Et ideo o mecœnas absint næniæ.idest lugubres cantus funere inani,id est nihil defunctis(quod & Augustinus de pompa funebri sentit)sed forte viuis qualecūq̄ solatiū allaturo, & luctus & q̄rimoniæ turpes,scilicet viris,Et o Mecœnas cōpesce clamorem scilicet populi,ac mitte,i.omitte superuacuos,idest superfluos honores sepulcri.idest ad pōpam funebrem pertinētes, quia sine illis poeta se satis honoratum & clarum futurum cōfidit,quum non moriturus,sed transmutandus in cygnum sit, Et hæc in secundum librum.

Finis Secundi Libri.



Di proph. Hæc vox in sacrificijs frequentabatur, qua significaret, vt bona omnia haberentur. quod opportune hic poeta posuit qui sacerdotem musarum se dicturus erat inferius, vt prædicendo prophanos sacrorum se meminisse monstraret. Vir. Procul. o. p. e. p. Prophani dicebantur sacris non initiati, qui phanum intrare non poterant. hic tamen per allegoriam prophanos imperitos dixit, qui merito doctis exosi sunt. Odi modo præsentis est temporis, aliquando tamen pro præterito ponitur. Fauete, silete modo. sic enim Ser. in. v. æneid. exponit, vbi dicit Virgil. Ore. f. o. &c. t, r. Ore fauete. apto sermone vsus est & sacrificio & ludis. Nam in sacris taciturnitas: in ludis necessarius fauor est. Fauet autem ore etiam quis per taciturnitatem m. Hor. Fauete linguis. Carmina. n. p. a. m. s. Carmina. Ordo est, Ego sacerdos musarum canto virginibus & pueris carmina non prius audita, a Romanis. s. q̄uis Liuius lyrica carmina ante Horatium scripserit, vt illa non ad plenum & exacte facta monstraret. Canto promittit se carmen proditurum, quod teneras ætates ad vtilia instituat, quibus ad vitam beatam peruenire possint. ACR.

¶ Tertij Libri Ode Prima Tricolos Tetrastrophos. De hominum varijs curis, variaque fortuna: & ęqua morte.



Di ꝓphanū vulgus & arceo
Fauete linguis: carmina nō prius
Audita musarum sacerdos
Virginibus puerisq; canto.

ODi prophanum vulgus. Hac prima Ode Tertij libri ꝑfecto grauissima dicit se odio ꝓsecutū & a se ne contaminetur arcentē vulgus prophanū a bonis īstitutis abhorrēs, & ita a bonis īstitutiōibus atq; doctrinis alienū, cātare ṽginibus & pueris adhuc castis carmina nō prius audita, & ita dociles, beniuolos & attētos facit. Atq; īcipiēs pulcherrime docet rerū ordinē. Nam greges. i. hoīes gregarij & subditi: sūt sub regibus: reges sub Ioue, & ita vt reges timēdi sunt subditis, ita Iuppiter regibus atq; ita nullus hic qui nō subsit imperio. Nā licet alij diuitijs excellāt: alij genere: alij moribus: alij patrocinio & clientiū nūero: omnibus tamen indifferenter moriendū est: nec hic beatus quisq; viuit alia quauis re q̄ animi continentia & tranquilitate quæ omnibus eam desiderantibus acquisitu facilis est. Dānāda igitur eorū dementia qui largis possessionibus obtinere sperant cum cōtra fiat. Ordo aūt est. Ego odi vulgus prophanum . i. lōge a phano. i. tēplo musarū habendū: & sacrilegū, impiū: & temerariū, & arceo. i. dimoueo a me, aut quia sciuit hominē facile in errorem a mala societate trahi: aut quia non vult a talibus opus suū legi: qđ etiā ī sermōibus asserit. & Persius ī fine primę satyrę, fauete ergo linguis. silētiū exhibēdo, aut bona cōpcādo, ego sacerdos musarū, quia poeta. vn̄ & Maro, Me vero primū dulces an̄ oīa musę: Quarū sacra fero ingenti percussus amore. Excipiant. &c. canto ṽginibus & pueris. s. castis quia bonum est a primis annis ad virtutē assuescere: carmina non prius audita: s. voce latina. Incipiens autem dicit.

ODi. p. v. & ar. Indoctos detestatur. Hæc autem ode multipliciter per varios deducta est sensus. Odi. p. Prophanum allegoricos indoctos dicit Certe prophani proprie dicūtur sacris non initiati. ergo quasi musarū prophanos dixit. Fauete linguis. hic mos in sacrificijs vsurpat̄. et significat bona omīa hēre quod opportune hic poeta intulit: qui & ꝓphanos prędicendo: & musarum sacerdotes subijciendo sacrorum meminerat, Virginibus. p. c. dicit se carmen proditurū quod teneras ętates instituat, quibus ad beatam vitam peruenire possint. POR.

Argumentū primæ Odes voluminis. III. TErtij voluminis hac Ode prima edocet reges dn̄ari alijs regibus ṽo Iouē. cūcti ergo hoies metuūt: illi reges, isti numina. Ondit postea varia esse hoim ministeria: variasq; fortunas et gradus: vnā tn̄ esse mortis cōditionē. Ondit itē diuites nō ocio nō somno frui, pauperes ṽo his oībus gaudere, i auaros m iuehitur: q nō contenti terrestribus ædificijs, in mari etiā ædificabāt. Ait demū: Si dolor non domibus ornatissimis, nec purpureis vestibus tollitur, non optimo vino, non odoribus sūmis, cur ipse velit talia exoptare? cur itē Sabinam vallem diuitijs maximis permutare: vbi quidē securā vitam agebat? Odi prophanum vulgus & arceo. Ode est similis nonæ lib. i. Dicit autē se habere odio indoctos, sed tanq̄ musarū sacerdos cātaturū carmina pueris & virginibus. hinc linguis fauere debent. i. bona fari: vel silere. Prophanum. idest indoctum, & sacris musarum non initiatum. prophani. n. dicebantur sacris non initiati q phanum intrare non poterant, Fauete linguis, Fauere: inquit Festus est bona fari: At veteres poetæ ꝓ silere vsi sunt fauere. Erat aūt sacerdotū verbū in sacris, quo silentiū iperabat, vt rite sacra peragerēt: nulla voce mala obstrepēte, vel vt bona verba dicerēt, hic Tibullus ait. Dicamus bona ṽba venit natalis ad aras. Quisqs ades lingua vir mulierq; faue. Plura tn̄ diximus etiā ex Cicerone in Iuue. Sat. xij. ibi. Ite igitur pueri linguis aisq; fauentes. Nō prius audita, q̄ppe ipe lyrica primus Romanorū scripsit: comēdāda q̄dē. Musarum sacerdos. Musarum ministri sunt eruditi oēs: ꝓprieq; musici. Apollinis vero sunt & isti & vates vniuersivt inquit Stra. lib. x. Virginibus puerisq; canto, vt. s. in tenella ætate virtutis iter arripiant. ANT. Fauere linguis. Musici vates.

Regum timendorum in proprios greges:
Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari giganteo triumpho
Cuncta supercilio mouentis:
Est vt viro vir latius ordinet
Arbusta sulcis. hic generosior
Descendat in campum petitor.
Moribus hic meliorq; fama
Contendat: illi turba clientium
Sit maior. ęqua lege necessitas
Sortitur insignes & imos:

¶ Regum. t. Ordo, imperium regum timendorum est in proprios greges, imperiū Iouis clari giganteo triumpho cuncta mouentis supercilio est in ipsos reges, vnde & Virgil. O pater o hominum diuumque æterna potestas vt philosophice ostēdat neminem hominum esse metu immunem, omnesque vidictę numinū subiacere, Cūcta, s. m. Vir. Annuit & totū nutu tremefecit olympum. Latius or. digerat in ordinem vinearū satorem dicit. Hic ge. de. In campo. n. Martio comitia erant. Po. Rom. & ibi descendebant q honorem petere voluissent. Contendat. nō nulli autem distingunt. vt hic melior fama & moribus contendat cum supradicto. s. q generosior petitior descendit in cāpum. potest autem & sic dici. hic contendat. i. viuat melior fama & moribus, vt ostendat varios ACR.

ạ̃ctus hoim v na neceſſitate perire,Neceſſi-
tas;i,mors:& per hoc oſtendit ſtudia quidē
diuerſa eſſe hominibus ad morū & honorū
gradus:cōditionem tñ mortalitatis vnā eſſe
Omne,c.m.v.n.aut quia in vrna hoim no-
mina:q honores petebāt,mitti conſueuerāt
vt qui ſorte egreſſi fuiſſent de ipſis iudicare-
tur: aut ſecundū opinionem illā vulgarem:
qua affirmabāt ſorte ſigulos ab orco admor
tem trahi:vt eſt.Et vana verſat in vrna.mo
uet autem eſt voluit ad ſortiendū fatū .Cui
ſuper.deſuper.vt,Ligna ſuper foco.& p al
legoriā ſignificat neminem delitioſe & libē
ter viuere ſub metu. & ſumpſit exemplū a
Dionyſio Siculorū tyranno magnæ ſæui-
tiæ:cuius dum potentia & copiæ a Dioge-
ne q̄dā philoſopho laudarentur: ꝙ ad luxū
ei cuncta ſuppeterent:rogato eodē philoſo-
pho ad prandiū: diſtrictū gladiū ſuper ipſū
tyrannus a culmine iuſſit;ligatum ſeta pen-
dere,quo metu perculſus philoſophus rega-
libus & apparatis copijs vti non potuit.tūc
Dionyſius timenti rñdit: hoc modo tyran-
nos viuere,& inter ſummos apparatus im-
minentibus vrgeri periculis, Nō auiū citha
ræque cātus ꝑpter illos ſiculorū reges. qui
aut ꝑ ſollicitudine,aut pro delitijs ſñ auiū cā
tu.& ſñ citharæ ſono dormire nō poterant,
Sōnus agreſtiū lenis vi.altus,quo ruſtici aut
laſſitudine laboris vtūt,aut animi ſecuritate
Virg.At ſecura quies:& ordo eſt,lenis ſō-
nus agreſtiū virorum nō faſtidit humiles do
mos & vmbroſā ripā:& non faſtidit deſi-
derātē q̄d ſatis eſt,Tempe,loca neoroſa&
amœna ruris.Q̄d ſatis eſt: q̄d ſufficit ad vi
ctū cultūꝗ agri,nō ad ambitū diuitiarū,hic
aūt cōuertenda eſt oratio, vt tumultuoſum
mare:& ſęuus impetus cadentis arcturi:aut
orientis hœdi non ſollicitat ſomnum & ce-
tera ſimilia,Aut hœdi cadentis & orientis:
qui aut in ortu aut in occaſu faciunt tempe-
ſtates: vt:Præterea tam ſunt arcturi ſydera
nobis Hœdorumque.d.ſ.&.l.a.& alibi,plu
uialibus hœdis,Fundusque mendax, quia a
gricolæ ſpem nil ferendo deceperit, ordo eſt
& non ſollicitat fundus mendax arbore cul
pāte nūc aquas nūc ſydera torrentia agros,
nūc iniquas,i.nimias & graues hyemes. ar
bore,q̄florū vbertatē non ꝑferat ad fructū
pomorū.vt Vir.quū de fructifera loq̄t,q̄t-
ꝗ iflore nouo pomis ſe fertilis arbos indue
rat,totidē autūno matura tenebat,Contra-
cta piſces æq̄ra ſentiunt,bñ dixit piſces non
belluas,vt augeret breuitatē anguſtiati' ma-
ris.quā exiguitas tāta ſentiret, Iactis in altū
molibus,verbo ipſo vſus eſt fabricātiū.Iaci
n.in mare moles dicuntur q̄tiens excludit a-
qua,Cęmenta.fūdamenta vbi ædificiū cōſi
ſtit Redēptor,fabricę ſuſceptor,aut certe q
redimat terras cū famł'is,et eaſdē faſtidit ma
ria ſtruēs.ordo eſt freq̄ns redemptor & do-
minus faſtidioſus terrę cum famł'is demittit
huc cæmenta,Sed timor & mi.ſcādūt eodē
ad illa retulit quæ beatā vitā adimant:oſten
dens nec mari nec terra quemq̄ poſſe auari-
tię aut animi ſui vitia effugere,Poſt equitez
ſedet atra cura:ideſt,quocunque ierit auarus
ſiue in mare,ſiue in aera:ſiue per terram ſem
per illum ſequitur atra cura.

POR. ¶Regum,t.in,p.g.zeugma eſt,& hic impe
rium vt ad ſuperiorē ſenſū referamus, quia
totum tale eſt.Regum timendorū in ꝓprios
greges imperiū eſt. & per hoc oſtendit ne-
minē hoīem a metu mortis immunē eſſe,ac
per hoc & infimos & maximos iiſdē cōditi
onibus ſubiectos eē, Carmina nō prius au-
dita,Romanis vtiꝗ non prius audita; q̄uis

Omne capax mouet vrna nomen.
Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet.non ſiculæ dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem.
Non auium citharęꝗ cantus
Somnum reducent.ſomnus agreſtium
Lenis virorum non humiles domos
Faſtidit vmbroſamque ripam,
Non zephyris agitata tempe.
Deſiderantem quod ſatis eſt.neque
Tumultuoſum ſollicitat mare.
Nec ſęuus arcturi cadentis
Impetus.aut orientis hœdi.
Non verberatę grandine vineę.
Fundusque mendax,arbore nunc aquas
Culpante nunc torrentia agros
Sydera.nunc hyemes iniquas.
Contracta piſces ęquora ſentiunt
Iactis in altum molibus:huc frequens
Cęmenta demittit redemptor
Cum famulis dominuſque terrę
Faſtidioſus.ſed timor & minę
Scandunt eodem quo dominus. neque
Decidit ęrata triremi.&
Poſt equitem ſedet atra cura.

¶Imperium,Ordo eſt.Imperium regum timendorum eſt in proprios greges.i. ſubditos,imperium Iouis clari triumpho giganteo.i.cōtra gigantes habito,& mouentis cuncta ſupcilio.i ſolo nutu,eſt in ipſos reges.Eſt tamen diſcrimen hoim in rebus nihil ad beatitudinem facientibus.Nā, Eſt,ideſt contingit & fit:vt vir ordinet latius viro,i.q̄ alius vir, arbuſta:id arbores ad quas vites connectūtur,ſulcis:ideſt in ſcrobibus:id ē habet plures vineas in ordinē ponendas q̄ alius.Et eſt:ſcilicet datum aut contingit,vt hic deſcendat quaſi in locum periculoſum(Vnde eleganter vtitur ſecundum Vallæ ſententiam hoc vocabulo)in campum, ſcilicet martium, vbi fiebant comitia ad magiſtratus innouādos,petitor:ſcilicet magiſtratus. quem ambientes in veſte candida petebant, gñoſior,ideſt nobiliore gñe & clarioribus natalibus ortus,ſcilicet q̄ alius,Et vt hic,ideſt alius cōtendat ſcilicet de magiſtratu obtinendo:melior moribus & fama:& vt turba clientiū ſit illi maior q̄ alteri verum neceſſitas,ſcilicet moriendi,ſortitur inſignes & imos,id ē omnes cuiuſcunꝗ conditionis ſint,æqua,ideſt æquabili lege, id ē pacto & forma Vrna eñ in qua ſunt fata & mortes hoim,capax:quia omnia capit:mouet omne nomen,& quia is cuius nomen poſt motam vrnā excipitur. aut exit:moriturus eſt,omnibus incerta eſt hora mortis,certa tamen mors.verum ex ſuperioribus neminem beatum viuere probat exemplo dicens. Dapes ſiculæ,ideſt propoſitæ Damocli a tyranno ſiculo,non elaborabunt, ideſt toto labore & apparatu non efficient ſaporem dulcem illi:ſcilicet Damocli, cui enſis diſtrictus, ideſt vagina exemptus: ex equina ſeta pendet ſuper ceruice impia:ideſt imminens ceruici impiæ: cantus auium & citharæ non reducent illi ſomnum.ſcilicet dulcem:& econtrario ſomnus virorum agreſtium lenis non faſtidit, ideſt non aſpernatur per faſtum,domos humiles.id eſt tuguria & caſas ruſticorum,nō faſtidit ripam vmbroſam:non tempe, id eſt loca amœna agitata zephyris. Neꝗ mare tumultuoſum, nec ſæuus impetus arcturi.ſcilicet ſideris in cauda vrſæ,cadentis.ideſt occidentis: quia tunc tempeſtatem citat, aut hœdi orientis,ideſt dum oritur:tunc enim tempeſtuoſior eſt:ſollicitat deſiderantem quod ſatis eſt.quia id ſine nauigatione inuenit.Nec vineæ verberatę id eſt decuſſæ:grandine,& fundus mendax,id eſt fidem non ſeruās,quia plus accipiēs q̄ referens,nunc:id eſt interdum:arbore culpāte:ſcilicet pro excuſatione,aquas quæ flores corru

perunt:nunc,id est interdum sidera torrentia agros .i. nimium calore nūc:hyemes iniquas.i.nimis lōgas aut magnas.Et tamē pisces sentiūt æquora cōtracta.i.arctiora facta:molibus.i.grādibus ædificijs iactis in altum.s.mare.redemptor.i.cui operę locatę sunt,aut qui occupatam fluctibus terram & adeptā.a mari ipso redemit:frequens.i.multus:& dominus terrę fastidiosus.i. quæ in terris habet fastidiēs,cum famulis.s. suis:dimittit huc.i. in dictum mare:cæmenta:lapidea fundamēta:sed timor & minę scandūt eodem quo dñs:neq cura atra decedit.i.cedit de triremi.i.naui ternis remorum ordinibus agenda:ærata idest quāuis ærata & fortissima:& sedet post equitem:qui tamen armatior & tutior est pedite.

Liuius lyrica ante Horatiū scripserit.sed videtur illa non græcorum lege ad Lyricū characterem exacta.Est vt.v.v.l.o.ar.s.&c.per hoc ostendit studia quidē & gradus bonorū & mores diuersa esse hominibus:cōditionē tamen mortalitatis vnā esse.Hic generosior d.in.c.p.Campū magistratuū petendorū locum significat.Aequa.l.n.necessitatem mortem dixit,quia necesse sit mori.Omne.c.m. vr.n.hæc secūdū illam opinionē vulgarē dicūtur:qua affirmatur sorte ductus ad mortē ab orcho trahi.Districtus.en.c.s.i.c.p.per allegoriam significat neminem libenter posse

viuere sub metu.& sumpsit exemplum Diogenem:super quem Dionysius Sicilię tyrannus seta gladiū suspendit:antepositis epulis quam amplissimis.& cęteris quę ad voluptatem animos aduocare possunt.p quē ostendit similiter regiam vitam splendore rerum suarū vti non posse:quia semper insidiarum metu suspecta sit.Non auium citharæq cantus somnū reducet.hoc ideo dixit:quoniam quidam regum siculorum per nimias delitias ad citharę & ad auiū cātū dormiebāt.Somnꝰ agrestiū lenis virorū nō humiles domos fastidit.Ordo ē.nō fastidit humiles domos,& ideo humiles a nō particula subdistinguēdū.Nec sęuus arcturi cadētis impetus,aut orientis hœdi.e contrario est antitheton:cadenti orientem opposuit.valet autem arcturus occasu magis sui tempestates concitare.Non verberatæ grandine vineæ,fundusq mendax.per zeugma ex superiore & hic accipiendū.Fundus autē mēdax merito dicitur:quia plerūq cultoris sui spem fallit:non perferens ad maturitatem fructus quos ostenderat.Arbore.n.a.culpante nunc torrentia agros sidera:nūc hyemes iniquas Hic illuc ostendit quod dixerat,Fundusq mendax.Plerunq autē sterilitas arboribus euenit p nimias aquas: interdum per siccitates:aliquando per violentiam frigorū.Contracta pisces æquora sentiunt.transit ad eos q per nimiā luxuriā elaborant sibi ædif.cia ī mari ponere.Sed.t.&.m.s.e.q.d.redit ad illa que beatā vitā adimūt Neq.d.æ.t.&.p.e.sedet atra cura.Hic ostēdit neq terra:neq mari quēq posse effugere insita animi vitia.

¶Regum timendorum.Ordo est.Imperium regum timendorum est in proprios greges:imperiū Iouis est ī ipsos reges.Giganteo triūpho clari.multo magis igitur timendus est ab regibus & hominibus ipsis.Macro. lib.i.Sat.vbi de Hercule meminit ita scribit.Gigantes autem quid aliud fuisse credendum est quam hominū quandam impiam gentem deos negantem:& ideo æstimatam deos pellere de cælesti sede voluisse.Supercilio idest ipso nutu.Virg.lib.x.ęnei.de Ioue inquit.Annuit:& totū nutu tremefecit olympum.Est vt viro vir.Ordo talis erit.Est vt vir latius viro ordinet arbusta sulcis.hoc est accidit vt alius alio plura in agricultura possideat.Varia quippe hic hominū ministeria narrat variasq fortunas.Alius enim agricola alio ditior est. Alius generosus cum ignobili,sed bono viro contendit de magistratu.Illiq turba clientium maior est.Tamē mors omnibus ęqua est.vnde summos & infimos attrahit.Arbusta arbores dicuntur vitibus connexæ.item loca arboribus ac vitibus consita.In campum scilicet martium,tempore comitiorum.Petitor.s.magistratus alicuius.Contendat.s.cum illo generosiore.Illi.s.ditiori alicui.Aliquis enim genere:aliquis virtute:aliquis gaza pollebat.Necessitas.idest ipsa mors.Omne nomen.& insignium & infimorum.Vrna.dicunt enim sorte quadam mori homines.Districtus ensis.Ordo est.Siculæ dapes nō elaborabunt dulcem saporem illi:cui sup impia ceruice pendet districtus ensis.Districtus ensis.Allusio est ad exemplū illud Dionysij syracusanorum tyranni.Nam cū qdā ex eius assentatoribus Democles cōmemoraret in sermone copias eius:opes:maiestatē dominatus:rerum abundantiam:magnificentiā ædiū regiarū:negaretq vnq beatiorem quēquā fuisse: Visne igitur inquit o Democle:quoniā hæc te vita delectat:ipse eādē degustare,& fortunā experiri meā:Quū se ille cupere dixisset:collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo textili stragulo magnificis operibus picto abacosq quamplures ornauit argento auroq cælato.Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere:eosq ad nutum illius intuentis esse,aderant vnguenta:coronæ:incendebantur odores.Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur.Fortunatus sibi Democles videbatur:in hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina appensum demitti iussit:vt impenderet illius beati ceruicibus.itaq nec pulchros illos administratores aspiciebat:nec plenum artis argentum:nec manum porrigebat in mensam,iam ipsæ defluebant coronę.Deniq exorauit tyrannum vt abire liceret:ꝙ iam beatus nollet eē. Satis ne videt declarasse Dionysius nihil esse ei beatū:cui semper aliquis terror impendeat:hęc oia ex lib.vltimo tus.quæstionū Ciceronis. Impia cer.i.crudeli & tyrānica:qualis fuit Dionysius.Siculæ dapes.quę amplissime paratæ fuerunt Democli.Non auium &c.Tranquillus de Augusto scribit ꝙ non amplius septem horas dormiebat:ac ne eas quidem continuas sed vt illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur.si interruptum somnum recuperare,vt euenit,non poterat:lectoribus aut fabulatoribus accersitis resumebat producebatq vltra primam sæpe lucem.Cui tamen timor imminet nullo pacto somnus reducitur.Tempe.loca amœnissima sunt in Thessalia,per quę labitur Peneus fluuius.de quibus late superius.Desiderātem ostēdit mediocritate gaudentem carere anxietate,timore,& cura.Arcturi cadentis Arcturus stella est,quæ vrsæ cauda interpretatur.Plautus in rudente introducit arcturum sic loqui.Increpui hibernum: & fluctus moui maritimos:nam arcturus signum suum omnium acerrimum.Vehemens sum exoriens:quum occido vehementior.occidit autem sæpius vt ostendit Plinius,& Columella,& nos late lib.i.Georg.Orientis hœdi sunt duę stellæ.Oriuntur autem vt scribit Columella lib.xij.quinto Kal.oct.Fauonius flat:nonnunquam auster est cum pluuia.Oritur item pridie nonas oct.Plin.lib.xviij.scribit hœdos oriri.iij.Kal.octo.horum exortꝰ tempestates inducunt,vt idē inquit libro.ij Manilius quoq lib.i.inquit.Tum subeunt hœdi claudentes sidere pontum.Mendax.non enim fructus produxerat vti debebat.Torrentia.desiccantia.Contracta. ostendit cupidos nō cōtentos ædificijs terrestribus etiā in mari ædificare:quo etiā curæ accedūt:nisi reliqrint penitus infinitam habēdi sitim.Cæmenta.a cædendo,cæsurę lapidum dicuntur.sunt qui dicant Cæmēta esse ipsa fundamenta vel res ipsas necessarias ad fabricam.Cæmēta:lapides non magni modi: quibus ædificia consurgūt. vt inquit Nonius.Frequens redemptor.Ordo est.frequens redemptor & dominus fastidiosus terræ cū famulis &c.Frequens redemptor idest architectus aliquis & susceptor fabricæ.is enim a primo emptore videtur redimere quum aliquid ædificandum conducit.Fastidiosus.erat enim fastidio sibi in terra tantum habere prætoria & ædificia nisi in mari quęq habuisset.Potes etiam dicere fastidiosus timor,superiori tamē melius iungitur. Sed timor & minæ.Ode etiam in superiori.xvi.ait.Patriæ quis exul se quoq fugit?Scandit æratas vitiosa naues Cura:nec turmas equitum relinquit Ocyor ceruis & agente nimbos Ocyor euro.Post equitem.i.post eius terga in clunibus equi.

ANTO
Gigātes.
democlis prandiū.
Dionisij ensis.
Augusti somnus.
Arcturꝰ
Hœdi stellæ.
Cemēta.

Quod si dolentem nec Phrygius lapis
Nec purpurarum sidere clarior
Delinit vsus: nec Falernę
Vites: Achę meniumq́ʒ costum:
Cur inuidendis postibus & nouo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Diuitias operosiores?

ACR. ¶ Quod si dolentē. Supfluū dicit ambitū fabricandi & diuitiarum appetitum, dum dolores & mœrorem auferre non possunt. Nec phrygius lapis. Synadicus. in Synada enim phrygiæ ciuitate marmora ipsa cæduntur. Achęmeniumq́ʒ. c. persicum. Achęmenij. n Persę dicti ab Achæmene rege. vnde Costū venit. Inuidendis. ambitiosis ianuis. vt est, Nec varios inhiāt pulchra testudine postes. Sublime. aut altum, aut marmoribus ornatū intelligitur. Moliar. extruam: vt Moliriq́ʒ arcem. & manibus subuoluere saxa. Cur valle permutem. si sollicitudine carere non pōt: nec commutationibus debent augeri diuitiæ. Operiosiores. cum magno opere acquisitas. ac si diceret, laboriosiores.

¶ Quod si. Ordo est. q̄ si nec lapis Phrygius, idest tinctura ex marmore phrygio: nec vsus purpurarum clarior, idest splendidior sidere delinit, idest mulcet: dolentem: nec vites Falernæ q̄ optimum ferunt vinum: nec costum, idest vnguentum ex costo, Achęmenium, idest persicum: sup. delinit dolentē: cur moliar idest cum molimina extruam: atrium postibus inuidendis, idest sumptuosis quibus merito inuideatur: & sublime nouo, idest insolito: ritu: & cur permutem, idest permutando accipiā dum diuitias operosiores idest plus operæ & laboris exigentes valle Sabina, idest pro valle Sabina quam a Mecœnate dono acceperat? q. d. id nequaquam faciam.

POR. ¶ Q. si. d. n. ph. l. n. p. s. c. sensus est. si dolorē corporis animiq́ʒ nulli diuitiarum apparatus excludere possunt: cur laboremus in acquirenda re? Phrygius la. marmor est Synadicū Synada. n. esse dicitur ciuitas phrygię, iuxta quam hoc marmor cæditur. Nec purpurarū sidere clarior. sit. non. n. omnem purpuram sidere clariorem intelligi vult. Achęmeniumq́ʒ co. odoramentum est quoddam gratissimum. Achęmenij autem Persæ dicuntur ab Achęmene rege, qui quondam totum orbem tenuit. Cur inuidendis postibus idest magnificis ac nobilibus. Et nouo subli. ri. mo. atri. Ordo est. ritu nouo sublime atrium cur moliar. Sublimitatem autem & ad multitudinem referre possumus, & magnificentiam. Cur val. per. s. d. o. cur inquit relicto Sabino agro sub quo securam vitam ago contētus: appetam amplissimas domuū fundorumq́ʒ possessiones quæ mihi oneri & molestiæ sunt?

ANTO ¶ Q. si dolentē. ostendit, si diuitię multę non pellunt dolores & molestias, se nolle permutare cum diuitijs etiam maximis sabinam vallem: vbi quidem securam vitam agebat. Phrygus lapis. Pli. lib. xxxvi. sic. Phrygi lapis gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa: vritur ante vino perfusus: flaturq́ʒ follibus donec rufescat: ac rursus dulci vino restinguit: & hoc trinis vicibus, tinguendis vestibus tantum vtilis. hæc ille. Horatius ergo de hoc lapide ad tinguendas vestes intelligit: cum dicat quoq́ʒ. Nec purpurarum &c. Delinit. placat: mitigat. Costum. Radix costi gustu feruens est, ordore eximio: frutice alias inutili: primo statim introitu amnis Indi Patale insula. Pli. li. xij. scribit. Achęmenium costum, idest persicum vnguētum. Nam vt scribit Pli. lib. xiij. Persarum esse debet gentis vnguentum: sed Parthi madent eo. Achęmenes autem fuit primus Persarum rex. vti & superius ostendimus ex Herodoto. Operosiores. idest magna opera & labore acquisitas.

Phrygius lapis.

Costum Vnguentū psicū.

II. Ode Tricolos Tetrastrophos. Subeūdā esse militiā: virtutūq́ʒ immortalē esse edocet.

Angustam amice pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat: vt Parthos feroces
Vexet eques metuendus hasta:
Vitamq́ʒ sub dio & trepidis agat
In rebus. illum ex moenibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Prospiciens & adulta virgo
Suspiret: Eheu ne rudis agminum
Sponsus lacessat regius asperum
Tactu leonem: quem cruenta
Per medias rapit ira cędes.
Dulce & decorum est pro patria mori.
Mors fugacem persequitur virum:
Nec parcit imbellis iuuentę
Poplitibus timidoq́ʒ tergo.
Virtus repulsæ nescia sordidę
Intaminatis fulget honoribus:
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis aurę.
Virtus recludens immeritis mori
Cęlum negata tentat iter via:
Cœtusq́ʒ vulgares & vdam
Spernit humum fugiente penna.
Est & fideli tuta silentio

ACR. Angustam. Difficilem. arduam. hanc Oden generaliter ad amicos scribit, cōmonens beatiorem vitam faciliorem q́ʒ: pauperi suadens ita adolescentes institui debere vt paupertate & exercitio ad militiam firmentur. Parthos. species pro genere. Sub diuo. in campo. vt Cum pater in ripa gelidiq́ʒ sub ætheris axe. Et trepidis. aut in bellis: in quibus semper trepidatur: aut in periculosis laboribus. Sic educatum inquit adolescentem ita clarum esse debere gloria bellicarum rerū: vt etiā mulieribus & puellis hostium notus sit ipsa assiduitate bellādi. Suspiret. cum illū prospexerit. timore suspiret ne aut maritus eius aut sponsus militem Romanum prouocans nescius bellicæ artis intereat. Ordo est. Prospiciēs illum ex hosticis mœnibus matrona bellantis tyranni & adulta virgo suspiret. Heu heu ne regius spōsus rudis agminum lacessat leonē asperū tactu: quem rapit cruēta ira per medias cædes. seruauit metaphoram. vt quia Romanū militem leoni comparauit adderet impetum. Mors & fugacem persequitur virum. contra tela furit & fugacem. qui fugat, agentis est & non patientis, Ostendit eos magis periclitari qui fugiunt. Iuuentę. Genitiuus est. ab eo. n. quod est iuuenta iuuentæ declinat. Timido ve tergo hoc est fugientium: vt est. Et in tergū fugientibus ingerit hastas. Tergum autem pro quibuscunq́ʒ membris posuit posterioribus: quæ vulnerari solent his qui in prælio fugiunt. Intaminatis. icorruptis: aut sine macula repulsæ. Secures. pro fascibus posuit, aut pro potestate: vt Sæuumq́ʒ securi Aspice Torquatum. hic itaq́ʒ talis dum in se habet honorem: nec ex populi potestate sumit: nec ab alio dignatur accipere. Arbitrio popu. au. populi fauore. vt Luca. Populari-

Merces. vetabo qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ: ſub ĳſdem
Sit trabibus: fragilemqꝫ mecum
Soluat phaſelum. ſępe dieſpiter
Neglectus inceſto addit integrum.
Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

¶ Anguſtam docet quis ſit ad militiam aptandus & quibus inſtitutionibus: quia puer robuſtus. Puer, vt ab ineunte ętate diſcat. Robuſtus, vt inuita Minerua non moliatur prouinciam negatam. Pro inſtitutione autem propoſitum habere debet dulce & iucundum eſſe pro patria mori: cum alioqui etiam breui moriendum ſit. Item nihil pulchrius eſſe virtute: hoc eſt fortitudine: quæ cedere neſciens cælum petit. Eius autem duæ ſũt alæ: altera qua fortiter agimus: altera qua fideliter commiſſa fidei noſtræ & deorum arcana tacemus: quæ reuelare tãtum nefas putat vt nolit cum eo mare ingredi. Ordo eſt. O amice, puer robuſtus ideſt extantibus & magnis membris ac robore cũ corporis tum animi preditus condiſcat ſcilicet a puero: pati pauperiem ideſt paupertatem anguſtam ideſt anguſtantem & cõſtringentem, ſicut copiæ dilatant: condiſcat dicit acri militia ideſt in acri militia, aut per acrem ideſt ſtrenuam militiam: vt ipſe iam eques metuendus haſta: quia eius agitandæ peritus, vexet parthos feroces quia Romano imperio inimicos: & agat vitã ſub dio ideſt Ioue: hoc eſt aere aut cælo: & in rebus trepidis id eſt trepidare facientibus. Matrona ideſt vxor matrimonio vt mater fiat data tyrãni. i. regis inimici: bellantis ſcilicet cõtra Romanũ imperiũ: proſpiciens ex mœnibus hoſticis ideſt hoſtilibus illũ. i. talẽ eqtem ita a puero inſtitutũ: & virgo adulta ideſt iam matura viro: iam plenis nubilis annis: ſuſpiret ideſt cum ſuſpirio dicat. Eheu ne ſponſus regius ideſt cui regis filia deſponſata eſt: rudis ideſt ignarus & nondum eruditus: agminum ſcilicet inſtruendorũ et ducendorum, laceſſat ideſt prouocet ad irã & pugnam: leonem ideſt talẽ equitem ferocientem in morem leonis: aſperum tactu ideſt dum tangatur: quem ira quæ leoni congrua, cruenta ideſt cruorem effudẽs: rapit ideſt fert per medias cædes ideſt ſtrages. Et ſi dicatur, tam audens cito morietur addit: dulce & decorum eſt pro patria mori. Mors perſequitur &, ideſt etiam fugacem virum: quia qui hoſtem effugit nõ continuo mortem effugit: nec mors parcit poplitibus ideſt neruis poſt genu. qui fugientibus incidi ſolent, & tergo timido iuuentæ ideſt iuuentutis: imbellis quia fugientis. Virtus neſcia repulſæ ſordidæ ideſt quæ non patitur repulſam ſordidam quæ fiat ob culpam aut ineptitudinem petitoris: fulget honoribus ĩtaminatis ideſt impollutis: nec ſumit aut ponit ideſt deponit ſecures ideſt ſummos faſces in quibus erat ſecuris, arbitrio, ideſt ad arbitrium auræ ideſt fauoris popularis: quia dignus conſulatu conſularis eſt etiam ſi repulſus. Virtus recludens ideſt aperiens cælum immeritis mori ideſt dignis ſemper viuere: tentat iter via negata ſcilicet homini in terris degenti: & ſpernit penna fugiente ideſt alis fugientibus per ęthera cœtus vulgares id eſt vulgarium, & humum vdam ideſt cœnoſam & paludoſam terram. Nec ſoli qui fortiter agunt præmiabuntur: quia merces tuta: quia in cælo vbi fures non demoliuntur, eſt & ideſt etiam ſilentio fideli ideſt de commiſſis fidei. Ego vetabo ideſt prohibebo ſit ideſt vt ſit vel ne ſit mecum ſub ĳſdem trabibus ideſt in eadem naui & ſoluat ſcilicet a littore mecum phaſelũ ideſt nauiculam fragilem is qui vulgarit ideſt vulgo reuelauerit ſacrũ Cereris arcanæ vt eleuſinę, quæ ſacra ſua arcana vult teneri: qa dieſpiter ideſt diei pater Iuppiter cuncta videns neglectus ſcilicet ab inceſto, addidit ſæpe inceſto ideſt polluto & non caſto: integrum ideſt incorruptum: hoc eſt puniuit temporaliter ſępe bonos cum malis: eo ꝙ in vna ſocietate inuenit. Pœna ideſt vltio deorum pede claudo quia lente aduenięns, hoc eſt licet pede claudo raro deſeruit ſceleſtum antecedentem. immo nunq̃ niſi ipſum ſceleris pœnituerit: ſed nec tunc deſerit.

bus auris Impelli pulſuqꝫ ſui. vt Virgi. Nũc quoqꝫ iam nimium. g. p. a. Recludẽs cæ. aperiens etiam cælum: vt Ardens euexit ad æthera virtus. Negata via. vt Virgi. Inſuetum per iter. Cœtuſqꝫ vul. vilium hominũ conſortia. Spernit hu. vt Virg. Terreniqꝫ hebetãt artus. & alibi. Qua me qꝫ poſſũ tollere humo. Virtus. Virtutẽ p ſe clarã ornare honores: nõ ornari dicit ab honoribꝰ. Repulſã vero habuiſſe dicebantur qui honorẽ petẽtes repudiati fuiſſent. Quod cũ veniſſet Catoni claro, virtutis ſuæ conſcius corruptum populi iudicium contempſit. & hoc tamen iuxta ſtoicorum ſectam: qui dicunt virtutem ſolam ſufficere ad beatam vitam. modo vero generaliter repulſa accipienda, virtutem ĩfamem ac ſordidam nunquam eſſe poſſe. Fugiente. p. tanquam ipſius virtutis fama terras fugiens cælum petat. Eſt &. f. t. ſ. m. oſtendit virtutem etiam ſecreti tenacem. Vetabo. Ordo eſt. vetabo ſit mecum ſub eiſdem trabibꝰ & ſoluat mecum fragilem phaſelum q vulgauit ſacrum Cereris. Sacra Cereris myſtica erant: nec vulgari licebat propter hoc ꝙ occulte conſilĳs vſa eſt donec filiam ſuam reperiret. Vnde & Virg. Et fida ſilẽtia ſacris. Et dicit ſe cum ſacrilego nec nauigare: nec manere velle: ne inuoluatur illis periculis. Soluat. ſoluere dixit in pelagus dimittere. Soluite vela citi. Phaſelum. phaſelus velox & oblonga nauis eſt: vt Virg. Et circum pictis vehit ſua rura phaſelis. Neglectꝰ. ad ſuppliciũ inceſti, ideſt noxĳ. Integrum. innocentem: vt Integer vitæ ſceleriſqꝫ purus. Antecedẽtem. pręeuntem. tanquam raro pœna deſerat ſceleſtum: & quamuis tarde, tamen puniat meritum: nec ab eo poſſit euadi nec effugi. Virgil. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

¶ Anguſtam amice pauperiem pati. Suadet breuiorem viam facilioremqꝫ eſſe pauperi ad beatam vitam ſi ita ĩſtituatur vt in ſubiectis oſtendet. Robuſtus acri militia puer. hoc eſt cum ita robuſtus eſt, ac per hoc cum adoleſcens eſt. Acri militia. aut in acri militia accipe: aut per acrem militiam. Et par. fero. Parthos pro quibuſlibet hoſtibus accipe. Illum ex mœnibus hoſticis. tam clarus ſit inquit in gloria bellicarum rerum adoleſcens, vt vulgo etiam mulieribus & puellis hoſtium notus ſit, quæ vtiqꝫ niſi frequentes in bello proſpiciunt. Aſperum tactu leonem. hoc eſt qui aſper eſt vt leo. Aſperum tactu autem, qui ſi tactus eſt ideſt læſus, aſperatur Mors & fugacem perſequitur virum. hic oſtendit eos maxime periclitari qui fugiunt. Virtus. r. n. ſ. hæc de ſtoicorum ſecta ſunt: qui dicunt virtutem ſolam ſufficere ad vitam beatam. Repulſam autem generaliter accipit pro ĩfamia ac turpitudine. Hoc. n. ait. Virtus infamis ac ſordida nunquam eſſe poteſt. Nec. ſ. aut. p. ſ. a. ideſt hęc poteſtate propria coronatur: qa non alius illi auferre poteſt quod in ipſa poſitum eſt. Negata. t. i. v. negata. ſ. hominibus. His autem intelligi vult per virtutem acquirere poſſe homines immortalitatem qui mortali conditione ſunt. Et fide. tu. ſi. mer. inter. virtutes. ſ. Vetabo qui Cere. ſa. vul. ar. abſit ĩquit vt ſub eodem tecto mecum ſint: & cũ his nauigem qui linguam ſuam vſque ad ꝓditionem myſteriorum Cereris producunt. Raro antece. ſce. de. pe. pœ. clau. hoc proximum eſt illi quod dicitur. Deos iratos pedes lanatos habere. quia non nunquam tarde veniunt nocentibus. ſecundum hæc ergo pœna pede claudo dicta eſt: quam raro deſeruiſſe antecedentem ſceleſtum ait, ſignificat difficile nõ eſſe perſequi eum cui ob meritum aliquod pœna debetur.

POR,

Argumentum Odes.II.

ANTO ¶Amico scribens docet robustum puerum debere acri militia discere pauperiem pati: & hostes eques vexare: vitam sub dio agere. Nam dulce est & decorum pro patria mori. Quę mors omnes prosequitur & fugaces & imbelles. virtus autem honore afficitur: nec perit vnquam. Ait inde quemq̃ impiũ secum morari nolle. Nam spretus Iuppiter sæpe scelerato addidit etiam innocentem. Raro enim pœna scelestum deserit, quãq̃ sera quandoq;. Angustam amice. Ode est similis.ix. Angustam pauperiem idest grauem, molestam, acerbã, difficilem. Parthos feroces, idest feroces hostes. Sub dio. sub aere, sub sole, sub imbri. Trepidis idest periculosis & asperis. Illum ex mœnibus hosticis. Sensus est. Illum Romanum militem bellis assuetum & strenuum timeat regia hostis vxor a mœnibus eum aspiciens: timeat inquam ne suo viro concurrat imbelli. Rudis agminum idest præliorum militiæq;. Leonem idest Romanum militem strenuum. Tactu asperum idest dum tangitur. vel vt tangatur. Dulce & decorum. edocet pulchrum esse pro patria mori. ergo pugnandum nõ fugiendũ est: cum etiam fugientibus mors magis instet. Imbellis iu.i. debilis & non aptę bellis. Timido. t.i. gienti. Virtus repulsæ. Sensus est. q virtute preditus nunquam repulsam habere potest: splendet enim per se incorruptis honoribus: quos in se habet. vnde si peteret magistratum nec populi fauorem haberet: repulsã non habet: quia omnino dignus est magistratu ipso fungi. Nec sumit aut ponit. Sensus est: q virtute præditus nõ sumit aut relinquit magistratus arbitrio populi fauentis vel obstantis: quoniam omnino virtute sua illud meretur exequi: nec aliquis ei auferre potest vel dare quod est in ipso positum. Virtus recludens. ostẽdit virtute præditos humana despicere: appetereq; cælestia: illisq; diuinos honores exhiberi, cum inter cælicolas referantur. Est & fideli. ostendit virtutem ipsam secreti etiam tenacem esse: & fidelem. Vetabo qui. dicit se nolle cum sacrilego conuiuere vel nauigare, ne illius culpa ipse quoq; opprimatur a dijs. Cereris sacrum. arcanum. Cereris sacra mystica erant idest secreta: nec vulgari licebat. dicunt enim eã occulte consilijs vsam fuisse donec filiam reperiret. Sub ijsdem trabibus. sub eodem tecto. Diespiter. Iuppiter, vt diei pater, teste Macro. Incesto addidit integrum. scilicet scelerato & criminoso adiunxit integrę vitę virũ & insontẽ. Raro. Orco est. pœna claudo pede raro deseruit scelestum antecedentem. nam vt etiam lib.i. Valerius scribit: Lẽto gradu ad vindictam sui diuina procedit ira: tarditatemq; supplicij grauitate compensat. Et iuue. sat. xiij. Vt sit magna tamen certe lenta ira deorum est. quæ quidem ab Homero sumpta sunt. is enim lib. iiij. Ilia. ait: Contẽni numẽ olimpi Haud impune sinũt superi: scelera impia quamquam Distulerint culpas hominum grauiora morantur Supplicia.

Deorum pœna.

ACR. Iustũ & tenacem. In secta stoica: hoc dicitur: iustum virum honestiq; propositi non terreri ciuium opinionibus vel minis exigentium vt aliquid forte rationi contrarium fiat. Ordo est. iustum virum solida mente & tenacem propositi non quatit ardor ciuium iubentium praua. Ardor. p.i. seditio iniqua sperãtium. Vultus. seueritas. Instantis tyranni. terrentis.; Mente solida. dicit iusti & constantis viri. qui minis non quatitur tyranni. aut certe mente pro consilio intelligi voluit: vt Virg. Hic patris æneę suspẽsam blanda vicissim Gaudia pertentant mẽtem. & Qua facere id possis nostram nũc accipe mentem. & hoc auget per ecbasin: & graditur a populo ad regem: a rege ad elemẽtum: ab elemento ad deum: a deo ad mundũ labitur. Inquieti. s. austro duce. vnum pẽdet ex altero. Hadrię. masculini generis est. cuius commotionem mare sequatur. Si fractus illabatur orbis. ad Ecbasin animi constantis retulit. vt Luca. Sic cũ ruit arduus æther. Hac arte. P. & vagus. qui per omnem terrã peragrauit. vt Vir. Nec vero Alcides tantũ telluris obiuit. Innixus. incumbens. Semidei dicebantur qui ob merita deorum adhibebãt conuiuijs: quod Horatius modo Augusto dedit. vt Virgi. Tu das epulis accumbere diuum. Purpureo. pulchro. vt est Roseoq; hęc insuper addit ore. Bibit. Vtcunq; adhoc meritũ peruenerit virtutis via. Nectar. potus numinum. Hac. quasi militãtem collo trahi; potentiæ numinis dedit Collo trahẽ. potentiæ numinis dedit iugo feras subdere: ideo quantum ad mortales indociles, quantum ad potentiam Dionysij ex more doctas. Hac virtute animi. Quirinum, siue Romulum in honorem Augusti laudat: & ipsum Martis filium deum pro virtute factum Acherontem mortuis deputatum vitasse cõfirmat. Equos vero. Martis pro pugnãdi isigni posuit. Cõsiliantibus dijs. consilium habentibus dijs de recipiendo Romulo in numerum deorum. Ilion Ilion. repetio nominis interdum iracũdiam. ĩterdum laudem significat: vt Ah Corydon Corydon quæ te dementia cepit. & Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis. Ordo est. fatalis & incestus iudex & peregrina mulier vertit Ilion in pulue rem, Iliõ

III. Ode Tricolos Tetrastrophos: docens virtute ascendi cęlum: de Romuli numine loquens.



Iustum & tenacem propositi virum
Non ciuium ardor praua iubentium
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida: neq; auster
Dux inquieti turbidus Hadriæ:
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.
Hac arte Pollux & vagus Hercules
Innixus arces attigit igneas.
Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibet ore nectar.
Hac te merentem Bacche pater tuę
Vexere Tygres indocili iugum
Collo trahentes: hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit:
Gratum elocuta consiliantibus
Iunone diuis: Ilion Ilion
Fatalis incestusq; iudex
Et mulier peregrina vertit
In puluerem: ex quo destituit deos
Mercede pacta Laomedon mihi
Castæq; damnatum Mineruę
Cum populo & duce fraudulento.

¶Iustum & tenacem. Describit viri fortis virtutem: & qui vere fortes inuenti cælum meruerint commemorat: Romulum illis annumerans etiam Iunonis permissu, quæ in consilio deorum permisit vt Romulus virtute cęlum conscenderet: & Romam construeret: Parthis & Medis alijsq; fere gentibus dominaturam: cui consonat illud æneí.i. Quin aspera Iuno Quę mare nunc terrasq; metu cælumq; fatigat Consilia in melius referet: mecumq; fouebit Romanos rerum dominos gentemq; togatam. Verum id solum recepit, ne Romani pietate moti Iliõ instaurare moliantur. quod commode fingitur a pœta ne aut i

pietati aut ignauię det Romanis ꝙ Troiā patriā suā antiquā nō reparauerint: q illis ipietati dari posset si nollēt: & ignauiæ si neqrēt. Cæterū qa hæc materia altior videt ꝙ quæ lyræ conueniat: admonet musam sese reprimat. Ordo est. Ardor.i. ardēs furor ciuiū iubētiū praua.i. iniusta: qa iustis parēdū est: & vultus.s. crudelis: tyrāni instātis.i. vrgētis: nō quatit.i. non excutit nec dimouet, solida, idest firma & integra mente: virū iustū & tenacē propositi.i. cōstantē in proposito. Neq; auster dux turbidus idest turbulētus rector Hadriæ.i. maris hadriatici ingeti.i. cōmoti: nec magna manus Iouis fulminātis quatit sup. eū: qa Iuppiter nō vult & Hadria nō pōt. Si orbis. idest totus globus cæli fractus illabat scilicet in se: ruinæ.i. fragmenta cadentia ferient eū impauidum: forte tamen pauentē. Pollux alter gemino rū, & Hercules vagus.s. ad mōstra domāda: innixus.i. stabilit⁹ hac arte.i. solidæ virtutis: attigit arces igneas idest cœlestes: iter quos scilicet Pollucē & Herculē, Augustus recūbens scilicet in mensa deorum: bibet ore purpureo.i. purpurato: nectar idest deorū potū. O Bacche pater: tuæ.i. tibi obsequentes peculiariter tygres: trahētes iugū collo indocili, idest indomabili ab alijs: vexere te merētē.i. militiā agētē aut bene merētē, hac.s. arte virtutis. Quirinus.i. Romulus fugit equis martis idest bello, hac scilicet arte acheronta: idest infernū: & hoc Iunone elocuta gratum idest rem gratam Marti & eius soboli: diuis cōsiliātibus.i. cōsultātibus de statu Romano. Inquit aūt Iuno. Iudex.s. Paris qui veneri pomū adiudicauit: fatalis, idest exitialis: qa ita in fatis fuit: vt Roma surgat ex ruinis Troiæ: & incestus: quia libidine corruptus Veneri fauit, & mulier peregrina scilicet helena: vertit in puluerem Ilion ilion. bis dicit ad affectum exprimendū. q.d. pulcherrimū quodam oppidum dānatū. s. ad euersionē a dijs: cum populo & duce fraudulēto scilicet Laomedōte, mihi & Mineruæ castę.i. in vltionē meā & Mineruæ: ab eo tempore ex quo Laomedon rex Troię pater Priami destituit.i. defraudauit deos scilicet Neptunū & Apollinē: mercede pacta, idest pacto promissa pro instauratione murorū Troiæ, dānatū mihi & castæ Mineruæ cū popul & fraudulento duce: ex quo Laomedon destituit deos pacta mercede. Fatalis. Alexāder per quem deleretur Ilion vt Cū fatalis equ⁹ saltu super ardua venit. Et mu. p. peregrina dixit ad exaggerationē. vt Virgi. Fœmina ꝙ nostris errans in finibus vrbem. Ex quo desti. de. Lao. pro murorum Troiæ perfectiōe nō soluerat votū numinib⁹ ꝓmissū. vt Vir. Necdū Laomedōteæ sentis piuria gētis. Dānatū. destinatū ad ꝑdēdū. Virgil. Hic Iuno scæas sæuissima portas Priā tenet. Bene aūt castę, quia incestus iudex dixerat.

¶ Iustū ac tenacē ꝓpositi virū. In secta stoica & hæc dicit, iustū virū & honesti ꝓpositi nō terreri ciuiū opinionibus exigētiū vt ali qd cōtra ratione faciat. Nō vult⁹. i. t. m. q. s. i. eū quē iustū & tenacē ꝓpositi ait. ergo sēsus est: sapientē virū nō querit. i. nō cōturbat minax vultus tyrāni: ideo scilicet qa solita mēte est. i. firma & cōstāti. Hac arte Pol. & va. Her. vagus dictus est: qa orbē terrarū peragrauit. Arces igneas. i. sidereas: ac ꝑ hoc cælestes. Quos. i. a. r. bene: quia & ipse virtutis cultor est. Purpureo bibet ore nectar. purpureo ore, claro & splēdido: vt Vir. Lumēq; iuuētę Purpureū. Hac te. m. b. p. hac. virtute. s. Merētē. merētē quomodo accipimus; vt ꝗ simpliciter dignū: an vt mereri stipendia milites dicimus? Indocili. i. c. t. alioqui indocili. Non vtiq; etiā sub libero qui eas doceuerit iugum suum trahere. Gratum. e. c. i. d. consiliantibus nunc in consilio agentibus intelligendum. est autem sensus. Iunone elocuta quę erat cū dijs apud quos cōsilio loquebatur. Gratū elocuta cōsiliātibus. Non ē alia hæc oda ꝙ superior: sed illi adheret. quare fallunt ꝗ eas separāt: quippe cum manifeste hęreat hoc modo. Hac quiri. m. e. a. f. Gratum elocuta cōsiliātibus Iunone diuis. significat hac Romulū in cælū receptū Iunone mitigata Romanis: quibus aliquādiu propter iram: quā in Troianos habuit: irata fuit. Fatalis i. q;. i. hæc iā Iunonis verba sūt i cōsilio. Mihi castęq;. d. m. ꝑ a me dānatū. Iliō. s. POR.

Argumentum Odes. III.

¶ Scribit sapientē virū & optimū nulla seditione nullisq; minis tyrranni: nō tēpestatibus, nō Iouis fulmine posse a solida & integra mente cōcuti & moueri: si etiā mūdus rueret ipauidū ruinæ ferirēt. Itaq; virtute & mēte inixus Pollux & Hercules cælū ascēdere: iter quos ꝗdē ipse quoq; Augustus accūbet. hac itē virtute a tygribus vectus ē Bacchus: hac iquā virtute Romulus Martis eq;s & militię gloria fugit iferos: celūq; ascēdit Iunone etiā ꝑmittēte dū dij cōsiliū sup hoc agerēt. Refert idē plurima Iunonis verba in Romuli Romanorūq; gratiā prolata. Admonet postea musā vt deorū sermones referre desinat. cū lyricis iocosa tātū nō seria grauiaq; cōueniāt. Iustū & tenacē propositi virū. Ode ē similis. ix. libri primi. Hinc aūt poeta ipse lōgo iteruallo ad Romuli numē descēdit i Augusti laudē. Tenacē ꝓpositi. i. cōstātē: & cōtinētē. Cōstātia nāq; i re sustēdo: cōtinētia vero i superādo cōsistit: qd philosophus lib. vij. ethi. scribit. Ardor. furor, seditio. Vultus. sæuitia. Mēte quatit solida. cōcutit: mouet a mēte firma, itegra: & cōstāti. Auster dux turbid⁹ Hadrię igeti. Ode quoq; .iij. lib. i. de eodē ait Nec rabiē noti, Quo nō arbiter Hadriæ maior tollere seu ponere vult freta. Impauidum ferient ruinæ. id fortis viri officiū est. vnde philosophus ait lib. iij. ethi. Is igit homo fortis proprie dicit, ꝗ circa honestā mortē: & ea oīa quæ repēte eueniūt atq; afferūt ipsam, iterritus est. Hac arte. i. iustitia, cōstātia, & fortitudine. Hac arte. i. virtute. dicit em ars ab ἀρετῆ. i. virtute, vt Diomedes scribit. Pollux: de hoc lege Ode. xij. lib. i. Vagus. orbis em plurima loca ꝑagrauit mōstra domādo: iussus ab Eurystheo Mycenarū rege. de quo vide Epodo tertio. & i Iuuena. ibi. Sed qd magis heracleos. Arces igneas. i. sidereas. Augustus recūbēs. vult Augustū quoq; i deorū numero seu noīe haberi. loqtur aūt vt ille. Tu das epulis accūbere diuū. nā hoīes ꝑ merita deorū cōuiuijs adhibebant. Hac. s. arte & virtute. Te merētē. i. pugnātē & benemerētē de hoib us. Bacchus em, vt scribit Diodo. cūctos ipios sustulit. Tygres. Lynces & Tygres Bacchi currū trahūt. Sed videtur Baccho assignari (teste Probo) vt ꝑ earū colorē, i vino varias hoim eē mētes itelligamus vel vt ꝑ eas sæuitia demōstret, ꝙ qdā poti, ifinitā excedūt crudelitatē. Hac. s. arte & virtute. Quirin⁹. Romulus hīc aūt i Augusti laudē cōmemorat. Martis equis, i. bellando. Acherōta. i. iferos ipsos. de Acheronte legito i Ode. iij. Gratū. ꝑ grate. Cōsiliātibus. i. cōsiliū habētibus de recipiēdo Romulo Iliō Iliō. hæc sūt Iunonis Romanis cōciliatæ verba ad deos. Fatalis icestusq; iudex. de Paride loquit ꝗ iudiciū habuit triū dearū. de quo late i Ode. xv. lib. i. Mulier ꝑegrina. i. Helena. Laomedō. scribit Homerus lib. xxi. Iliad. Neptunū talia verba Apollini retulisse Stulte ꝙ isipiēs es, nōne meministi ꝗ iam passi sumus apud Iliū mala: Solos nos deorū Iuppiter misit vt sub ꝑbo Laomedōti i annū ꝓmissa mercede seruiremus. ipse iperabat. Ego Troianis vrbē latis & ꝗ pulchris muris ne expugnari possent circūdedi. Tu erra būdus & camuras boues i iugosę Idę cōuallibus pauisti. Sed quū venit accipiēdę mercedis tēpus, tūc debita nos mercede fraudatos minatus dimisit Laomedō: tibi qdē, manibus pedibusq; ligatis ad lōgiquas isulas deportaturū: vtriusq; aūt aures icisurū. nos aīo irato ꝓmissa fraudati mercede reuertimur. Horū tu nūc Troianis gratiā refers &c. Id vero fictū eē aiūt quoniā cū Troianorū pecunia in sacro horū deorū seruaret: ab eis Laomedon petijt redditurū se iuiās: vnde mœnia instaurauit. postea tamē nec reddidit: hinc datus est fabulæ locus. Ilion. Ordo est. iudex fatalis & incestus & mulier peregrina vertit i puluerem Ilion: Ilion dānatū mihi pro a me: & castæ Mineruæ: cū populo & duce fraudulēto: ex quo Laomedon pacta mercede destituit deos. Castæ Mineruæ. id ait, quia dixerat incestus iudex. scribit aūt Home. lib. vlti. Iliad. ꝙ Iuno & Minerua saciū Iliū Priamūq; & Troianū populum prosequebātur Alexādri gratia, qui deabus ad se venientibus eam prætulit: quæ miseram ipsi libidinem pollicebatur. Duce fraudulēto. i. ipso Laomedonte, qui deos fraudauerat, Neptunum scilicet & Apollinē.

ANTO

Cōstātia
Continētia.

Fortis hō
Ars.

Lynces,
Tygres.

Neptunus.
Apollo.
Troiæ mœnia.

Iam nec Lacenæ splendet adulterę
Famosus hospes: nec Priami domus
Periura pugnaces Achiuos
Hectoreis opibus refringit:
Nostrisq; ductum seditionibus
Bellum resedit protinus: & grauis
Iras & inuisum nepotem:
Troica quem peperit sacerdos:
Marti redonabo, illum ego lucidas
Inire sedes: ducere nectaris
Succos: & ascribi quietis
Ordinibus patiar deorum.
Dum longus inter sęuiat Ilion
Romamq; pontus: qualibet exules
In parte regnanto beati.
Dum Priami Paridisq; busto
Iusultet armentum, & catulos ferę
Celent inultę, stet capitolium
Fulgens, triumphatisq; possit
Roma ferox dare iura Medis.
Horrenda late nomen in vltimas
Extendat oras, qua medius liquor
Secernit Europen ab Afro,
Qua tumidus rigat arua Nilus,
Aurum irrepertum & sic melius situm
Quum terra celat, spernere fortior
Quam cogere humanos in vsus
Omne sacrum rapiente dextra.
Quicunq; mundo terminus obstitit
Hunc tanget armis, visere gestiens
Qua parte debacchentur ignes:
Qua nebulę pluuijq; rores.
Sed bellicosis fata Quiritibus
Hac lege dico, ne nimium pij
Rebusq; fidentes auitę
Tecta velint reparare Troię.
Troię renascens alite lugubri
Fortuna tristi clade iterabitur
Ducente victrices cateruas
Coniuge me Iouis & sorore.

gistro mouit Amphion lapides canẽdo, no-
ta fabula: Amphionẽ citharę cantu & pecu
des quarũ pastor erat ad se accercisse: & lapi
des quibus Thebani muri extructi sũt, Tuq;
t. quia testudine Mercurius lyrã fecit. & ami
ca templis. fidicines hodieq; Romæ in sacri
ficijs adhiberi videmus. & adhuc proteruo
cruda marito. Nõ ĩtẽpestiua, sed aĩo cruda: i.
crudelis, ac per hoc aspera atq; horrẽs mari-
tũ, Tu. p. t. c. s. d. hæc ad testudinẽ dicũtur: si-
ue ad Mercuriũ. Cessit immanis. t. b. i. a. rece
ptã de Orpheo fabulam tracta, q̃ refert etiã
Cerberum & cætera inferna cantu cithare lenita esse. Atque spiritus te. s. q;. m. o. t, saniem autem cadauerũ
quibus vescitur intelligi vult: aut pro venenis posuit, que in illo esse potest fingi, cũ etiã serpentibus hirsutus
esse videatur, Quin & Ixion, t. v. r. inuito vultu, intelligas tantam fuisse gratiam cantus vt in tormentis pœ-
næ constitutis extorserit tamen risus, Danai puellas, pro eo quod est Danai filias.

Argumentum Odes. XI. ANTO

¶ Mercuriũ eiusq; lyram poeta ad cantus inuitat quibus Lyde fugax & impia oblectetur, ipsius denique
Mercurij laudes & potẽtiã melodiæ cõcelebrat. Refert etiã Belidũ pœnas apud inferos: & illarũ cędẽ in pa-
trueles, ipiæ nãq; illic puniũtur, id aũt agit, ne lyde sit impia, sed mitis fiat in eum, Mercuri nã. t. Ordo est. O
Mercuri dic modos quibus Lyde applicet aures obstinatas, nã te magistro docilis Amphion mouit lapides
canendo: & tu testudo callida. & c. Amphion, is Iouis filius primus musicã inuenit, primus item cum citha- Amphi
ra cecinit, primus illã inuenit: vt alij Orpheus: vt alij Linus, Auctor Pli. lib. vij. De hoc idemq; Horatius ait
in arte: Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis Saxa mouere sono testudinis & præce blanda Du
cere quo vellet. Solinus vero ait. Thebas condidit Amphion, non q̃ lyra saxa duxerit, neque enim par est ita
gestũ videri, sed q̃ affatus suauitate homines rupiũ incolas & incultis moribus rudes ad obsequij ciuilis pel

Lyra mercurij / Lyra Apollis. / Belides.

lexerit disciplinā, Septē neruis. Diodorus lib.i. scribit Mercuriū lyræ ex neruis triū chordarū instar triū anni
temporū repertorem fuisse. Tris eñ instituit voces, acutam, grauem, & mediā, Acutā ab æstate, Grauē ab
hyeme, Mediā ab vere sumens. Macrobius li.i. Sat. scribit lyrā Apollinis chordarū septem fuisse. Per quas
tot cælestiū spærarū motus præstat intelligi, quibus solē moderatorē natura constituit: diximus & plura ī li.
i. vbi Mercuriū Horatius maxime celebrat. Callida, docta, scia. Loquax, idest vocalis, & sonora, Olim añq
Mercurius reperisset. Modos, versus: modulationes, Obstinatas. duras, inexorabiles: Trima, idest triū anno
rum. Exultim, idest saltim vel saltuatim, Nuptiarum, idest coniugij: Proteruo: petulanti & impudēti, Cruda
immatura & dura, Tygres: quæ sunt ferocissimæ, Cerberus, de hoc vide superius. Totū vero id ad Orphe
um refertur, nam cithara fretus inferos adijt. de quibus videto Maronem in fine libri.iiij. Geor. cētū angues
propter hos item superius dixit Belua centiceps, Teter, niger, venenosus, Ixion Titiusq́, de his supra oñdi-
mus, Vrna de Belidum vrna loquitur, de quibus Ode.xiiij. lib.ij. de ijs etiā ait Ouid. lib.iiij. Meta. Moliriq́
suis letum patruelibus ausæ assidue repetunt quas perdunt Bellides vndas: & in ibin inquit. Quæq́ gerunt
humeris perituras Belides vndas, Exulis Aegypti turba cruenta nurus. finxerunt eñ poetæ has apud infe
ros esse damnatas tali supplicio: vt haurientes aquas vrnas absq́ fundis conentur implere, vnde Seneca. Vr
nasq́ frustra Danaides plenas ferunt

Audiat Lyde scelus, atq́ notas
Virginum pœnas, & inane lymphę
Dolium fundo pereuntis imo:
Seraq́ fata
Quę manent culpas etiam sub Orco?
Impię, nam quid potuere maius?
Impię sponsos potuere duro
Perdere ferro
Vna de multis face nuptiali
Digna, periurum fuit in parentem
Splendide mendax, & in omne virgo
Nobilis ęuum:
Surge quę dixit iuueni marito
Surge ne longus, tibi somnus vnde
Non times detur, socerum & scelestas
Falle sorores,
Quę velut nactę vitulos leęnę
Singulos eheu lacerant, ego illis
Mollior nec te feriam, neq́ intra
Claustra tenebo.
Me pater sęuis oneret catenis
q́ viro clemens misero peperci.
Me vel extremos Numidarum in agros
Classe releget,
I pedes quo te rapiunt & auræ
Dum fauet nox: & Venus: i secundo
Omine, & nostri memorem sepulcro
Sculpe querelam.

ACR ¶ Audiat Lyde. s. c. audiat qua pœna dānatæ sunt que amātibus crudeles fuerūt. Manēt, expectāt. Etiā sub orco. nō solū dānātī aquę penuria, sed ēt ifernali cruciāt igni Duro. p. f. non ad naturā ferri relatū ē epithetō sed ad earū aīm quæ dura ac crudeli mente hoc ausæ sunt: vt Duris genuit te cautibus horrens Caucasus Face nuptiali digna positum est enim hoc pro affectionis insigni tan q̄ maius præmiū fœminis nō sit. cū facibus eñ nuptiæ fiebāt vesperi apud antiquos. & in oē v̄go nobilis æuū, virginē ꝓ muliere posuit, ne lōgus tibi somnus. i. mors: vt Et cōsāguineus leti sopor. Mollior, melior affectuosior. Quæ velut nactæ: ordo est, quæ velut nactæ leęnæ vitulos heuheu lacerāt singulos, & ē pulcherria cōparatio, Me vel extremos. n. ī. a. in deserta Numidiæ: q̄ feris plena sunt. aut ꝓ crudelitate Numidas memorauit: vt Numidæ infræni. Classe releget: remoueat: vt Virg. Atq́ ideo tauros ꝓcul atq̄ in sola relegāt Pascua: Dū fauet nox vt Defensi a tenebris: & dono noctis opacę. Sculpe quærelam. i. per epitaphion in cōmemoratio ne scribe quod gestum est

POR. Audiat. l. s. atque. n. Mira oportunitate de excessu excessum repetit: & est sensus, audiat Lyde qua pœna damnatæ sint quę crudeles amatoribus fuerunt: Et. i. l. d. f. p. imo. ita autem figurauit vt econtrario plenū vas & inane illius rei dr̄, vt & Terentius. vini plenum: Seraque. f quare sera dixerit, ipse ex subiectis ostendit: Quæ, m. c. e. sub orco impiæ nā qd potuere maius? bona paralepsis, per quā ipensior affectio dicētis exprimitur Duro ꝑdere. f. nō ad naturā ferri relatū est epithetō duro, sed ad animū earū que dira ac crudeli mēte in eos vsæ sunt. Vna de. m, f. n. d, Hypmestrā dicit, que Linū maritū seruauit: & videt pn̄ti affectione illatū, Face nuptiali digna. tāq̄ maius p̄miū non sit fœminis. Et in omne v, n. ę. ꝑꝑ pietatem, s. quā marito pręstitit. Quæ. v, n. vitulos leænæ Me pater sæuis oneret catenis. Extrinsecus audiēdū: si putat: vel quid tale: me putet. vt si putat sę uis catenis oneret pro hoc facto. Et. n. m. i. s. q. i. monumento meo inscribe mortis meę casum vel causam.

ANTO Audiat Lyde. optat poeta lyda ipsa mitior, fiat audito supplicio earū q̄ amātibus īpiæ fuerāt. Seraq́ fata, i. decreta deū sero venientia, nā vt oñdit Apuleius ī libro demūdo, fatū Iouis decretum est, Deorum vero vindicta sera est: sed grauior. Potes etiam sera fata seram mortē accipere: vel futura mala: vt indicāt seq̄ntia. Seraq́ fata: ordo est. & audiat lyde sera fata quæ manēt. i, expectāt culpas impiæ etiā sub orco, Nam quid potuere maius impię? Dictio est noīatiui pluralis. Dicit, aūt q́ impię nō possūt maius scelus cōmittere q̄ necare viros, & hoc ait propter se qui spꝛnebatur ab Lyde impia, Vt

¶ Audiat. Rogat citharā vt ad terrorē Lydę canat pœnas pertidarū Belidum, quas luunt quia patruelibus suis infideles fuerūt. dicēs, Audiat Lyde scelus, s. parricidiū, atq́ pœnas virginum: scilicet Belidū, notas: idest vulgatas, & doliū inane lymphę, idest aquæ, idest in quo quia fundo caret aqua non remanet: vnde dicit lymphæ pereuntis imo fundo, i. ꝑ fundi sublati locum, & audiat fata sera. i. extrema: aut sero, quia post mortem patruelium illata: quę scilicet fata manent, id est expectāt culpas: scilicet Belidum etiam sub orco, idest inferno Deinde post pœnas narrat scelus dicens, Impiæ, scilicet Belides impię inquit dico: nam quid potuere maius. i. magis impiū aut sceleratius q̄ qd̄ fecerūt, nā potuere perdere duro, idest rigido, aut ipsæ durę potuere ferro perdere spōsos. s. patrui sui filios, vna virgo, scilicet Hypermestra, de multis, idest de quinquaginta filiabus (Danai, digna face, idest tæda nuptiali, idest quæ matrimonio daretur, fuit splendide, idest cum decore mendax in parentem, i. patrē Danaum: periurū: idest qui contra iusiurandū & fœdus cū ægypto initū iussit filios eius occidi, & nobilis. s. splēdide & cum honore, in oē ęuū. s. futurū: quæ dixit marito iuueni, s. Lino. surge: surge, ne somnus longus: idest æternus,

hoc est mors detur .tibi, vnde non timeas, s. a me cōiuge & cō sanguinea tua, & falle socerum, callide nō dicit patrē, & sorores. s. meas, scelestas, quæ velut leænæ nactæ, vitulos, eheu in terdolentis vox. lacerāt. i. iugulāt & trucidant, singulos. s. maritos hoc ē q̄q̄ suū, ego mollior: idest benignior illis, nec feriā, id est, percutiā te, neq̄ tenebo itra claustra, i. clausuras cubiculi: vt cæteræ suos ex mandato patris tenent. Pater. s. meus Danaus oneret, idest potius amo vt oneret, vel permitto vt oneret dū pia sim: aut licet oneret, me sæuis: idest magnis & immanibus catenis: q̄, idest quia, ego clemēs, idest benigna quasi colēs mē tem quæ homini benigna & misericors ex natura est: peperci vi o, idest marito misero: idest miserando: hoc est miseratione digno: nam miser fere in bonā ptē accipitur, hoc est peperci tibi. sed potius dicit viro q̄ tibi, q̄a multa vis excusationis est in eo q̄ viro pepercit, Nā etiam lege diuina sicut derelinquet hō patrē & matrē & adhærebit vxori suæ, ita multo fortius mulier viro: vtq̄ ppter virū pcreata ē, Vel pater releget s. vū nō redeā: me classe, i. naui ī extremos agros Numidarū, i. ad torridam zonā aut syrtes. I. abi o Line aut Lynceu, quo pedes & auræ rapiunt te. i. aufuge quātū potes, etiā auxilio ventorū & nauiū fictus: dū. i. donec nox fauet, & Venus, que nubētes legitime cesto cingit, aut quæ mihi tui amorē iiecit, i omine. i. i auspi tio & euentus indicio: secundo. i. prospero: & sculpe sepulcro s. nostro q̄relam memorē. i. epithaphiū memor nostri.

ostendat scelus id esse maximū. Etiā sub orco. hinc ait pœta lib. VI. Gnosius hæc Rhadamantibus habet durissima regna, Castigatq̄ auditq̄ dolos subigitq̄ fateri Quæ quis apud superos furto lætatus inani Distulit in seram commissa piacula mortem. Seneca item tragœdia prima ait. Vt fert fama impios supplicia vinculis seua perpetuis domāt. Vna de multis. de Hypermestra dicit quæ Lino viro suo pepercit, de qua late Ouidius in heroidibus vna de multis. Ordo ē. vna v̄go de mr̄tis digna face nuptiali fuit splendide mendax in parentem periurum: & fuit nobilis in omne æuum. Face nuptiali digna, id est matrimonio. In parentem, contra Danaum, non enim mandata illius peregit in occidendo viro suo, vt aliæ fecerunt Splendide mendax, idest decore honeste & honorifice mendax. nam propter id & decus & laudem meruit. Surge quæ dixit: Hypermenestra apud Ouidium Lino scribens ait Iamque patrem, famulosque patris, lucēq̄ timebā, Expulerāt somnos hæc mea dicta tuos: Surge age Belide de tot mō fratribus vnus. Nox tibi ni pperes ista perennis erit. Territus exurgis fu-

Impiorū pœnæ.

git omnis inertia somni, Aspicis in timida fortia tela manu, Quærenti causā dū nox finit effuge dixi. Dū nox atra finit tu fugis ipsa moror. Me pater sæuis: hæc verba Hypermestræ miserentis ostendit Lydē quoq̄ mi sereri debere. Et aurę. ad nauigationem id refert. Sepulcro sculpe q̄relam. Apud Ouid. quoque ait Hypermestra Lino & sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa. Sculptaq̄ sint titulo nostra sepulchra breui. Exul Hypmestra precium pietatis iniquum Quam mortem fratri depulit ipsa tulit.

XII. Ode Dicolos Tristrophos. Ad Neobolē. cui pbat amandum esse.

Miserarum est. neq̄ amori dare ludum,
Neq̄ dulci mala vino lauere. aut exanimari metuentis patruę verbera linguę.
Tibi qualum cythereę puer ales.
Tibi telas operoseq̄ mineruę
Studium aufert Neobole Liparei nitor Hebri
Eques ipso melior Bellerophonte.
Neq̄ pugno. neq̄ segni pede victus.
Simul vnctos tyberynis humeros lauit ī vndis.
Catus idem per apertum fugientis
Agitato grege ceruos iaculari, &
Celer arcto latitantem fruticeto excipere aprū

Miserarum. Sicut in Satyra Omne vafer vitiū ridenti, Flaccus amico Tangit & admissus circū pcordia ludit: ita & hic neobolen satyrice inuitat ad amādum: non eo aīo vt amare persuadeat: sed vt amātē fatue rideat: & auertat. Quocirca metro sotadico, quod numerus potius q̄ metrū dicendū est secundū Acronem, vtitur, vt sermonē se facere significet: qua de causa tris dictiones diuisit, vt exanimari, lauit, & Bellerophōte. duo priores numeri constant tribus Ionicis a minore, quorum singuli habent pyrrhichium cum spondeo, id est duas breues & totidem lōgas, tertius quisq̄ quaternis Ionicis a minore. Hāc rem a nobis aīaduersā Bontinis etiam adnotauit, nostris vt opinor non visis, q̄a secūdi versus nō meminit. Verum Philologus melius (vt videt) exēplar nactus reposuit versus integros sine dictionū diuisione. vti a nobis iā imprimūtur. Ordo est, O neobole, miserarum est. i. ad miseras pertinet, neq̄ dare amori ludū, idest nō indulgere amori, neq̄ lauere, idest diluere & abstergere mala, i. curas anxias dulci vino, aut eas metuētis, idest timētes (est ei accusatiuus) v̄bera linguę patrue, i. obiurgationes patruorū: exanimari, i. quasi emori metu. Tibi qualū q. d. certe scio q̄ tu ex illis miseris nō es: & id vt dixi satyrico risu dicit. quia o Neobole: qd̄ nomē aptū est, dr̄ eīm neos bolos nouus fundus: quasi sit amatoribus nouus fundus, vnde viuant tantisper dum illius bona exhauriant. Hebrus quoq̄ fluuius est Thraciæ præceps, admodū, vnde bene natatori hic attribuitur nomē, & Lipare vna ex eoliis, quasi vero agi signi

Miserarū est neque amori dare ludum Metrum hoc sotadicum dicitur: vt numerus sit potius q̄ metrum constat autem Ionico minore. & duobus primis versibus trimetris, ita: Miserarū est, neque amori, dare ludū, neq̄ dulci, mala vino, lauere aut ex. Tertius vero tetrameter scanditur ita. aīari metuētes, patruæ ver. bera. linguæ. Ad Neobolē amicā scribit amātē Hebrum adolescētē, & testatur īsuauē esse vitā sn̄ hilaritate & amore. ordo est: Neobole miserarū est, neq̄ dare ludum amori: neque lauere mala dulci vino, aut exaīari metuentes verbera patruæ linguæ. Lauere p lauare. sic. n. veteres declinabāt lauit pro lauat: vt Virgi. Lauit iproba teter Ora cruor. Qui versus non stat si preteritū itelligas, Exanimari. m. sēsus est: aut cruciari castigatiōe v̄borum, Patruæ autem linguæ pro seueræ dixit, patruū n. adolescentibus corripiendis austeriores esse solent, q̄ patres. quibus natura ipsa indulgentiam plerumq̄ extorquet. Cice. idem p seueritate censuræ. Patruus quidē magister hoc diceret. Tibi qualum, calathum. Metonymicos planissicio dixit: tāq̄ amore & pulchritudie amatoris capta cōtēneret pēsa mulierum, Liparei a Lipare insula: vt si diceret liparensis: Liparitanæ eīm insulæ eum ciuē demonstrat. Bellerophonte. qui Pegaso eq̄ vectus chimeram interemerat. Pugno. Athletico & Agonico certamine. Per apertum latum, vt Alia de parte patentis Transmittunt cursu campos: Ordo est, Ales puer cythereæ & nitor Liparei Hebri simul vt lauit vnctos humeros in tyberinis vndis eques melior ipso. Bellerophōte, neq̄ victus pugno neq̄ segni pede, idē catus iaculari ceruos fugiētes per aptū agitato grege, & celer excipere aprū latitātē alto fruticeto aufert tibi qualū, & aufer studiū operosæ Mineruæ.

ACR.

¶ Miserarum est neq̄ amori dare ludū. hac Ode testatur insuauem esse vitam sine hilaritate & amore: ac deinde puellam quandā captam specie adolescentis describit. Neque d. m, v. l. antiqua declinatione dixit lauere: non lauare, Nam tertię cōiugationis hoc verbum apud veteres erat. Sic enim declina-

POR.

bant.lauo lauis lauit. (non lauo lauas lauat. Aut exa.m.p.sensus est,castigatione crucia ri verborũ.Patruæ aũt liguæ ꝓ seueræ positũ.Videtur ei patrui adolescẽtib⁹ corripiẽdis austeriores esse q̃ patres, quibus natura ipsa idulgẽtiã plerũq; extorquet.Tibi qualũ.Metonymicos ꝓ lanificio dixit,Sed mulieres ꝓ diminutionẽ vasculũ hoc vsurpant quasillum dicentes,hoc aũt in quo pensam vel tramã reuoluunt:Liparei,n.h.hinc trãsit ad laudem Hebri noĩe adolescẽtis quẽ a Neobole amari indicat.Liparei aũt a Lipare insula,vt si diceret liparensis.Simul.v.t.h l.v.e.i.m.b. diximus & supra adolescentes post exercitium campestre in Tyberi nare solitos fuisse.Catus idem per.a. tu.agi. gre. cer.ia.Catus a catos,ac per hoc doctus significatur.Ordo est aũt. Catus idem fugientis ceruos iaculari per apertũ agitato grege,per apertum autem absolute:idest per campum ficet,Dicit ergo:o Neobole,penultima longa q̃a βωλος ꝓ ω scribitur,ales.i.alatus puer cythereæ.i. Veneris.s.Cupido, aufert tibi qualũ.i.calathũ,hoc est vas vimineũ i q̃ fusos & pensa aut acum & fila mulieres reponũt,& nitor,i.splendor formę Hebri illius pueri Liparei:Lipare orti, aufert tibi telas & studium.i.exercitiũ,Mineruæ operose.i.quæ varias artes studiose inuenit & exercuit:præcipue texẽdi,simul:i, vt primũ visus tibi,lauit in vndis tyberinis,humeros vnctos,idest oleo ne cõtrahantur frigore perfusos:existens eques melior:i.peritior ipso Bellerophõte q̃ Pegaso volasse dr̃.Est autẽ a ntõ bellerophõtes,quia vltima ꝓducitur.aut legatur cũ Bõfine Bellerophonti. neq; victus pugno segni neq; pede segni ,q̃a cũ nõ habeat segnes pugnos aut pedes,in neutris vincitur.Est ergo optimus pugil & cursor,versus vult, vt legatur neq; pugno,Idẽ ẽt est catus,i.callidus iaculari ceruos fugientis,i,aufugientes per apertum,scilicet cãpũ:grege agitato ,i. concitato: & celer,i.velox & strenuus accipere,i.ad excipiendũ quasi ex insidijs,aprum,i.suem syluestrem,latitãtem fruticeto.i. loco vbi frutices crescunt,arcto,i.angusto.

Argumentum Odes.XII

ANTO ¶Miserarum esse inquit poeta,non vacare iucundo amori aut epulis,timere etiam patruorum minas & cõtumelias,ꝓpter quod ingratã esse ostendit sine gaudio & amore, Dicit inde Neobolen Hebrum Lipareũ ardere,qui eques optimus,quiq; nulli victus,aut pugno,aut cursu:aut iaculis esset, itaq; operã omnem & studium o mittebat,ergo non misera Neobole erat,sed felix potius cum lætiori vitæ vacaret,Miserarum ẽ. Metrum est constans Ionico minore,Duo primi versus trimetri sunt.Tertius vero tetrameter.Ionicus maior vt Diomedes ait constat ex spondeo & pyrrhichio:vt demetrius.Ionicus vero minor ex pyrrhichio & spondeo vt Diomedes,id autem metrum Sotadicum dicitur,quia Sotades eo plurimum vsus est. Strabo p̃terea libro decimoquarto scribit Sotadem fuisse auctorem Cinædicę orationis.Ludum,gaudium,lætitiam oblectamentum,Lauere,extricare pellere.Maro etiã dixit.Et pleno se proluit auro,Lauere autem est a lauo lauis verbo tertiæ coniugationis,sicuti dicimus sono sonas,& sono sonis.Hinc ait ille,Littora lata sonãt Vt Priscianus scribit,Aut exanimari.Ordo est.aut miserarum est metuentes verbera linguæ patruæ exanimari,i.terreri & stupescere.Verbera, minas & contumelias,nam vt scribit Nonius,Verberare non solũ ab verberibus dictum,sed a verbis.Patruæ linguæ,Acrius enim patrui q̃ parentes castigant. Qualum.i.calathum seu canistrum intelligit vbi lanę,linum,& lanificij opera continentur:Cythereæ.idest Veneris,Puerales/ Cupido & amor ipse aliget.Tibi quallum.Ordo est, Tibi o Neobole aufert quallum Cythereæ puer ales:tibi aufert telas & studium operosæ Mineruæ nitor Hebri liparei, simul eques melior ipso Bellerophonte neq; victus pugno neq; segni pede,vnctos humeros lauit vndis Tyberinis: Operosæ,multarum operarum.Operosus etiam dicitur magnæ operæ, & magni laboris. Item actiue & passiue accipitur: hinc dicitur a Cicerone senectus operosa,idest quæ agit & rebus agendis operam dat.Et Ouidius,Moles operosa laboret,idest quæ ab aliquo operata est,Mineruæ.Pallas vestium apparatum inuenit,olei quoq; vsũ docuit ædificandi artem,pluribusq; alijs in rebus hominibus profuit,nam & tibiam eiusq; cãtum & plurima instrumenta ad varia opificia inuenit,ex quibus operaria dicta est:Auctor Diodorus libro sexto.Neobole,id nomen dici potest noua gleba.νεος enim: nouus dr̃ & iuuenis βωλος gleba:Liparei Hebri. a Lipara insula vna ex æolijs dicta ab Liparo Ausonij regis filio,q̃ illic vrbem ædificauit. vbi postea Aeolus imperauit sumpta Lipari filia pro coniuge auctor Diodo.lib.vi.Vnctos humeros,vngebant se palæstritæ Superius autem dictum est tyrones in campo Martio solitos exerceri.inde in Tyberi natare. vngebantur quoque natantes vitandi frigoris gratia,Humeros,pes est anapestus pro Ionico minore,Melior,anapestus etiam vt supra, potius q̃ tribrachus:vltima enim syllaba cuiuscunq; versus communis est:Bellerophonte, qui Pegasum alatum equum ascendit,nam prope Corinthum Achaiæ vrbem mons est excelsus Acrocorinthus nomine: vertex eius Veneri sacram habebat ædiculam infra verticem,Pirene fons erat haud affluentes aquas habens,cæterum perspicuas ad imum potuiq; suauissimas Fama est equum Pegasum quũ potaret hoc in loco a Bellerophõte deprehensum fuisse,alatum quidẽ caballum e Medusę ceruice prosilientẽ quod Stra. docet lib.viij,Hyginus vero scribit post Chimęræ expeditionem quum Bellerophontes ad cælum cõtenderet euolare,neq; longe iam abesset:despiciens ad terram timore permotus decidit,Equus autem subuolauit:interque sidera ab Ioue cõstitutus existimatur,De hoc etiã ait Ouid.in Ibin. Quique ab equo preceps alienis incidit aruis,Exitio facies cui sua pene fuit.Stra.scri.li.xij. Bellerophontem Solymos domuisse,qui postea Lycij dicti sunt. nã Lycõ Pãdionis filius a se Lycios noĩauit Pisandrum etiã Bellerophõtis filium pugnantem cũ Solymis Mars interemit:Pliniusque li.vij.scri.equo vehi Bellerophõtẽ inuenisse:Segni pede,propter segnem.i.pigrũ pedẽ,Catus,Prudens,doctus,sagax.Fruticeto,est frutex qui ad iustã magnitudinem arboris non assurgit,& statura similis est multis hærbis,sed non demolitur:neque arescit: Vt hærba,Frutices quoque dicũtur arborũ plantulę,inde fruticari quasi fruticem renasci ex arbore.

Ionicus maior. Ionicus. minor, Sotadicũ metrum, Lauere, Verbera re, Operosus. Palladis, iuuenta Tibia. neobole. Lipara, Non sic scandes puer. Bellerophontes Pegasus, Pirene, Solymi. Lycij Frutex.

ACR. Blãdusia

OFons Blandusiæ splendidior vitro. Hac Ode Blandusiæ fonti sacrificiũ promittit,Blandusia enim Sabinẽsis agri regio est, in qua Horatij ager fuit.laudat ergo fontem dicendo eum perspicuum vitri comparatione,vt Vitrea Fucinus vnda,Cras donaberis hœdo:hœdi immolationem promittit,Amphibolon est tamen vtrum dicat donaberis hœdo floribus coronato,&Venerem & p̃lia d.Maturi ei&appetere venerẽ& ꝓpterea pugnare cõsueuerunt,Frustra,ideo frustra q̃a ificiet gelidos riuos,Lasciui,luxuriosi,petulantis,Te flagrantis atrox.opacitatẽ nemorosi&abs-

XIII.Ode Tricolos Tetrastrophos.
Blandusiæ fontem laudat.


Fons Blandusię splendidior vitro
Dulci digne mero,non sine floribus
Cras donaberis hœdo.
Cui frons turgida cornibus
Primis & venerem & prœlia destinat
Frustra,nam gelidos inficiet tibi
Rubro sanguine riuos

Lasciui soboles gregis.
Te flagrantis atrox hora caniculę
Nescit tangere, tu frigus amabile
Fessis vomere tauris
Prębes, & pecori vago,
Fies nobilium tu quoq; fontium
Me dicente cauis impositam ilicem
Saxis, vnde loquaces
Lymphæ desiliunt tuę.

¶O fons Blandusiæ: &c. Festiuissime celelebrat poeta fōtē in agro suo in Sabinis positum, pollicens eum carmine suo nobilem efficere. Vnde dicit. O fons Blandusiæ .i. regiunculæ illius in Sabinis, splendidior vitro, & digne dulci mero .i. vt tuis aq̄s merū diluatur, aut potius vt tibi ex eo sacrū fiat, q̄a tu donaberis cras hœdo, qui ī honorē tuū mactabitur: nō sī̄ .i. cū floribus, cui .s. hœdo frōs turgida .i. aspera, primis cornibus destinat. idest decernit & constituit venerē .i. initū, & prælia. sed frustra: q̄a īficiet .i. ībuet tibi cras riuos gelidos .i. refrigeratiuos sanguine .s. suo rubro, existens soboles gregis lasciui .i. petulci, quia bene educati. Celebrans autē fōtē dicit. Hora atrox idest aspera & ardens caniculæ flagrantis .i. ardentis nescit te tangere, quia in vmbrosis locis aut sub rupe est vnde gelidos emittit riuos, tu præbes amabile .i. dulce frigus .i. refrigerium, tauris fessis .i. fatigatis vomere .s. trahēdo in aratro, & pecori vago .i. pascenti libere. Tu quoq; idest ēt tu nō solum alij vt Castalia Dirce, Hippocrene &c fies sup. vnus, fōtiū nobilium .i. illustrium me dicente, idest laudante in carmine: ilicem positā cauis saxis, vnde .e qua arbore, tuæ lymphæ, aquæ puræ: desiliunt loquaces, idest dulci murmure resonantes, sed sic vt quasi loqui videantur, aut loquelas referentes.

trusi fontis ostendit: per quam dicit canicularium æstuū calores arceri. Tu frigus amabile, amœnum, vt frigus captabis opacum. & nō ipsi amabile, sed fessis, Fies nobilium. meo carmine predicatus inter nobiles fōtes predicaberis. Vnde loquaces. vt per læuia murmur saxa ciet. idest sonantes.

¶O fons Blandusiæ. Sacrificium hac Ode fonti Blandusię repromittit, simulq; laudes eius dicit. Nō sī .s. c. d. h. amphibolon. Incertum est em̄ vtrum dicat hœdo donaberis & floribus, an vero donaberis hædo q̄ erit cū floribus .i. coronatus. Et venerē & p̄lia destinat frustra, frustra: s. quia īmolabitur. Te flagrantis atrox hora caniculæ nescit tangere. Opacitatē laudat: per quam dicit calorem caniculariū dierum ad eum nō descendere: Frigus .a. elegāter ꝓ vmbra refrigerāti calorē æstiui temporis dixit. Fies no. t. quoq; fontium. tu quoq; inter nobiles fontes noīaberis carmine prædicatus, Me dicente. c. im. i. s. v. l. l. d. t. significatur in saxo natam ilicem arborem, sub cuius radice erumpit aqua fontis huius: Loquaces autem dixit, q̄ cum saxo cadunt perstrepant. POR.

Argumētū Odes, XIII.

¶Promittit hic sacrificium fonti Blandusię apud agellum suum in Sabinis, vbi perspicuitas ad imum, frigusq; amabile & amœnum erat, quem fontem laudando inter nobiles fōtis anumerari contendit, O fōs Blādusiæ. ode est similis quintæ lib. i. Blandusiæ, erat Blandusia regiuncula apud Sabinos vbi poetę agellus, Destinat, constituit, decernit, Frustra, mactabitur enim tibi, Soboles, appositio est, Lasciui gregis: hic appellātur hœdi petulci. Hora caniculæ, Hyginus ita scribit. Canem autem sua appellatione & specie caniculam dixerunt, quæ ab græcis: q̄ ante maiorem canem exoritur, Procion appellatur/ Ita etiā Pli, scri. lib. xviij, Columella autem docet lib. xij. q̄. vij. calend. august. canicula apparet, quo tempore caligo fit æstuosa. Diximus & latius Epodo tertio, Nescit tangere, id autē propter vmbras arborum erat, & ilicem sibi imminentem vt infra ostendit, Me dicente, Laudante, & canente, Loquaces: murmurantes, insonantes. ANT.

XIIII. Ode Dicolos Tetrastrophos. Ad Romanos: de Augusti victoria.

HErculis ritu modo dictus o plebs
Mortę venalem petijsse laurum
Cæsar Hispana repetit penates
Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito
Prodeat iustis operata sacris:
Et soror clari ducis. & decorę
Supplice vitta
Virginum matres, iuuenumque nuper
Sospitum. vos o pueri. & puellę
Iam virum expertę male ominatis
Parcite verbis.
Hic dies vere mihi festus atras
Eximet curas. ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam tenente
Cęsare terras:
I pete vnguentum puer & coronas
Et cadum Marsi memorem duelli.
Spartacum siqua potuit vagantem
Fallere testa.
Dic & argutæ properet Neęrę

¶Herculis ritu modo dictus o plebs Hæc Ode in augusti laudem scribitur victoris ex Hispania reuertentis, vt ostendat eum non per alios, sed per se administrare, nec sub hac difficultate adipisci victoriam breui tempore: vt proficisci ad bellum & reuerti victorem, Ordo est, o plebs Cæsar dictus petijsse laurum venalem morte, modo victor ab hispana ora ritu herculis repetit penates, morte venalem Mortis enim contemptu laus victoris queritur & triumphi, Laureatæ enim literæ de victoria in templo mittebantur, vt est & iustum Qui vita bene credat emi quo tendis honorē, & Vitamq; volunt pro laude pacisci, Vnico gaudens, Lydiā dicit sub castitatis laude votum pro Cæsaris reditu soluturam, Et iustis operata, operationes veteres sacrificia dixerunt, Iustos vero diuos, q̄uis generaliter dici possint, nunc tamen specialiter posuit: tanq̄ qui victoriam vel reditum Cęsari merito eius & virtuti præstiterint: Vir. operationes pro sacrificijs, vt Sacra refert Cereri lętis operatus in aruis. Et soror clari ducis, octauiā Augusti sororē cōmēorat, Supplice vita, non vita, sed vittis solutis supplicantes, vt Soluite crinales vittas, capite orgia mecum, Iuuenumq; nuper sospitum. prodeant nuper sospitum reuersorum per Augusti victoriam, Iam. v. expertæ, idest nuptæ, Male, o pcite v̄bis, siue q̄a ꝓ festiuitate dierū feriæ indicebantur, & abstinebatur a litibus iurgijsq;, siue quia ī sacrificijs præcepto silētio bona omnia habere iubebātur: ne incaute loquētes mala omnia facerent verbis, ideo nunc parcite malis verbis ACR.

idest malis ominibus. Tumultū, commotionem bellorum p vim impulsione hostium: Tenente Cæsare, vt Ferrea belligeri cōpescat limina Iani, Et cadū Marsi, vinū quod bello Marsico diffusum est. Cadū aūt lagenam: vt vina bonus que deinde cadis. o. a. Spartacū siqua potuit, gladiator fuit Spartacus, hic cum, lxxiiij. socijs similis conditionis e ludo fugiens dux factus per. iiij. annos aduersumq; Romanos bellans plura vastauit, ideo nullam lagenā euadere potuisse cōmemorat hunc postea Pompeius oppressit, vt Lucanus. Et simili causa caderet qua Spartacus hostis. Neæræ, nomē puellæ citharistriç siue cātatricis, Arguteç autem sonoræ. vt hic arguta sacra pendebit fistula pinu, Myrrheum pfusū myrrha, aut inter flauū & nigrū, vel myrrhei coloris, Cohibere autē, p festiuitatis lætitia festinare: & in nodum colligere crinē pcepit. Si per iuisū mora. i. si ianitor prohibuerit illam ingredi, supple parcā quia canities mitigat animos cupidos litiū & pteruæ rixæ: quum iuuenis essem non ferrem hæc. Lenit adolescens, canis, etatis accessus corporis vis extinguitur & furor. Cupidos superbos iuuenes vel rixæ pronos animos mitigat Calidus iuuēta. Consule Planco adolescentem se fuisse cōmemorat, irascique nimis solitum, si fastidiretur ab aliquo.

POR. Herculis ritu modo dictus, Hæc in Augustum scribuntur victorem ex Hispania reuertentē, q aūt Herculi illū cōparat ideo facit vt ostendat laborem eum non per alios sed per se administrare, Morte venalem petisse laurum, quam est morte paratus emere, non. n. in bello mori sperauit, vt inde lauream petat. Prodeat iustis operata diuis, p prodeat & operetur diuis, i. sacrificet/operationes eīn sacrificia dixerūt: iustos diuos q̄uis generaliter dicere possumus, nunc tam specialiter accipiēdū. s. qui Cæsari victoriā & reditū merenti dederint, Et soror clari ducis. Octauiam dicit Augusti sororem, Iuuenumq; nuper sospitum: Nuper per Augustum sospitum reuersorū, Male ominatis parcite verbis: quid est mali ominantis verbis parcite: Vt tū q̄admodū dr, vt ciues feriati hodie litibusiurgijsque abstineant sed An vt econtrario in sacrificijs pręcipitur, bona omina habete, ita nunc, parcite malis verbis, idest malis ominibus: Tenēte Cæsare terras, idest incolumi Cæsare & cadū Marsi memorem duelli, Nam vinum natum erat temporibus belli Marsici, Spartacū siqua potuit vagantem fallere testa Spartacus dux fugitiuorū p Italiam aliquando grassatus multa vastauit, Myrrheum nodo cohibere crinem, colorem myrrheum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius est inter flauum & nigrum, qa properare vult illam, in nodum tantū colligere crines præcepit, Si per inuisum mora ianitorem fiet abito, Præcipit puero, vt si tardius ad Negram ab ostiario admittatur redeat, Deinde quare hoc præceperit ostendit inferendo. Lenit albescens animū capillus. Hęc cum admiratione quadam & dolore animi dicuntur, Miratur enim se tam segnem factum vt in contumelias fastidientis puellę non irascatur, quod ipsum iniuria senectutis fieri ingemiscit Lenit albescens animum capillus, Litium & rixæ cupidum pteruæ. animi inquit iuuenum qui litium & rixæ in contemptu amoris cupidi sunt. senili ętate leniuntur, Consule Planco, significat se consule Planco adolescenten fuisse, irascique mirabiliter solitum si fastidiretur.

Myrrheum nodo cohibere crinem:
Si per inuisum mora ianitorem
Fiet, abito.
Lenit albescens animum capillus
Litium & rixę cupidum proteruæ:
Non ego hęc ferrem calidus iuuentā
Consulē Planco.

Herculis, Augustum celebrās dicit. O plebs, scilicet Romana Cęsar, scilicet Augustus, dictus modo petijsse ritu, i. more Herculis, laurū. i. triūphū, venalem, idest acquisibilem, morte, idest periculo vitæ, repetit modo victor ab ora Hispana penates. idest deos domesticos. Vnico & c. inuitat omnes ad supplicationem & advota deo reddenda, dicēs Mulier, idest matrona, gaudens vnico marito pdeat operata, id est vbi operas expleuit: iustis sacris, & soror clari ducis, scilicet Octauia, & infres decore, idest honeste, virginū, vitta supplice, i. quibusest vitta suppliciter adhibita, & matres iuuenū nup, s. p victoriā Cęsaris sospitum, idest incolumium & a nece liberatorū: sup. prodeant: & vos o pueri: scilicet lasciui: & puellæ iā expte virum parcite, idest abstinete, verbis male ominatis, i. cū malo omine platis, hoc est lasciuis & obscœnis, Hic dies mihi festus vere, idest syncere: eximet mihi curas atras, i. nociuas & nigredinem ex ardore inferentes, ego nec metuam tumultum, scilicet hostilē, nec mori p vim, Cęsare tenente, i. tantisper dum cæsar tenebit terras, Pueri. i. abi, pete vnguentum, s. vt epulum solenne fiat, & coronas, & cadum, scilicet vinarium memorē idest habentem notam & signum duelli Marsi, idest belli socialis aut Marsici, quod in multos annos seruatum legitur, si cadus, idest testa fictilis potuit qua, idest aliqua via aut ratiōe est enim q̄ septimi casus, cuius si etiam testa, dic, idest vase fictili, fallere Spartacum: scilicet gladiatorum & seruorum ducem, vagantem, scilicet per Italiam & omnia vastantem, Dic o puer, &, idest etiam, Neærę, scilicet metriculę, argutæ: idest canorę, properet, idest vt festinet cohibere, scilicet reticulo: crinem, i. capillum, myrrheū, Myrrha pfusū. si mora fiet, id est si non admitteris ad eam per ianitorem inuisum, abito, quia patiar modeste sine illa festum agi. Nam capillus albescens, idest canescens mihi/lenit, idest sedat & lenem facit mihi animum cupidum, scilicet olim litium & rixę proteruæ, idest pertinacis Ego non ferrem/idest non paterer, hęc, scilicet illam vocatam non venire, aut puerum meum non admitti, calidus iuuenta, idest si adhuc essem callidus iuuenta, consule Planco. id est q̄ fuerat mihi in consulatu Planci.

ANTO Argumentum Odes. XIIII.

Hortatur ad sacrificium & lætitiam Romanos omnes ob Augusti victoriam, quam victis Cātabris ex Hispania referebat, Herculis ritu, Ordo est: Modo o plebs Cæsar victor ab ora Hispania repetit penates Herculis ritu dictus petijsse laurum morte venalem. Herculis ritu. more Herculis qui semper victor redibat, qui etiam laudis gratia mortem non abhorrebat, Vnde spreto omni terrore atq; periculo cūcta ardua subibat, non contentus sui exercitus viribus nisi & ipse pugnaret, Sic & Augustus egit quum deuicit Cātabros Hispaniæ populos. Hercules aūt vt Diod. scri. lib. v. cū exercitu in iberiā trāsiens Chrysaurifilios tri-

Hercules bus magnis exercitibus fidentes singulari prouocatione sustulit, Capta Iberia boum greges secum abduxit ad Tyberi vsq; vbi nūc Roma est. Abijt iñ in Cumeū cāpū, demū cornu bouis innixus mare siculum traiecit cum bobus alijs. &c. Laurum, idest lauream & triūphum. Hispana ora. Augustus Cęsar Antonio deuicto Cantabricum bellum gessit, Domuit autem partim ductu partim auspicijs suis Cātabriam, Auctor est

Cātabri. Tranquillus. Stra. lib. iij. sic ait. Cętera bella omnia hac tempestate desierunt, vt dixi, nam cantabros & vicinas illis gentes, quæ adhuc latrocinia retinent, Cęsar Augustus oppressit. Et qui Romanorum sociorū pdões erāt. nūc p Romāis rei militari seruiunt, Coniaci videlicet: & qui Iberi amnis fontes incolūt. De cātabris autem etiā plura videto superius. Vnico gaudēs, iuitat ad sacra reddenda dijs Liuiā Augusti vxorem

augustus

Liuia sospite viro & victore. Augustus autem Liuiam Drusillā matrimonio | Tyberij Nerōis & quidem pgnā-

tem abduxit, dilexitq; & probauit vnice ac perseueranter. Vnico marito. Valerius lib. ij. scribit: q; quæ vno contentæ matrimonio fuerant corona pudicitiæ honorabantur. Soror clari ducis. Augusti Octauiani soror Octauia intelligitur, quæ vxor fuerat. M. Antonij. Nam Octauius, Augusti pater morte obijt repentina superstitibus liberis Octauia maiore, quam ex Antonia, & Octauia minore, item Augusto, quos ex Accia tulerat. Accia autem. M. Accio balbo & Iulia sorore. C. Cæsaris genita est. vt & Tranquillus inquit. Male ominatis idest verbis turpibus & mali ominis. hinc fauere linguis dicebantur in sacris idest bona fari vel tacere ne mala omnia dicerentur. Nec mori per vim. erat enim vbiq; pax Augusto Imperatore. I pete vnguentum puerum suum monet: vt necessaria letis epulis paret. Marsi duelli. Cum Samnites & libertatem & ciuitatis communionem assequi vellent repulsam passi desciuerunt: vnde Marsicum exarsit bellum: Corfinium Pelignorum Metropolim communem vniuersis Italis ciuitatem demonstrantes contra populum Romanũ receptaculum propugnaculumq; constituerunt: & Imperatores creauere. Biennio igitur bellum protraxere: donec perfectum est vt in ciuitatem communiter vocarentur. Cuius rei gratia tantum belli conflictum fuerat incendium. Marsicum autem ideo nominatum est bellum, quoniam a Marsis rebellandi suscitatum fuerat initium. Auctor est Strabo lib. v. Eusebius vero docet q; bellum aduersum Romanos Picentes Marsi Pelignicq; mouerunt Olympiade. clxxij. paulo ante Sallustij Crispi historici natale. Lucius Florus bellum sociale id appellat. Apianus vero prius Sociale ponit: & statim vix illo finito, sic ait. Marsi ferarum more se deceptos ęgre ferentes iterum cepere arma: denuocq; cum ipsis congredi conantur &c. Spartacum vagantem. Quatuor & septuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt: & congregata seruorum & ergastulorum multitudine Chryso & Spartaco ducibus bello excitato: Claudium Pulchrum legatum: & P. Vorenum pretorem prelio vicerunt ait Liuius li. xcv. Q. Arius autem pretor Chrysum fugitiuorum ducem cum. xx. milibus hominum cecidit. C. Lentulus consul male aduersus Spartacum pugnauit. Ab eodẽ. L. Gellius & Q. Arius pretor acie victi sunt. Item. C. Crassus proconsul. Cn. Manlius pretor male aduersus Spartacum pugnauerunt. ait Liuius lib. xcvij. M. Crassus deinde cum Spartaco pugnauit: cæsis cum ipso Spartaco milibus quadraginta. ait etiam idem lib. xcvij. meminit etiam Florus. Sed latius Apianus libro. i. de bel. ciuili inter quæ dicit Spartacum Thracem fuisse & gladiatorem: qui aliquando cum Romanis meruerat: & in custodia ac gladiatoris spectaculis asseruabatur: tantumq; animi assumpsit vt. lxx. viris comitatus pro libertate potius illos certare persuaserit q̃ in spectaculis pericula subire: itaq; per vim repulsis his qui custodiæ præerant, fuga abijt &c. Argute. canoræ. Myrrheum crinem idest myrrha madidum. Lenit albescens. asserit canos senectutemq; ipsam animos seuos lenire. hinc ipse cum antea iracundus esset, iam mitior esse cogitur & tolerare facilius si Negram ad eum pergere ianitor non permitteret. Calidus iu. idest ardens & feruens. Consule Plan. ostendit se iuuenem fuisse tali consule.

Octauius Augusti pater. Octauia Accia. Corfiniũ Marsicũ bellum. Sociale bellum. Spartac.

XV. Ode Dicolos Distrophos. Ad Chlorim.

Vxor pauperis Ibici
Tandem nequitię fige modum tuę,
Famosisq; laboribus.
Maturo propior desine funeri
Inter ludere virgines:
Et stellis nebulam spargere candidis
Non si quid Pholoen satis:
Et te Chlori decet, filia rectius
Expugnat iuuenum domos:
Pulso Thyas vti concita tympano.
Illam cogit amor noti
Lasciuę similem ludere caprę
Te lanę prope nobilem
Tonsę Luceriam, non cytharę decent
Nec flos purpureus rosę:
Nec poti vetulam fece tenus cadi.

Vxor pauperis. Inuehitur in Chlorim vetulã intempestiue lasciuã, dicẽs. O Chlori vxor Ibici pauperis, scilicet per te, fige/ id est constitue firmiter tandẽ, id est post tã longa tẽpora: modum, id est finem, tuæ nequitiæ. i. ꝑditæ & luxuriosę vitę, & laboribus famosis. i. infamibus. tu ꝑpior, id est vicinior & iinminentior: funeri maturo. i. tempestiuo: desine ludere inter virgines: & spargere stellis candidis. i. puellis in morem stellarũ candentibus nebulam. i. te nebulosam & obscurã situ & rugis. O Chlori si qd decet satis Pholoen, scilicet filiã tuã. nõ supple cõtinuo aut ideo: decet: &, idest etiam te. Filia tua, scilicet Pholoe expugnat. i. sibi dedi cogit: sicut q vrbes expugnãt: rectius/id est cõueniẽtius ætati: domos iuuenũ: q scilicet ea conspecta excurrunt: vti/idest quẽadmodũ Thyas/id est sacerdos Bacchi pulsans tympana, concita/id est festina: tympano pulso sup. expugnat domos Baccharum, aut excurrit cõcitata. Illam. per git dicens. Amor noti, scilicet iuuenis per consuetudinẽ cogniti, cogit illam ludere. i. salire similẽ capreæ lasciuæ. Lanæ tonsæ ꝑpe Luceriã vetus oppidũ Dauniorũ nobilẽ, scilicet lanificio decent te/idest decenter conueniunt tibi, non citharę: nec flos rosæ purpureus. i. sertum ex rosa purpurea: nec cadi poti tenus fece/id est nec vina optima quę bibunt e cadis vsq; ad fecem

Vxor pauperis Ibici. Ad mœcham scribit vetulam & luxuriosam bene dixit: vxor pauperis cui solum poterat esse solatio si castam haberet vxorem: nec tenuitati eius luxuriã cõuenire. Fige modũ. pone modũ obscœnitati siue libidini aut turpi auaritiæ. vt Terẽtius. Leno nõ vult me inique loqui. Maturo propior. ordo desine inter virgines ludere, cum sis propior funeri idest morti vicinior iam per ætatem. Et stellis. allegoria. ait enim vt stellarum decus & nitor fuscatur nebulis & celatur: sic nitorẽ virginũ ꝑmixta anus obscurat. Et tẽ Chlo. ordo ẽ Chlo. nõ si qd satis decet Pholoẽ decet te rectius expugnat filia domos iuuenũ supple q̃ tu: cõcita vti Thyas pulso tympano. Filia. Chloridis in quam scribit & ipsam turpem designãs: que furore libidinis incitaretur vti bacchę tympanorum pulsu. Noti. nomẽ amatoris. Lasciuæ. quia hoc genus libidini & lasciuiæ aptius. Prope nobilẽ tonsæ Luceriam. Luceria ciuitas est Apuliæ. dicit autem lanificio ætatẽ eius magis aptam q̃ luxui & ebriositati. Fece tenus cadi. tãq̃ que vasa vino veteri vacuaret.

¶ Vxor pauperis Ibici. hęc Ode scribitur in vetulam mœcham & luxuriosã. Tandẽ nequitiæ fige modum tuæ. nequitiæ nunc calliditati & malitię. non vt olim nequã dicebatur ignauus ac senex. Inter ludere virgines. ordo & sensus est. Desine inter virgines ludere cũ sis funeri ꝑpior. Et stellis nebulam spargere cãdidis. decens allegoria. Ait enĩ, vt decor stellarũ nubilo infuscatur: sic nitorem fieri virginũ interuẽtu tuo turpẽ. Quippe cũ sis ętate iã atra & deformis Filia rectius expugnat iuuenũ domos/Pulso Thyas vti concita tympano. Hic etiam filiam eius ostendit vitiosam esse: & per libidinẽ nimiã ita in furorem incitari vt Bacchæ solẽt pulso tympano audito Te lanę prope nobilẽ tonsę Luceriã. Luceria vrbs est in Apulia & Samnio Catexochen autem pro qualibet lana positum. Nec poti vetula fece tenus cadi. Hoc nõ decet ętatẽ tuã inquit, in cõuiuio multũ potare hoc est fece tenus potare. Nã vtiq; cum

ACR. POR.

tota amphora bibitur ad fecem peruenitur. Per fecem aūt vetulam vetus vinū accipe.

cum debilia bibantur a delicatis tantum ad medium cadi: decent te vetulam..Hoc eſt tuum non eſt intereſſe cōuiuijs nec indulgere catilenis. Argumentum Odes.XV.

ANTO ¶Chlorim pauperis Ibici vxorem monet:vt finem rebus venereis imponat,cum iam funeri proxima ſit.Ita ꝙ lanam potius eam parare decebat q̃ citharam tangere,vel coronis inter conuiuas ornari. Vxor pauperis Ibici.Ode eſt Dicolos Diſtrophos.Primus enim verſus Glyconicus eſt.ſecundus vero Aſclepiadeus. Nequitię,laſciuiæ.libidini.Famoſis.turpibus & infamibus.Stellis candidis ideſt formoſis puellis.Pholoen. hæc iuuenis erat immo filia eius Chloridis:vt ſequentia indicant.Expugnat iuuenum domos.hoc eſt e domibus iuuenes attrahit ſua forma.Thyas.Bacchi ſacrificula.de qua ſuperius late.Concitæ ſcilicet tua filia.Vti Thyas pulſo tympano.Eo autem inſtrumento bacchantium antiſtites vtebantur:hinc mulieres illico ad ſacra cōcitabantur.Chloridis vero filia Phloe concitabatur ab amore:ſicut Thyas pulſo tympano.hocꝗ pacto filiā quoqꝫ vituperat.Noti.cogniti adoleſcentis.Luceriam Luceria vetus erat oppidum Dauniorum:vbi Mineruæ fanum extiſtit.auctor eſt Strabo lib.vi.Pli.quoqꝫ lib.iij.Dauniorum coloniam fuiſſe ſcri.Flos purpureus roſæ ideſt roſea corona,qua in conuiuijs vtebantur.Vetulam.ſic legitur in antiquis codicibus ergo vetulam ad Chlorin refertur.Nec poti &c.ſenſus eſt/ꝙ non decent vetulam cadi poti ad fecem vſqꝫ.ideſt optima vina,quæ vſqꝫ ad fecem bibi ſolent.

ACR. Ncluſam.D.Acriſius pater cum Danaen ob pudoris cuſtodiā valida & munita turri clauſiſſet verſus in aurū Iuppiter fingitur violaſſe:quod nunc exemplum ad oſtendēdam vim auri & potentiam poſuit:quo probet in hoc compoſitam fabulam:de aureo imbræ Danaes:vt monſtraretur nihil non poſſe auro atqꝫ pecunia corrūpi.Ordo eſt.Ahenea tur.& to.fores & triſtes ex.vig.canum ſatis munierant incluſam Danaē ab nocturnis adulteris:Si nō Iuppiter & Venus riſiſſent Acriſium pauidum cuſtodem abditæ virginis cōuerſo deo in pręcium.fore enim tutum iter & patens.ſupple ſciebat.Triſtes. epitheton vigiliarum:eo ꝙ mæſtitudinem generent,ſeu Danaæ triſtis nuptijs per cuſtodiam denegatis.Nocturnis ab adulteris.occultis.hoc enim tempus crimini aptum eſt.vt eſt.Næc gregibus nocturnus ob ambulat.Cū & per diem lupi inſidiari conſueuerint,Pauidū.ſollicitum & tantum propter iniunctum ſibi officium.Conuerſo in præciū deo.quia Iuppiter in aurum verſus precium videtur eſſe concubitus.Per medios ſte.ſatel.per hoſtiū cuneos & hoſtiles fremitus.Et perrumpere a.ſa.munitiones expugnare.Potentius exaggeratio voluptuoſæ rei.Cōcidit au.Amphiarāū dicit:cuiꝰ vxor Eriphyle monili corrupta egit vt egrederet̄ ad bellū qđ exitiale velut vates p̄ſciꝰ declinabat. Ob lucrū. ꝓpter amorē monilis.Demerſa ex:deiecta hiatu tellur̄is.Nam pro Amphiarao totam domū poſuit.Vir mace.Philippum ſignificat Alexandri magni patrem:qui multas ciuitates auro proditoribus dato accepit & diruit. Munera na.Sæuos illaqueant duces. Dicit piratas. propter rapacitatem ſcilicet.piratæ em̄ propter cupiditatem lucri latrocinia exercent & ſæpe periclitantur.& eſt ordo: duces nauiū non munera nauium.Cura.Senſus eſt.curā & famem ſcilicet diuitiarum maiorum augeri quæſtus cupiditate.vt Iuue.Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Iure perhorrui.pecuniarum deſiderium merito ſpreui:horrui timore curarum. vel bonorū potentia.Verticem augmentum diuitiarum & celſitudinem dignitatem.

POR. ¶Incluſam.d.t.ahe.Hęc Ode ad Mecœnatem ſcripta eſt:que initium quidem habet ab habitatione Danaes: cæterum tractat quæ ſit vis auri:& quantum potentię habeat per hoc oſtendit factam fabulam de aureo imbrę Danaes vt oſtendatur.nihil non poſſe auro aut pecunia expugnari.Nocturnis adulteris belle nocturnis adulteris quia adultetis nox apta eſt.Si nō Acriſium virginis abditę Cuſtodem pauidum Iuppiter & Venus Riſiſ-

XVI.Ode Dicolos Tetraſtrophos.Ad Mecęnatem:quid aurum poſſit.

Nclūſam Danaen turris ahenea:
Robuſtęqꝫ fores:& vigilum canum
Triſtes excubię munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acriſium virginis abditę
Cuſtodē ı̄pauidum Iuppiter & Venus
Riſiſſent:fore enim tutum iter & patens
Conuerſo in pręcium deo
Aurum per medios ire ſatellites:
Et perrumpere amat ſaxa potentius
Ictu fulmineo.concidit auguris
Argiui domus ob lucrum
Demerſa:exitio diffidit vrbium
Portas vir Macedo:& ſubruit ęmulos
Reges muneribus:munera nauium
Sęuos illaqueant duces.
Creſcentem ſequitur cura pecuniam
Maiorumqꝫ fames.iure perhorrui
Late conſpicuum tollere verticem.

¶Incluſam.Danaen.Auri & munerum vim nociuam deteſtatus animi continentiam ac modeſtiam laudat,docens veras diuitias quæ ſufficientiam pariant,acquiri non acceſſione rerum ſed diminutiōe cupiditatum.Ordo eſt·Turris ahenea ideſt fortiſſima,quaſi ex ære quod rubiginem non ſentit:& fores,ideſt ianuæ aut valuæ robuſtæ,ideſt fortes:& triſtes, id eſt ſeueræ excubiæ canum vigilum:munierant.ideſt defenderāt ſatis Danaen filiam Acriſij,qui nepotem ex filia timens eam includi fecerat:ab adulteris nocturnis:ſi Iuppiter & Venus.ideſt influentiæ illorum planetarum,aut ſecundum fabulas dij illi: non riſiſſent Acriſium cuſtodem pauidū ideſt meticuloſum & anxium,virginis ſcilicet Danaes,abditæ,ſcilicet in turri.Riſerunt autem:enim pro quia:fore/id eſt futurū eſſe.aut quia ſciebant futurum iter tutum & patens ideſt paruium ad eam:deo/ſcilicet Ioue:conuerſo in aurum,ideſt in imbrem aureū: in cuius forma ſe per impluuium.ideſt feneſtram per quam impluit: in ſinum virginis immiſit.Aurū amat,ideſt affectat ire.quia viam inuenit,per medios ſatellites:& amat perrumpere ideſt penetrare ſaxa,potentius ictu fulmineo,ideſt q̃ faciat fulmen. Domus auguris argiui,ſcilicet Amphiarai ſeu Amphiaraij,concidit,ideſt ruit tota demerſa exitio:ob lucrum,ideſt monile quod Eriphyle vxor eius ab Argia vxore Polynicis ob proditū maritum acceperat.Vir Macedo/ſcilicet Philippus Alexandri pater qui a Iuuenale dicitut callidus emptor Olinthi/diffidit/ideſt aperuit violenter portas vrbium:& ſubruit/id eſt ſubuertit reges æmulos/ideſt eque potentes:muneribus,ideſt donis.Munera illaqueant ideſt irretiunt & in ſeruitute tenent:ſęuos duces nauium,ideſt piratas,qui ſe ob munera mutuo produnt.Et tamē cura ſequitur pecuniā creſcentem:& fames ideſt deſiderium maiorum ideſt grandiorum: quia vt dicit Iuue.Creſcit

amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

sent. Sensus est, Acrisius filiæ Danaes pudicitiam diligentissime custodisset, si non diligentiam hanc elusam vellent Venus ac Iuppiter in aurum versus: quod precium videtur fuisse concubitus Aurum per medios ire satellites. in hoc iam excessu consilium est fabulæ: quam in principio posuit. Cõcidit auguris argiui domus ob lucrum. Amphiarai scilicet quem Eriphyle vxor corrupta monili aureo prodidit. Diffidit vrbium portas vir Macedo Philippum significat Alexandri magni patrem. Illaqueant duces idest capiunt. Crescentem sequitur cura pecuniam. reprehendit eos qui pecuniam sic concupiscunt tanq̃ feliciores futuri: tum tanto plus sollicitudinis ac curæ habeant quanto maior est. Maiorumqꝫ fa. pecuniarum maiorum scilicet & nunc famam pro desiderio posuit metaphoricos. Dicit autem, quod reuera videmus, tanto cupidiores auarioresqꝫ fieri homines quanto plus acquirant.

Argumentum Opes. XVI.

¶ Quid aurum possit Mecœnati hac Ode ostendit. exemplum afferens Danaes ferrea turri inclusæ ne forte alicui iungeretur. Iuppiter enim in aurum versus illa potitus est. Dicit inde vnũquenqꝫ plura optare vbi plurima habuerit. Se autem paruo contentum: cum multa petentibus multa desint. Inclusam Danaen. Ode est similis. xv. lib. i. Danaen. Acrisius pater Danaes accepto oraculo mortem sibi futuram ab eo: quia ex filia natus esset: illam in turri clausit. Iuppiter vero in aurum versus eam vitiauit: ex quo congressu natus est Perseus. q postea Acrisium obiecto Gorgonis capite in saxum vertit. Meminit ita Lact. libro. i. Theb. Dicunt alij auro pudicitiam virginis vitiatam, quod & poeta noster hic innuit. Eusebius autem scribit Acrisium fuisse. xiiij. regem Argiuorum: & Perseum ipsum non sponte interfecisse. Lactantius etiam plura de Danae libro secundo Theb. Fore. n. ordo est. enim siquidem fore sup. norant iter tutum & patens conuerso deo in precium Satellites. familiares. ministros. custodes. Auguris argiui domus. de Amphiarao dicit: qui Apollinis fuit antistes: vt scribit Lactan. lib. primo Theb. Is autem ne in Thebas iret, latuerat vxore Eriphyle cõscia: quæ quidem eum prodidit monilis desiderio ducta quod erat Argiæ vxoris Polynicis ab Vulcano elaboratum Vir postea a terræ hiatu absumptus est. de quo Statium lege libro. vi. Vir Macedo. de Philippo Macedoniæ rege intelligit: qui opum diuitiarumqꝫ gratia multas diruit vrbes: in Græcia presertim. In Scythiam quoque predandi causa profectus est: eiusqꝫ æmulos Thebanos & Lacedæmones bello cõfecit. de quibus plura legito apud Iustinum lib. viij. & libro nono. Demosthenes preterea contra Aeschinem scri. Philippum solitum esse singularum fere ciuitatũ proditores pecunia corrumpere: vnde & Laschenes pecunia corruptus illi Olynthum tradidit. Muneribus. propter munera, id est propter diuitias. Illaqueant. Capiũt. Sæuos duces piratas dicit: qui causa lucri sæpe illaqueantur. Crescentem. Ouid. item ait, Et cum possideãt plurima plura petunt. Verticem tollere, idest ad summas diuitias ascendere.

ANTO

Acrisius. Danae. Perseus.

Amphiaraus.

Philipus Macedo.

Mecœnas equitum decus
Quanto quisqꝫ sibi plura negauerit
A diis plura feret: nil cupientium
Nudus castra peto: & transfuga diuitum
Partes linquere gestio.
Contemptę domus splendidior rei,
Quam si quicquid arat impiger Appulus
Occultare meis dicerer horreis
Magnas inter opes inops.
Purę riuus aquę, siluaqꝫ iugerum
Paucorum, & segetis certa fides meę:
Fulgentem imperio fertilis Africę
Fallit sorte beatior

¶ O Mecœnas decus equitũ: q̃a in eq̃stri dignitate ꝑmanere voluit: ego ꝑhorrui. i. ꝑfecte & ad finẽ vsqꝫ horrui: iure. i. merito: viso ꝑiculo: tollere. i. erigere verticẽ. i. extolli aut sublimari habẽdo verticẽ cõspicuũ. i. clarũ & cõspicabilẽ late Nã quisqꝫ feret. i. accipiet a dijs tãto plura: q̃to negauerit sibi, Nã (vt dicit euangeliũ) qui se humiliauerit exaltabit. Ego nudus, id est parum habẽs peto, id est adeo & me transfero: ad castra nil cupientium: hoc est sequor factionem illorum q nil cupiunt: & ego trãsfuga, idest transfugiẽs ab ijs q̃bus prius adhæsi, gestio idest manifeste cupio: relinquere partes diuitum: existens scilicet aut futurus: splendidior dñs rei cõtẽptę. i. spretæ: quã si diceter occultare meis horreis. quicquid appulus impiger, idest strenuus colonus: arat. i. arando producit & gigni facit: existens inops idest sine opibus, inter magnas opes: more auari & diuitis. q̃a vt dicit Seneca, Tã deest auaro quod habet q̃ qđ nõ habet Riuus puræ aquæ (de quo in sermone qui incipit. Hoc erat in votis: modus agri nõ ita magnus: Hortus vbi & tecto vicinus iugis aquæ fõs: Et paulũ syluæ sup his foret: auctius atqꝫ Dij melius fecere: bene est: nihil amplius oro Maia nate: nisi vt ꝓpria hæc mihi munera faxis) & sylua paucorum iugerum, ad ignem scilicet sufficiens: & certa fides/ idest fidelitas: meæ segetis, idest terræ satæ: quæ annuũ penũ mihi sufficiat: beatior forte: idest conditione Africæ: fertilis, idest citius beatũ faciẽs quã si totam haberem Africam: fallit fulgentem imperio: q̃a is credit se beatiorem cũ non sit, sed multis curis maiores comparat. Vbi aũt sollicitudo, illic nulla est beatitas.

¶ Mecœnas equitũ decꝰ. Mecœnas enim eques Romanus fuit: nec voluit transire in ordinem Senatorũ. Quanto q. sibi plura negauerit, quanto diuitias magis spreuerit contentus mediocritate census: nec habenti ambitum fortunę maioris: tanto deorum fauore dicit nil posse abesse. Et t. quia dixerat castra, seruauit metaphoram significando. trãsfugam dixit tanq̃ q̃a diuitiarũ vitijs significet se transire velle ad virtutis insignia. Contentę. i. cõpositę & mediocris. Impiger. laboriosus. Magnas iter opes inops. propter isatiabilem cupiditatem. Inopem enim se ostẽdit rei desideratæ auarus, tanquã nõ habeat qđ q̃rit. vt Iuue. Egenti viuere fato. Puræ ri. a. laus mediocritatis sub agelli descriptione. ACR.

¶ Et segetis certa fides meę. vbertas fertilis glebæ non decipiens spem domini vel laborem agro suo præstitũ. Beatior, multa Africæ patrimonia possidẽte: ordo est. & certa fides meæ segetis beatior imꝑio fertilis Africę fallit fulgentem sorte, i. illum q per sortẽ fulget & non natura. Nã naturale est: vt quis paucis parcisqꝫ contentus sit. POR.

¶ Quãto quisqꝫ sibi plura negauerit A dijs plura feret. bella relatio. Sensus est. agellus meus quamuis oneri mihi sit, locupletiorem me tamen facit: nihil amplius. s. desiderãtẽ q̃ ille est, qui sibi clarus videt꞉ qꝫ latissimas multasqꝫ habebat in Africa possessiones. hoc ergo fallitur ille locuples, qꝫ se beatiorẽ iudicet ANTO

¶ Nil cupientium. dicit se potius adesse velle paruo contẽtis q̃ diuitibus: qui nũquã qđ satis sit habent. semper enim plura cupiunt. Splendidior. nam melius est non desiderare quã potiri. Certa fides. Ordo est. Et certa fides meæ segetis sorte beatior fallit fulgentẽ imperio fertilis Africæ. est autem sensus. qꝫ ipse beatior est sua sorte quam ille qui Africæ dominatur, vbi maxima est tritici copia Sorte beatior. Sortem appellat capitale, idest iactum semen. Seges ergo sua beatior & fertilior erat sorte. nã sæpe accidit vt vix sors ipsa, idest iactum semen colligatur. Fallit fulgentem. ego enim paruo contentus sum/ ille vero nequaquam.

ACR. Quā̃ nec Calabrae mella ferūt apes. in Calabria enim sunt flores aptissimi apibus. Per mella autem negat possessionem Calabriae. Nec Lestri. Bacchus in amphora. Formiana seu sicula: in quibus locis cyclopes fuerūt qui Lestrigones vocabātur. Languescit. veterascit. Pinguia idest crassa. Importuna. que importunos facit & odiosos. Poterat tamen questio videri qua crederetur poetā dixisse contraria vt cum superius dixerit se transfugam diuitum hic dicat sibi pauperiem abesse sed conuenit nec contrarium est vt qui diuitum transfuga est importunus paupertate nō sit quam elegit: & quā libenter appetit. Nec si plura. q̃ habeo humanitatem circa se Mecoenatis ostendit. Contracta. melius. mitigato & repulso desiderio diuitiarum. efficientem posuit per id quod efficitur. Vectigalia por. idest paruus possessor minora per soluā tributa. Regnū Halyattici. Halyatticus rex Lydie pater Croesi: qui opimo imperio vsus est. Bene est cui deus obtulit. omnia frugalitat. suppetere/& nihil deesse dicit.

POR. Quā̃ nec ca. me. f. a. licet nil in Calabria possideam inquit vbi mel optimum nascitur Nec Lestrigonia Bacchus in amphora. Lestrigones oppi. campanię Formias tenuisse dicuntur. In illa autem regione quoniam saxosa est. preciosissimum vinum campanum nascitur. Bacchus in amphora lāguescit. Ba. languescit quasi senescit ac per hoc veterascit. & paulo post ait. promere lāguidiora vina. Contracta melius parua cupidine vectigalia. Reipublicae redditus dicuntur vectigalia. Contracta melius parua cupidine Vectigalia. porrigam. Sensus communis est & manifestus. ait enim paruo se contentū plus sibi videri possidere q̃ si multū habens amplius desideret. quam si m. r. Ha. c. c. ordo est q̃ si Mygdonijs campis regnum Halyattici continuem. Halyattus autem rex Persarum dicitur fuisse: vel vt alij dicunt rex Lydorū pater Croesi. Bene est cui deus obtulit Parca quod satis est manu. Subaudiendum hic extrinsecus pronomen quod est ei. vt sit Bene est ei cui deus obtulit parca manu q̄d satis est.

Quamquam nec Calabrę mella ferunt apes:
Nec Lestrigonia Bacchus in amphora
Languescit mihi, nec pinguia Gallicis
Crescunt vellera pascuis:
Importuna tamen pauperies. abest,
Nec si plura velim tu dare deneges
Contracta melius parua cupidine
Vectigalia porrigam:
Quam si Mygdoniis regnum Halyattici
Campis continuem. multa petentibus
Desunt multa, bene est cui deus obtulit
Parca quod satis est manu.

Quamquam &c. Prosequitur quod inceperat dicere: non rerū accessione/sed cupiditatum minutione fieri beatum: ideoq; dicit se satis beatum vnicis Sabinis licet exquisitas non habeat diuitias. ordo est. Quamquam nec apes Calabrae ferunt idest colligunt mihi mella nec Bacchus lāguescit idest veterascit & domatur ac mitior fit mihi: in amphora Lestrigonia idest Formiana, nam preciosa crescunt iuxta Formias vina: nec vellera crescūt mihi pinguia sup. in pascuis Gallicis: vt in pede Montiū, vbi Gallia Italis Cisalpina. aut in Euganeis praesertim Altinatibus: Nam Columella lib. viij. de ouibus emendis sic ait. Generis eximij Calabras apulasq; milites nostri existimabant earumq; optimas Tarentinas Nunc Gallicae preciosiores habentur: earumq; precipue Altinates. Vt autem Strabo lib. v. ait, Altinum est in palude positum similem Rauennę situm habens. Martialis autem sic ait lib. xiiij. Velleribus primis Appulia prima: secundis Nobilis Altinum: tertia laudat ouis. tamen pauperies importuna idest non supportanda & ad improbitatem vrgens: abest scilicet a me: nec o Mecoenas si ego velim. scilicet habere plura: tu deneges dare plura: verum ego porrigam idest extendam & augeam melius parua vectigalia, idest paruos redditus & agrorum fructus: cupidine, id est cupiditate contracta idest imminuta: q̃ si ego continuem idest cōtinuo possideam regnum Halyattici idest Croesi Halyattis filij hoc est Lydiam opulentissimam: campis Mygdonijs idest Mygdoniae regionis in finibus Asię fertilissimae. Multa desunt petentibus multa. Bene/id est satis multum est illi cui deus obtulit manu parca, id est licet parca tamen quod satis est idest vsq; ad sufficientiam vt dicunt. vnde & prouerb. xxx. Mendicitatē & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum: & dicam quis est dominus aut egestate compulsus furer & periurem nomen dei mei.

ANTO Lestrigonia. Formien oppidū iuxta Caietam fuit antiqua Lestrigonum sedes auctore Pli. li. iij. Straboq; lib. v. scribit totā hāc oram optima vina generare. Languescit. i. senescit. Importuna molesta idest inquieta. Contracta cupidine. frenato habendi desiderio. Vectigalia porrigam idest agrorum fructus. dixit autem sibi paruo contento videri plura possidere q̃ si Halyattici regnum coniūgeret Mygdonijs,

Mygdoni Mygdonijs. Est Mygdonia regio in finibus Asiae ab rege Mygdono: vt scri. Lact. lib. ij, Theb. Legito item que dicta sunt de Mygdonia superius. nam hic etiam conueniut. Halyattici. in lib. i. Herodoti legitur. Halyates.

Halyattes. ait enim sic. Croesus genere fuit Lydus: patre autem Halyatte. & paulopost sic. Porro Halyattes Lydus composito cū Milesijs bello post ea cum. lvij. regnasset annos vita excessit. Bene est cui. Tullius in parado. inquit. Quem enim intelligimus diuitem: aut hoc verbum in quo homine ponimus? opinor in eo cui tanta possessio est: vt ad liberaliter viuendum facile contentus sit qui nihil quaerat: nihil appetat: nihil optet āplius s. Aius enim tuus oportet se iudicet diuitem non hominum sermo: neq; possessiones tuae &c.

ACR. AEli vetusto. Antiquo. Aelium Lamiā alloquitur senatorem. Aeliorum autē familia a Lamo Formiarum rege oriri affirmata est. vnde & Lamię cognomen nobilibus inditum est. quod vulgo Lamium genus vocabatur. Iuue. Lamiarū caede madenti. Quādo. siquidem. Fastos. cōsules, qui nobilitatis in posteros memoriā testarentur. Per fastos autem consules vult accipi. Lucanus. Qui dat noua nomina fastis. princeps late tyrannus. alibi pro domio alibi pro crudeli, alibi pro potente ponitur. Vt. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Lyris fluuius est cāpanię interfluens vrbem Minturnensium. de quo Lucanus. Et vmbrosę lyris per regna Maricae. Cras folijs nemus. de future tempestatis indicio. Vt Omnia plenis Rura natāt fossis. ordo est

Ode. XVII. Tricolos Tetrastrophos.
Aelii Lamię genus celebrat

AEli vetusto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos: & nepotum
Per memores genus omne fastos:
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum męnia dicitur
Princeps & innantem Maricę
Littoribus tenuisse Lyrim
Late tyrannus: cras foliis nemus
Multis, & alga littus inutili
Demissa tempestas ab euro

Demiſſa tempeſtas ab euro
Sternet, aquę niſi fallit augur
Annoſa cornix, dum potes aridum
Compone lignum: cras genium mero
Curabis: & porco bimeſtri
Cum famulis operum ſolutis:

Aeli ve. Aelium Lamiam amicum a generoſitate laudatum monet futuro conuiuio proſpiciat, dicēs. O Aeli nobilis ab Lamo vetuſto (quando ideſt quandoquidem: ferunt ideſt dicunt fere omnes: Lamias priores ideſt priſcos: & omne genus nepotum ideſt poſteriorū aut minorū, per feſtos ideſt libros quaſi annales, memores ideſt qui in memoriā reducunt cōſules & nobiliū magiſtratus: denoiatos hinc. ſ. a Lamo vetuſto) tu ducis originem ab illo auctore. ſ. primo Lamo: qui dicitur priceps ideſt primus tenuiſſe. i. poſſediſſe mœnia Formiarū, & tyrannus ideſt rex late ſcilicet regnās dicitur tenuiſſe Lyrim fluuiū inantē littoribus Maricę :deſt Minturnenſiū deæ: hoc eſt maris iuxta Minturnas. Tempeſtas demiſſa ab euro. ſ. vento orientali. ſternet. i. ſternendo operiet cras nemus, i. ſyluam frondoſam folijs. i. frōdibus vi ventorum decuſſis. & ſternet littus ſcilicet maris: alga, ideſt herba euulſa vi tempeſtatis: inutili. vñ in buc. Maro. Proiecta vilior alga ideſt cras erit maxima ventorum & pluuiarū tempeſtas: niſi cornix annoſa & ita nō friuole garrula ſed ſerio: augur. i. pręnunciatrix aque. i. pluuię fallit ſup. me. & ita tantiſper ſup, dum potes: compone. ſ. ad focū lignū aridum: quia tu curabis cras genium ideſt deū indulgentiœ: mero. i. puro vino, hoc eſt cras nobis vberius bibendū eſt & porco bimeſtri, id eſt duorum menſium porcello, cū famullis ſolutis operum: ſcilicet labore, vt ſit participium.

tem peſtas demiſſa ab euro ſternet cras nemus multis folijs: & ſternet littus inutili alga. Annoſa cornix. diu viuens. Iuuena. Exēplum vitę fuit a cornice ſecūde. Dū potes a. c. l. dū p mitteris ſerenitate ſtrue ad faciendū ſacrificiū. Et porco bimeſtri. duos mēſes habente, Aut certe duos annos voluit ſignificare & luna cōputatos. Cū famulis operū ſolutis. cum vacantibus ſeruis, & ab opere feriatis. oſtendit aūt tp̄s hyemis: dū ad focū parari hortatur. & ſacrificiū genio inſtituit vt Inuitat genialis hyems: curaſqꝫ reſoluit. &c, Añ focū ſi frigꝰ erit, & meſſis in vmbra

POR.

Aeli vetuſto nobilis ab Lamo. Aeliū Lamiam alloquitur ſenatorem. Aeliorum familiam ad Lamo Formiarū rege oriri affirmat: vnde & lamię cognomen ijs adhæſiſſe. Memores genus omne faſtos. Dicitur princeps innātem Maricę Littoribus tenuiſſe lyrim Formiani potentiores videntur fuiſſe Minturnenſibus: & eorum agros tenuiſſe Lyris flumen, vbi Marica nympha colitur. Late tyrannus. qui ad lyrim vſqꝫ regnum ſuū extenderit. Et innantem maricæ littoribus tenuiſſe lyrim. lyris per mediā vrbem Minturnenſium labitur. Maricam autem Minturnenſes maxime colunt: cuius etiā lucis in ipſi. Minturnenſi ciuitate eſt. Sternet aquæ niſi fallit augur annoſa cornix. etiam Virgil. dicit cornices pluuiæ imminentis preſagas eſſe: cum ait: Tum cornix plena pluuiā vocat improba voce. Augurem pro preſaga. i. diuina poſuit. Annoſam autem ait: qm̄ mille annos viuere affirmatur. Dum potes aridum compone lignum: cras genium mero Curabis & porco bimeſtri Cum famulis operum ſolutis. intelligendum in villa fuiſſe Lamiam: quæ ideo hortatur apud focum epulari. ſic enim ſolent ruſtici hyeme cum feriati ſunt. quod ipſum manifeſtatui ex eo ꝙ dixerit genium curabis cum famulis operum ſolutis. Talia ſunt & illa Virgiliana. Inuitat genialis hyeme. & Ante focum ſi frigus erit: ſi meſſis in vmbra.

Argumentum Odes. XVII.

ANTO

Aelij lamiæ genus celebrat. ait inde cornicis augurio ſe noſſe craſtinam tempeſtatem. hinc illum monet vt arida ligna componat ad ſacrificium: quo luce ſequenti genium mero & porco bimeſtri curare poſſit. de ælio autem Lamia lib. i. Ode vero. xvi. etiam meminit. Aeli vetuſto. Ode eſt ſimilis nonæ lib. i. Qñ qm̄. Faſtos. cōſules intelligit. Lucanus. Qui dat noua nomina faſtis. Faſtorum libri dicūtur: in quibus totius anni deſcriptio vt Feſtus inquit. Priſcianus vero lib. vi. ait faſtos pro annalibus a faſtis & non feſtis diebus dictos. Formiarū mœnia. de formijs ſuperiori legito. Maricæ Seruius lib. vij. ęnei. ſcri. Maricam fuiſſe deam littoris Minturnēſium iuxta lyrim fluuium: afferens quoqꝫ hunc Horatij locum in teſtimonium. Virg. autem in eodem lib. vi. de Latino ait. Hunc fauno & nympha genitum laurente marica Accipimus. Lyrim. lyris ſuperne labitur de apœninis montibus & agro veſtino preter vicum Fregellas: excurrit autem in lucum ſacrum: pue magnis honoribus Minturnenſes celebrant oppido incumbentem. Minturne autem inter Formias & Sinueſſā erāt vtrinqꝫ ad ſtadia. lxxx. diſtantes. interfluit autem lyris amnis: ſuntqꝫ dicte vrbes omnes maritinæ. Auc. Stra. lib. v. Late tyrannus: rex. Virg. etiam ait. Hinc populum late regem. Alga. herba marina tenuiſſima. Augur aquæ ideſt prenuncia. Annoſa cornix. Heſiodus multa de hominum æuo referens cornici nouem noſtras attribuit ætates: quadruplum eius ſeruis: id triplicatum coruis. Pli. ſcri. lib. vij. Cornix autem ales eſt inauſpicatę garrulitatis. vt ait idem ideſt infelicis: quoſi auſpicijs repugnantibus. Cice. preterea lib. i. de diuinatione ſcribit coruum a dextra, a ſiniſtra cornicem facere ratum. Et Pli. docet hyemen ſignificari quum terreſtres volucres contra aquam clangores dabunt perfundentes ſeſe: ſed maxime cornix. Virg. item lib. i. Georg. Tū cornix plena pluuiam vocat improba voce: Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena. Genium. Genius eſt numen quoddam familiare: quod nobis naſcentibus datur: vt Seruius ſcribit lib. vi. æneī. Cenſorinus aſſerebat: vt ſcribūt alij, eum dici Genium ſeu quia vt gignamur curat: ſeu quia vna nobiſcum gignatur: ſeu ꝙ genitos ſemp tueatur eundemqꝫ eſſe Genium & larem oſtendit. Euclides dixit duplicem omnibus appoſitūꝰ eſſe Geniū; bonū & malum. Chriſtiana angelos vocat: non cū naſcente genitos: ſed nato ſociatus: quorum alter bonus in bonum ſemper vrget quem ſeruat: alter autem malus in contrarium nititur: & quaſi bonorū malorūqꝫ noſtrorum obſeruatores & teſtes in mortem vſqꝫ aſſiſtunt continui. Operum ſolutis. diem feſtum indicat.

Faſti. Marica. Lyris. Cornix. Genius.

XVIII, Ode Dicolos Tetraſtrophos Ad Faunum.

Faune nympharum fugientum amator
Per meos fines & aprica rura,
Lenis incedas: abeaſqꝫ paruis
Aequus alumnis:
Si tener pleno cadit hœdus anno,
Larga nec deſunt Veneris ſodali
Vina craterę: vetus ara multo
Fumat odore,

Faune nympharū fugiētiū amator. Quaſi a celeritate ſui nymphę Fauuorū petulātiā fugiant. Et aprica. amœna. temperata. vt Duceret apricis i collibꝰ vua colorē. Aequꝰ alūnis alūnis turis: ꝟ nulis: q̄s maxīe, Fauni lędere dicunt. Lenis incepas. ꝓpitiꝰ. placatꝰ Pleno āno. i. cōpleta. annuale ei ſe ſacrificiū facere oſtendit. Si aūt, ſiquidem. vt Veſtro ſi munere tellus. Cadit. immolatur. Veneris ſodali. v. c: craterę dixit Veneris ſodali. iō, quia ſine cerere & libero friget Venus. Vetꝰ ara. nō ætatis cultu deſerta, ſed multo thure ſuccenſa. oſtēdit aūt ſe eos multis ſacrificijs donauiſſe: q̄bus ꝓ mereat quæ petit Ludit her

ACR.

Ludit hęrboso pecus omne campo
Cum tibi nonę redeunt Decembres:
Festus in pratis vacat ocioso
Cum boue pagus.
Inter audaces lupus errat agnos:
Spargit agrestes tibi sylua frondes
Gaudet inuisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

boso pecus omne campo. Tanq̃ deuotione diei numinis honorem etiam pecudes lasciuiendo sentirent. Nonis etiam Decębribus Faunalia & Faunorum culta dicebātur. Festus idest tua festa celebrās. In pratis autem quia Faunalia in syluis & in pratis celebrabantur. Cum boue pagus. in pagis enim & in compitis celebrari talia consueuerunt. vt Virg. Præmiaq̧ ingentes pagos & compita circum Thesidę posuere: atq̧ inter pocula lęti Mollib⁹ in pratis vnctos saliere per vtres Inter audaces lupus errat agnos. nō semper audaces agnos, sed illo die: tanq̃ qui numinis interuentu non timeant. quod honori Fauni applicat, festiuitatis suę tēpore lupos nocere pecudibus non sinentis. Spargit agrestes tibi sylua frondes. veluti sylua per amœnitatem frondes spargeret. vt Spargite humum folijs: inducite fontibus vmbras. Gaudet inuisam. p. f. cultu vinearum liberatus & Fauno sacrificat, vt Inuitat genialis hyems curasq̧ resoluit. Ter vero ad rhythmum retulit.

POR. ¶Faune nympharum fugientium amator. Faunum inuocat, quem aiunt inferū ac pestilentem deum esse. secundum; que & nūc Horatius loquitur: cum eum orat vt tenuis per agros suos transeat. Et Virg. in septimo cum apud Memphitem pestiferi odoris pallidum lucum habere ostendit: & in consulendo oraculo eius videri multa simulacra miris modis volitantia: atq̧ imis Acheronta affatur auernis. Fugientum amator. per lasciuiā dicit fugientium. tale est illud. & fugit ad salices: & se cupit ān videri Si tener pleno cadet hœdus āno. significat sēper se ei anniuersarium sacrum hœdo facere. Vina craterae craterem Veneris sodalem dixit. quia sine cerere & libero friget venus. Ludit hærboso pecus omne campo Cum tibi nonę redeunt Decembres. Nonis decembribus Faunalia sunt. hoc est dies festus Fauni: in cuius honorem pecudes lasciuiunt. Inter audaces lupus errat agnos. nō semper audaces, sed illo die: quo videlicet non timeant lupum inter se errantem. & hoc interueniente numine.

¶Faune. Faunum festiue rogat vt innocuus per arua sua incedat: polliceturq̧ si id fecerit, sacrificium, dicens, Faune amator nympharumq̧ fugientium: sunt enim timidę deę Faunum qui rudis & agrestis est, potissimum timentes: incedas lenis. i. placidus & innocuus: per meos fines idest confinia agrorum meorum: & per rura apprica idest soli exposita & vmbrosa: & abeas idest discedas: ęquus idest benignus & innocuus: alunnis paruis idest vernis, villici natis: aut fœtui pecoris: quod potius credam: quia quasi obnoxius sit fœtui conseruando addit confidenter: quasi dicere velit. Si hœdus idest fœtus capræ: tener. i. molliter educatus cadit: dum tibi mactatur anno pleno. i. completo (quia annuale sacrificium illi fecit) hoc est singulis annis mactatur tibi hœdus. nec. i. & si larga vina non desunt craterę a nominatiuo cratera: quia ab accusatiuo tertiæ masculini fit sępe nominatiuus in a primę & fœminini. vt cratera: statera, cassida &c. nec staret versus vt sit cratere pro in cratęre ablatiuus tertiæ: qui corriperetur (idest poculo illi, sodali idest q̃ ē in societate veneris, quia sine cerere & baccho friget venus. Vetus autem mero æstuās facile despumat in libidinem. & si sup. ara vetus idest ab antiquo tibi instituta: fumat tibi multo odore. s. thuris: aut potius holocausti. Prosequitur autem in eius honorem, vt hic hymnus in eius festo canendus intelligatur, dicens Oē pecus ludit. i. sallit & tripudiat in cāpo hærboso: cum nonę Decēbres redeunt tibi idest in honorem tuum (quia tūc eius festum agebatur) pagus idest paganus: hoc est rusticus seu colonus, id autem melius q̃ pardus legitur, festus idest festiuus: vacat scilicet a labore in pratis cum boue ocioso, idest cessante ab aratione. Lupus errat inter agnos audaces idest audiētes tūc quia tua protectione confisi nihil timent. Sylua spargit tibi frōdes agrestes: & fossor gaudet pepulisse pede ter idest secundū rhythmum & numerum saltandi terram inuisam idest cuius fodiendæ labore defatigari soleat, & ita quasi in execrationem terræ saliendo conculcat eam.

Fauni euenire dicit, qui quasi die festo suo vult pecora: que sub tutela sua sunt: sine periculo esse. Gaudet inuisam pepulisse fossor Ter pede terram. Inuisam terram fossoribus merito dixit: q̧ in ea laborent cum fodiūt naturale est enim omnibus odisse laboris sui materiam. Significatur autem agrestes cum festo Fauni feriati ludunt: in terra tripudiate.

Argumentum Odes. xviij.

ANTO ¶Faunum agrestem syluestremq̧ deum orat: vti per suos agros mitis & innocens eat: cū pleno anno hœdum ei vinaq̧ & odores plurimos tradat: agrestesq̧ etiam sibi tripudient. Faune nympharum. Fauni dei Latinorum erant: quos in syluestribus locis traditum est solitos fari: quod varro scribit. Seruius etiam docet Faunos dictos a fando idest vaticinando. Vnde & fatuos dicimus inconsiderate loquentes. de Faunis autem poeta lib. i. Georg. ait. Et vos agrestum presentia numina fauni Ferte simul Fauniq̧ pedem. Lenis. mitis: placidus. Aequus. benignus: innocens. Paruis alumnis. vernas intelligit, villici filios. Larga nec desunt. Ordo est. nec desunt Veneris sodali larga vina in cratere. Veneris autem sodali idest tibi Fauno. dixerat enim: Faune nympharum fugiētum amator. vel dicas. nec desunt larga vina in cratere sodali Veneris: quoniam sine cerere & Baccho friget Venus. Et Pli. lib. xiiij. inquit de ebrijs. Præmiumq̧, summum ebrietatis libido portentosa ac iucundum nefas. Oui. itē lib. i. de arte ait. Vina parant animos faciuntq̧ caloribus aptos: Cura fugit multo diluiturq̧ mero. Illic sæpe animos iuuenum rapuere puellæ. Et venus in vinis: ignis in igne fuit. Et in lib. de remed. Vina parant animos Veneri nisi plurima sumas. Ludit hęrboso. id erat in numinis honorē vt etiā pecora gauderent & luderent: que sub eius tutela sunt. Vacat ab labore scilicet Nonæ Decembres. tunc enī Fauno sacra celebrabantur. Festus idest lętus. id autem erat propter Fauni numen, quum festa pagus celebrabat. Pardus. sūt pardi pantherarum mares. Panthera autem & tygris macularum varietate spectantur. suntq̧ pantheris in candido breues macularum oculi. ferunt colore earum mire sollicitari quadrupedes cūctas: sed capitis toruitate terreri: quamobrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Auctor est Plini. lib. viij. Pardus. Acron hic legit pagus. vtrumq̧ tamen conuenit. Agrestes frondes. id erat: quoniā locis syluestribus Fauni morabantur: hinc in eorum honorem agrestes frondes per humum spargebantur ab sylua ipsa, non solum ab viris. De more autem id fiebat. vnde in Buc. Maro inquit. Spargite humum folijs: inducite fontibus vmbras Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis. Item alia ęgloga. Quis caneret nymphas quis humum florentibus hærbis Spargeret: aut viridi fontes induceret vmbra. Fossor. agricola. quem gaudere dicit tripudijs in Fauni sacris.

Fauni.
Ebrietatis pmiū.
Vina.
Pardus.
Pāthera.
Frondes in humo

Ludit herboso pecus omne campo
Cum tibi nonę redeunt Decembres:
Festus in pratis vacat ocioso
Cum boue pagus.
Inter audaces lupus errat agnos:
Spargit agrestes tibi sylua frondes
Gaudet inuisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

boso pecus omne campo. Tanq̃ deuotionē diei numinis honorem etiam pecudes lasciuiendo sentirent. Nonis etiam Decebribus Faunalia & Faunorum culta dicebatur. Festus idest tua festa celebrās. In pratis autem quia Faunalia in syluis & in pratis celebrabantur. Cum boue pagus. in pagis enim & in compitis celebrari talia consueuerunt. vt Virg. Præmiaq; ingentes pagos & compita circum Thesidę posuere: atq; inter pocula lęti Mollib⁹ in pratis vnctos saliere per vtres Inter audaces lupus errat agnos. nō semper audaces agnos, sed illo die: tanq̃ qui numinis interuentu non timeant. quod honori Fauni applicat, festiuitatis suę tēpore lupos nocere pecudibus non sinentis, Spargit agrestes tibi sylua frondes. veluti sylua per amœnitatem frondes spargeret. vt Spargite humum folijs: inducite fontibus vmbras. Gaudet inuisam. p. f. cultu vinearum liberatus & Fauno sacrificat, vt Inuitat genialis hyems curasq; resoluit. Ter vero ad rhythmum retulit.

POR. ¶Faune nympharum fugientium amator. Faunum inuocat, quem aiunt inferū ac pestilentem deum esse. secundum; que & nūc Horatius loquitur: cum eum orat vt tenuis per agros suos transeat. Et Virg. in septimo cum apud Memphitem pestiferi odoris palli dum lucum habere ostendit: & in consulendo oraculo eius videri multa simulacra miris modis volitantia: atq; imis Acheronta affatur auernis. Fugientum amator. per lasciuiā dicit fugientium. tale est illud. & fugit ad salices: & se cupit añ videri Si tener pleno cadet hœdus āno. significat sēper se ei anniuersarium sacrum hœdo facere. Vina crateræ craterem Veneris sodalem dixit. quia sine cerere & libero friget venus. Ludit hærboso pecus omne campo Cum tibi nonę redeunt Decembres. Nonis decembribus Faunalia sunt. hoc est dies festus Fauni: in cuius honorem pecudes lasciuiunt. Inter audaces lupus errat agnos. nō semper audaces, sed illo die: quo videlicet non timeant lupum inter se errantem. & hoc interueniente numine.

¶Faune. Faunum festiue rogat vt innocuus per arua sua incedat: polliceturq; si id fecerit, sacrificium, dicens, Faune amator nympharumq; fugientium: sunt enim timidę deę Faunum qui rudis & agrestis est, potissimum timentes: incedas lenis. i. placidus & innocuus: per meos fines idest confinia agrorum meorum: & per rura apprica idest soli exposita & vmbrosa: & abeas idest discedas: ęquus idest benignus & innocuus: alunnis paruis idest vernis, villici natis: aut fœtui pecoris: quod potius credam: quia quasi obnoxius sit fœtui conseruando addit confidenter: quasi dicere velit. Si hœdus idest fœtus capræ: tener. i. molliter educatus cadit: dum tibi mactatur anno pleno. i. completo (quia annuale sacrificium illi fecit) hoc est singulis annis mactatur tibi hœdus. nec. i. & si larga vina non desunt craterę a nominatiuo cratera: quia ab accusatiuo tertiæ masculini fit sępe nominatiuus in a primę & fœminini. vt cratera: statera, cassida & c. nec staret versus vt sit cratere pro in cratere ablatiuus tertiæ: qui corriperetur (idest poculo illi, sodali idest qđ ē in societate veneris, quia sine cerere & baccho friget venus. Vetus autem mero æstuās facile despumat in libidinem. & si sup. ara vetus idest ab antiquo tibi instituta: fumat tibi multo odore. s. thuris: aut potius holocausti. Prosequitur autem in eius honorem, vt hic hymnus in eius festo canendus intelligatur, dicens Oē pecus ludit. i. sallit & tripudiat in cāpo hærboso: cum nonę Decēbres redeunt tibi idest in honorem tuum (quia tūc eius festum agebatur) pagus idest paganus: hoc est rusticus seu colonus, id autem melius q̃ pardus legitur, festus idest festiuus: vacat scilicet a labore in pratis cum boue ocioso, idest cessante ab aratione. Lupus errat inter agnos audaces idest audiētes tūc quia tua protectione confisi nihil timent. Sylua spargit tibi frōdes agrestes: & fossor gaudet pepulisse pede ter idest secundū rhythmum & numerum saltandi terram inuisam idest cuius fodiendæ labore defatigari soleat, & ita quasi in execrationem terræ saliendo conculcat eam.

Fauni euenire dicit, qui quasi die festo suo vult pecora: que sub tutela sua sunt: sine periculo esse. Gaudet inuisam pepulisse fossor Ter pede terram. Inuisam terram fossoribus merito dixit: q; in ea laborent cum fodiūt naturale est enim omnibus odisse laboris sui materiam, Significatur autem agrestes cum festo Fauni feriati ludunt: in terra tripudiate.

Argumentum Odes. xviij.

¶Faunum agrestem syluestremq; deum orat: vti per suos agros mitis & innocens eat: cū pleno anno hœdum ei vinaq; & odores plurimos tradat: agrestesq; etiam sibi tripudient. Faune nympharum. Fauni dei Latinorum erant: quos in syluestribus locis traditum est solitos fari: quod varro scribit. Seruius etiam docet Faunos dictos a fando idest vaticinando. Vnde & fatuos dicimus inconsiderate loquentes. de Faunis autem poeta lib. i. Georg. ait. Et vos agrestum presentia numina fauni Ferte simul Faunique pedem, Lenis. mitis: placidus. Aequus. benignus: innocens. Paruis alumnis. vernas intelligit, villici filios. Larga nec desunt. Ordo est. nec desunt Veneris sodali larga vina in cratere, Veneris autem sodali idest tibi Fauno. dixerat enim: Faune nympharum fugiētum amator. vel dicas. nec desunt larga vina in cratere sodali Veneris: quoniam sine cerere & Baccho friget Venus. Et Pli. lib. xiiij. inquit de ebrijs. Præmiumq; summum ebrietatis libido portento sa ac iucundum nefas. Oui. itē lib. i. de arte ait. Vina parant animos faciuntq; caloribus aptos: Cura fugit multo diluiturq; mero. Illic sæpe animos iuuenum rapuere puellæ. Et venus in vinis: ignis in igne fuit. Et in lib. de remed. Vina parant animos Veneri nisi plurima sumas. Ludit hęrboso. id erat in numinis honorē vt etiā pecora gauderent & luderent: que sub eius tutela sunt. Vacat ab labore scilicet Nonæ Decembres. tunc em Fauno sacra celebrabantur. Festus idest lętus. id autem erat propter Fauni numen, quum festa pagus celebrabat. Pardus. sūt pardi pantherarum mares. Panthera autem & tygris macularum varietate spectantur. suntq; pantheris in candido breues macularum oculi. ferunt colore earum mire sollicitari quadrupedes cūctas: sed capitis toruitate terreri: quamobrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Auctor est Plini. lib. viij. Pardus. Acron hic legit pagus. vtrumq; tamen conuenit. Agrestes frondes. id erat: quomā locis syluestribus Fauni morabantur: hinc in eorum honorem agrestes frondes per humum spargebantur ab sylua ipsa, non solum ab viris. De more autem id fiebat. vnde in Buc. Maro inquit. Spargite humum folijs: induc ite fontibus vmbras Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis. Item alia ęgloga. Quis caneret nymphas quis humum florentibus hærbis Spargeret: aut viridi fontes induceret vmbra. Fossor. agricola. quem gaudere dicit tripudijs in Fauni sacris.

ANTO Fauni.

Ebrietatis pmiū. Vina.

Pardus. Pāthera.

Frondes in humo

XIX, Ode Dicol. Distrophos ad Telephum

Quantum distet ab Inacho
Codrus pro patria non timidus mori
Narras: & genus Aeaci:
Et pugnata sacro bella sub ilio
Quo Chium precio cadum
Mercemur quis aquam temperet ignibus
Quo prębente domum: & quota
Pelignis caream frigoribus: taces.
Da lunę propere nouę
Da noctis medie, da puer auguris
Murenę, tribus aut nouem
Miscentur cyathis pocula commodis
Qui musas amat impares
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates: tris prohibet supra
Rixarum metuens tangere gratia
Nudis iuncta sororibus.

¶ Quantum. Facete Telephum poetam amicum, cuius corporis formam prius celebrauit: monet animum a carminibus quibus græcas historias nihil ad voluptatem facientes describebat: ad res lætioris conuiuij auertere: dicés. O Telephe: tu narras scilicet in carmine: quantum Codrus rex Atheniẽ. nõ timid⁹ mori idest qui se deuouit pro patria: distet ab Inacho. primo Argiuorum rege: & narras genus aeaci: vt Thelamonem Peleum & phocum: & bella pugnata sub Ilio sacro idest a dijs constructo: hoc est res nihil ad nos aut ad conuiuium pertimẽtes: & taces quo precio mercemur cadum chium idest vini chij quod optimum erat: & quis scilicet puer temperet scilicet tepefaciendo: aquam ignibus & quo prebente domum idest in cui⁹ hospitio: & quota scilicet hora, ego caream frigoribus pelignis idest apud Pelignos populos vicinos Marsis existens scilicet ante focum. Et quasi dicat: quia tu taces ego meminero: addit. O puer da propere idest properanter, pocula nouę lune idest. quę ebibam in honorem nouilunij: da etiam pocula medię noctis idest ebibam in commemorationem & laudem eius. da. s. tertia pocula Murenę auguris idest que ebibam in honorem eius cuius forte auspicio conuiuium inierat: & quia tria commemorat, addit eius rei rationẽ, dicens. Pocula miscentur cyathis tribus ad nouem: commodis idest conuenientibus cuique suis. Nam vates attonitus idest numine Bacchi, ac Apollinis raptus: qui amat musas impares scilicet nouem: petet ter ternos. idest nouem cyathos idest pocula hoc est qui in musarum sũt tutela ad illarum numerũ sumant pocula qui vero gratijs seu charitibus placere volunt dumtaxat tria: quia gratia idest gratiarum seu charitum vna: iuncta sororibus scilicet reliquis duabus nudis: metuens idest metum habens: rixarum idest ne fiãt rixę, prohibet sup. cyathos supra tris idest excedentes numerum ternarium.

ACR. Quantum di. ab Ina. Telephum græcum poetam sodalem suum alloqui tur, iocose eum corripiens q̃ historias non pertinẽtes ad propositũ potius loquatur: q̃ quę sint apta conuiuio. Alij volunt reprehendi Telephum, q̃ quantum temporis interesset ab Inacho vsq; ad Codrum quereret, Deinde conuersus ad puerũ vt impari numero cyathorum faciat potiones hortatur. Codrus rex Atheniensium & Lacedemoniorum fuit, hic imminentibus hostibus pro patria se deuouit responso incitatus oraculi: quo predictum fuerat eos vincere posse: quorum dux fuisset occisus, hoc dum peruulgatum fuisset, cœpit vitari ne occideretur. Mutato postea habitu gregarij militis ad castra hostium perrexit: magnis iniurijs agẽs vt occideret obtinuit vt Virg. Aut alconis habes laudes aut iurgia Codri. Et ge. æa aui Achillis. per has autem fabulas historiam græcam significat. Sacro. quia a numinibus muri facti dicebantur Troiani: hoc est Neptuno & Apolline. vt Virg. Cuperem cum vertere ab imo Structa meis manibus periuræ mœnia Troię. Quo. c. p. c. aut peregrinum vinum dixit: aut vas vino preciosius. Temperet. tepefaciat. nam tepefactis aquis solebant græci vina tẽperare Quo aliquo. Et quota. sup.. hora ordinale nomen est. Pelignis careã frigoribus Pelignum oppidum est Sabinorum frigidæ regionis. Da p. a. m. puerum pincernam alloquitur. hoc modo veteres festiuitatem cõuiuiorum celebrare consueuerant vt singulos vini cyathos sub singulorum deorum aut charissimorum hominũ nomine in poculis apponi iuberent. Da noctis mediæ idest bibamus in honorem mediæ noctis & nouę lunę & auguris Murenæ: Tribus aut nouẽ. vt Numero deus impare gaudet. tribus autem: aut nouem aut propter musas: aut propter charitas. quia lætitiam dabant. Attonitus. vt non inebrietur. Vates. pro q̃libet facricola. Tris prohibet supra. ne si supra nouem addideris tres, ebrius factus exurgas in lites: quæ sunt gratię letitiæq; contrariæ. ideo Gratię nudæ pinguntur: veluti sine dolo, sine fraude, sine aliquo velamine.

POR. ¶ Quantum distet ab Inacho Codrus. Telephum adolescentem alloquitur. q̃ que pertinerent ad conuiuij presentis apparatum non narraret. Deinde conuersus ad puerum hortatur vt impari numero cyathorum repotiones faciat. Quantum distet ab Inacho Codrus pro patria non timidus mori. comparationem inquit facit virtutum Inachi & Codri. Codrus autem Atheniensiũ dux fuit qui vt patrię victoriam pareret, interimendum se Lacedęmonijs obtulit. De Inachi autem virtutibus nulla extitit historia. Et pug. s. b. s. i. Sacrum Ilium dixit. Secundum Homericum illud, ἴλιον ἱερὸν. Quo præbente domum & quota. ad epulandum præbente scilicet quomodo solent dicere, apud quem & quota. Pelignis. c. f. Vtrum in Peligno oppido vult intelligi dici: an vt solent poetæ speciem pro genere posuit. vt lenis innatat alnus Missa pado. Da. l. p. n. sicut veteres singulos vini cyathos sub singulorum deorum aut charissimorum sibi nominibus solebant in poculum defundere: secundum que nunc hæc dicuntur. Tribus. a. n. m. c. p. com. secundum illud. Numero deus impare gaudet. Tris prohibet supra rixarũ metuens tangere gratia, ait supra nouem cyathos si tres addideris, futurum vt ebrius factus exurgas in lites: que scilicet contrarię sunt gratię.

ANTO Argumẽtũ Odes. XIX. ¶ Telephum poetam græcum familiaremque suum cum ioco arguit, is enim græcorum historias referebat Horatio: cum tempus posceret conuiuij potius necessaria tractare. Hortatur inde puerum suum pocula præparare: affin: q; tibię cum lyra & fistula. Quantum distet. Ode est similis. xxxvi. lib. i. Inacho. fuit Inach⁹ primus Argiuorum rex: qui regnauit annis. L. anno autem mundi. MMM. ccxl. Auct. est Eusebius. distet differat vel absit. Codrus. fuit is Atheniensium rex. xvij. qui regnauit annis. xxi. anno mundi. MMMM. cx. vt scribit Eusebius. Vtq; Iusti. lib. ij. ait, cum essent inter Athenienses & Dorienses simultatum veteres offensæ quas vindicaturi bello. dorienses de euentu prelij oracula consuluerunt: responsum superiores fore ni regem Atheniensiũ cecidissent. Quũ ventũ esset in preliũ, militibus añ oĩa custodia regis Atheniensis precipit. Athenięsibus eodẽ tpe rex Codrus erat: q & rñso dei & preceptis hostiũ cognitis pmutato regio habitu pãnosus sarmẽta collo gerẽs castra hostiũ ingreditur. ibi in turba obsistẽsiũ a milite quẽ falce astu cõuulnerauerat iter

Inachus. Codrus.

ficitur cognito regis corpore Dorienses sine prelio discedunt. Atq; ita Athenienses virtute ducis pro salute patrię se offeretis bello liberantur. Post Codrum nemo Athenis regnauit. Administratio reip. annuis magistratibus permissa. hæc omnia ex illo. de hoc etiam Cic. in fi. lib. i. Tusc. Genus Aeaci. fuit is Iouis Aeginesq; filius Genuit autem Thelamonem Peleum & phocum. Ex peleo ac Thetide Achilles ortus: qui cum Agmennone ad Troiam accessit. Auct. in ijs Diod. lib. v. Sacro Ilio. a dijs enim mœnia sibi cōstructa fuerāt Dionysius scribit Ilion in Phrygia esse iuxta Idam montem: ciuitate olim amplissimam, & maximorum heroū procreatricem, quam ferunt ab Neptuno & Apolline conditam extitisse: sed postea direptam & euersā Palladis ac Iunonis consilijs: sitam prope Xanthi & Idæi Simoentis vndas. Chium cadum. de Chio vino optimo supius dictū est. Aquā tēperet ignibus idest tepefaciat. vtebāt em̄ tepida aqua p diluēdo vino. p id aūt Horatius hyemē tūc fuisse innuit. Et quota: sup. hora. pellignis frigoribus. Peligni populi sunt Marsis vicini: vt scribit Strabo li. v. Sulmo autem Pelignorum est mediterranea ciuitas, vt docet li. iij. Ptol. Pelignis aūt frigoribus ait: quia ex montibus illis niuosis venire videbantur: qui Sabiniæ imminent. Da lune propere nouæ hortatur puerū ad paranda pocula. Est autem ordo. O puer da propere pocula nouę lunæ, da mediæ noctis: da pocula Murenæ auguris. pocula miscentur tribus cyathis commodis aut nouem. Da lunę. i. in lune honorem. Hoc ait qm̄ solebant olim pocula sumere in deorum honorem: aut herоū: aut amicarū. hinc Martialis inquit. Næuia sex cyathis: septem Iustina bibatur. Omnis ab infuso numeretur amica Falerno. Tribus aut nouem. Gel. lib. xij. c. xi. scri. Varronem dixisse conuiuarum numerum oportere incipere a Gratiarum numero: & progredi ad musarum idest proficisci ab tribus, & consistere in nouem. vt cum paucissimi cōuiuę sunt non pauciores sint q̄ tres: quum plurimi, non plures q̄ nouem. Nam multos inquit esse non conuenit, q: turba plerumq; est turbulenta. Attonitus. nimio videlicet vino. Nudis iuncta sororibus. De gratijs videto superius Ode. iij. lib. i.

Aaecus. Ilion. Pelegni. Conuiuarū nūer9

Insanire iuuat: cur Berecynthię
Cessant flamina tibię?
Cur pendet tacita fistula cum lyra?
Parce ater ego dexteras
Odi. sparge rosas: audiat inuidus
Dementem strepitum Lycus:
Et vicina seni non habilis Lyco.
Spissa te nitidum coma
Puro te similem Telephe vespero
Tempestiua petit Chlœ.
Me lentus Glycerę torret amor meę.

ACR. ¶Cur Berecynthiæ. Berecynthus vrbs Phrygie. vnde & tibias phrygias dicit: quæ matris deum sacris adhiberi consueuerāt. ad quarum cantus & a conuiuantibus saltabāt vt Tympana vos buxusq; vocāt Berecynthia matris. Parcentes ociosas a cantu: vel a miscendo cessantes. Lycus. vicinus hilaritatis nostræ strepitum & inuidiā patiatur. vt Vir. Fit strepitus tectis vocesq; per ampla volutāt Atria. Non habilis Lyco. vxor que seni puella inhabili coniuncta esset. vnde et zelum eius ostendit: dum inhabilē dicit. Telephe Ordo est Telephe tēpestiua Chloe petit te nitidū spissa coma et puro similē vespero & ē laus pulchritudinis Telephi. Nam & crinium compositio numinibus aptatur.

POR. ¶Cur b. c. f. t. Berecynthus vrbs est Phrygiæ ergo tibias Phrygias dicit. quę sacris matris magnæ adhibentur, ad quarum cātus tamen solent & conuiuantes saltare. Parcētes ego dextras odi. id est ociosas. quæ neq; lyram percutiant nec spargāt rosas. Audiat inuidus dementem strepitum Lycus. hilaritatis nostre inuidia rumpatur. Et. v. s. non h. l. merito non habilis: quia puella seni iūcta est Tempestiua petit Chloe idest matura rebus venereis. Me lentus Glyceræ torret amor. eleganter, me lentus amor, quasi latens & occultus nunc intelligendū: vt lentus ignis quia latens ac sine flamma vrit.

¶Insaniæ iu. significat se attonitis & furentibus ascribendum nouem expetere pocula, dicens. iuuat idest delectat insanire. i. inebriari: cur flamina idest sonitus ex flatu, tibię berecynthię. i. Phrygiæ cessant? cur fistula pendent cum lyra tacita idest non resonante? Ego odio Telephe: dexteras parcentes idest abstinētes a pulsando plectro. sparge rosas: audiat Lycus maritus zelotypus & ita inuidus: strepitum dementem idest dementię in dicem. Et vicina scilicet coniunx lyci: non habilis idest non apta, quia iuuencula est: Lyco scilicet vetulo. O Telephe Chloe tempestiua idest iam matura viro, petit te nitidum idest decorū spissa coma: & petit te similem vespero idest vespertino sideri. scilicet Veneris. puro idest sereno: Lentus idest minus ardens amor Glyceræ meæ idest dulcis amice: torret idest vrit me.

ANTO ¶Berecynthiæ tibiæ id ait quoniam obliquam tibiam Phrygiam Mydas inuenit: geminas tibias Marsias. Cum tibi canere voce Trœzenius Dardanus instituit. Auct. ē Plin. li. vij. Berecynthiæ. Berecynthes natio quædam inter Phrygas est. Simpliciter vero Phryges Troesq; prope Idam habitantes Rheem precipuo venerantur honore eius orgia frequentantes. hanc quidem deorum matrem vocant: & Vestam, & deam Phrygiam magnam. ab locis autem Ideam, Dindymenam, Phylenam, Pessi muntiā. Cybelem. Hæc scribit Stra. lib. x. Lyra. veterum Ro. epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Et in prouerbium vsq; grecorum celebratum est: indoctos a musis atq; gratijs abesse. Apud illos autem mos erat vt in conuiuijs post cœnam circunferretur lyra, cuius quum se imperitum Themistocles confessus esset: habitus est indoctior, Auct. est Fabius lib. i. de musice. Parcentes dexteras. nil agentes. Sparge rosas. in mensa scilicet Lycus. is senex ei vicinus erat Non habilis, non apta. erat enim Lyci senis vxor iuuenis. hinc ille zelotypus erat, & inuidus ac odiosus Spissa te. laudat telephum a forma. Vespero. de hoc vide superius. Tempestiua. viripotens: apta viro. Lentus. occultus ac longus.

Berecynthes. Rhea. Vesta. Cybele. Lyra. Themistocles.

NOn v. q. hæc allegoricos per commemorationem Pyrrhi Epirotarum regis, qui pro Tarentinis aduersus Romanos pugnauit, ad Pyrrhum sodalem dicūtur: qui puerum Nearchum nomine a quādam fœmina dilectum sollicite extrahere conatur. Facit leænam vrbem romam: Catulos, eius vrbis principes. Getulæ getulam pro magnitudine patriæ posuit, vt pœnorū qualis in aruis saucius. Cum per obstātes cateruas iuuenum ibit grande certamen repetens insignem Nearchum nomine, aut equitem Romanum: quem Pyrrhus tenebat epirota. aut obscura eloquentia Pyrrhum soda

XX. Ode Dicolos Tetrastro. Ad Pyrrhum

NOn vides quanto moueas periclo
Pyrrhe Getulę catulos lænę?
Dura post paulum fugies inaudax
Prelia raptor:
Cum per obstantes iuuenum cateruas
Ibit insignem repetens Nearchum,
Grande certamen tibi prędia cedat
Maior an illi.
Interim dum tu celeres sagittas

Promis. hęc dentes acuit timendos,
Arbiter pugnę posuisse nudo
Sub pede palmam
Fertur. & leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis.
Qualis aut Nireus fuit: aut aquosa
Raptus ab Ida.

¶ Nō vides. Facete alludēs ad pyrrhum Epirotarū regē nobilissimum & ductorē exercitus sane prestātē, Italia tñ tādē cedere coactū monet pyrrhū sodalē suū poeta ne pergat diuellere Nearchum puerum ab eo amatum, e manib⁹ mulieris ipsi⁹ amatricis ipsumcꝫ detinentis: nam etiam si exorserit: victoria tamen fuerit in arbitrio pueri, ad vtrū voluerit red.turi. Ordo ē O pyrrhe non vides. i. cōsideras ne sup. cū quāto periclo ꝓ periculo, moueas: idest auferre coneris: catulos leęnę getulę: idest puerū Nearchū tā ardēter ad amica dilectū & cū tāta feritate repetēdū: vt catulū amat leæna: & si auferaē repetitē tu raptor fugies inaudax. i. nō satis audax: post paulū. s. tpis, plia. s. cū furēte muliere, dura, cū ipsa ibit per obstātes cateruas iuuenū repetens Nearchū. s. puerū insignē. i. eleganti. forma preditū, appositorie grande certamen, sicut in Buc. Maro. Et certamen erat Corydō cū thyrside magnū. aut grāde certamē erit an pda. s. Nearchus per te ablatus, cedat maior. idest potior & pro maiore tempore: tibi. an illi. s. mulieri quam leænā dixit. Interim. i. interea loci dum tu promis celeris sagittas, & hæc, s. leæna. hoc est acris mulier: acuit dentes, ipse puer arbiter, idest qui ex arbitrio victoriā attribuit vtri vult: fertur posuisse palmā, idest victoriā, sub pede nudo, i. inermi & nullo preterꝗ arbitrio munito, aut in solo pede, quo vtro velit accedat. & fertur recreare vento, idest stare ociosus ad spectaculū recreās vēto humerū sparsū, idest cōspersū capillis odoratis, i. vnguēto delibutis, qualis fuit aut Nireus rex Naxi indulgētissim⁹, aut rapt⁹. s. Ganymedes: ab Ida: scilicet sylua phrygiæ. aquosa, idest vñ duo defluunt fluuij Scamander & Simois.

POR. Quo me. Hac Ode iuocat liberũ patrẽ pẽtẽs ab eo vt se in secreta aliqua nemorũ suorũ ducat, vbi numine eius mẽtẽ ĩstictus cæsaris Augusti laudes canat, Per quæ videtur allegoricos significare nõ sufficere spiritum suum laudibus Augusti sine liberi numine.

Quo me. Significat se bacchico furore correptum ad Cæsaris æternũ decus cõmemorãdum incitari, dicitq; hoc ordie. O Bacche quo rapis me plenũ tui. i. a te hoc ẽ numie tuo possessum: in quæ sup. nemora aut in quos specus agor: i. impellor: mente noua. mihi insolita, & a deo data, quibus antris audiar

meditans scilicet canendo: inserere stellis: & concilio Iouis idest coetui deorum. æternum decus cęsaris: scilicet Augusti: egregij. idest incōparabilis principis: aut Cęsaris Iulij, cuius sidus stellis insertum aiūt: vnde est. Ecce dionæi processit Cesaris astrū quod Augusto apparuit cum Iulio ludos funebres ageret Ego dicam insigne, idest ornamentum Cæsaris: adhuc recens, id est nouum, & indictum prius, idest nondum dictum: alio ore scilicet q̄ iam meo: qui sacro furore coreptus sum: vnde addit. Euhias idest baccha euhyum inclamans exomnis idest peruigil: stupet non secus idest non aliter in iugis scilicet montium Thracię prospiciens idest porro aspiciens, hebrumfluuium illum thracię & thracen idest thraciam candidam niue idest niuosam: & rhodopen montem Thraciæ, lustratam idest circundatam aut purgatam: pede barbaro idest barbararum baccharum ipsam prementium pede. non secus dicit, vt idest quamlibet mihi deuio. idest vaganti more bacchantium: mirari & ripas & nemus vacuū idest vberem laudum Augusti materiam ab alijs indictū. O lenęę idest bacche (id quasi furens dicit: vt non suo: sed numinis instinctu loqutus putetur) potens naiadum idest musarum quæ nymphæ quoq; sunt & in Bacchi comitatu: & potēs bacchatum valentium vertere manibus fraxinos proceras. id enim bacchentibus videtur per furorem. ego nil loquor paruum: aut humili modo. Egp nil mortale loquor. o lenęe dulce periculum est cingentem tempora viridi pampino idest fronde vitis virētis, sequi deum scilicet te aut sequi te deum cingentem tempora scilicet capitum eorum qui te sequuntur, pampino viridi.

nam & ipse musicus deus est. Quibus ātris egr. Cęsaris &c. Quib9. graui sono ꝓnūciādum. est. n. subiunctiua particula; quia prepo suit: quos agor in specus, subiunxit. Quibus antris egregij Cæsaris audiat. i. quo & επεξηγήσιο figura denotanda. quia prædictum specus antra sunt. Aeternum meditās consecrationem dicit. Dicam in. r. ad. indictū ore alio. Per hæc primum se lyrica tangere sign at. Hebrū prospiciens. Hebreus ē Thraciæ fluuius. Rhodopen. mons Thraciæ. Vt mihi deuio. deuium est a viar emotum. ac ꝑ hoc in syluis ac solitudinibus agentem ostēdit. diximus autem hæc allegoricos dici, qm̄ per ea intelligi vult se inusitatū romanis carmen tractare. O naiadum baccharumq; valentium potens manibus vertere fraxinos. Vult intelligi tantas vires cultricibus liberi patris instinctu numinis eius esse, vt etiam proceras arbores radicitus possint vertere. Nil mortale loquar, Subaudiendum si me in tuum specus ac secreta nemorum duxeris Cingentem. v. t. vtrum sibi tantum ea cingentem, an quoscumque numine suo complere dignatur?

Argumentum Odes. XXV.

¶ Ostendit Horatius se Bacchi numine plenū ab illo in nemora & specus rapi. ibiq; Augu. cesaris numen & laudes stellis inserere velle: & iouis cōcilio scribit. Quo me Bacche rapis. Ode est similis superiori. Noua mē te nouo spiritu, Bacchico scilicet. Quibus antris. ordo est. Quibus in antris meditans audiar inserere stellis & Iouis concilio æternum decus egregij cæsaris. Aeternum decus. Augustum inter deos relatū iri ostēdit. Concilio iouis. vt intersit ibi cum alijs dijs. Insigne idest ornamentū. retulit enim ad illud. eternum decus stellis inserere. Indictū ore alio. hoc ideo. quia recēs erat insigne illud. Exomnis. vigilans. Euhyas idest baccha, Est em̄ patronymicum fœmininum. nam Euhyus Bacchus est: ab voce bacchantiū. Hebrum. fluuius est hebr9 sub Rhodope Thraciæ monte niuoso. vt scribit Plin. lib. iiij. Ibi autem orpheus sonare cantareq; solitus erat. & ibi sacra liberi patris Orpheo primum initiante celebrantur. vt scribit Mela. est autē mons sublimis post Aenū, vt Strabo ait lib. vij. Ptolemeus. lib. iij. ait Rhodopen montē esse supra Nesū fluuiū atq; Hebrū. Ripas fluminū. s. ad voluptatē. Vacuū nem9. Augusti decus ab alijs indictū intelligit Naiadū. i. musarū: quę & nymphæ dicūt. Virg. in bu. Nymphæ nr̄ amor libethrides. quō aūt Bacchus musis oblectaret supra iā patuit. Valentiū vertere. tuo videlicet numine agente. Proceras fraxinos: longas arbores. Bacchū eīm in bella mulieres sequebant a quibus bacchātibus ip se Bacchus dictus est auctor. diodo. lib. iiij. Nil mortale. dixerat em̄ se dictū æternū decus cęsaris. Humili mō idest lyricis versibus: qui humiles sūt: diuina quoq; loquar. dulce periculū. dulcis labor. Leneæ. a torculari quo vinū exprimitur: Bacchum dici volunt: vt ait. diodo. li. iiij.

ANTO

Euhyas. Hebreus Rhodope.

XXVI. Ode Trico: Terrastroph. Ad Venerē

Vixi puellis nuper idoneus:
Et militaui non sine gloria
Nunc arma defunctumq; bello
Barbiton hic paries habebit
Lęuum marinę qui Veneris latus
Custodit. hic ponite lucida
Funalia: & vectes: & arcus
Oppositis foribus minaces.
O quę beatam diua tenes Cyprum, &
Memphim carentem Sithonia niue
Regina sublimi flagello
Tange Chloen semel arrogantem.

¶ Vixi puellis. dicit se amatoria veneri consecrare. vt nō amplius amaturum. verum vt amantium inconstantiam agnoscas rogat vt Chloen flagello amoris tangat dicens. Ego vixi nuꝑ scilicet in iuuenta: idoneus puellis: & militaui scilicet in castris veneris. nō sine gloria. nūc hic paries qui custodit leuum idest sinistrum latus: veneris marinæ idest e mari ortæ: habebit arma scilicet barbiton idest plectrum: defunctum bello id est quod perfecit partes suas in bello amorum. Ponite o pueri, hic hic scilicet ad parietem veneris, funalia lucida: quibus noctu ambulant amatores: & vectes, ferreos fultes: & arcus minaces foribus scilicet puellarum oppositis: quia eas infringere minantur O diua scilicet venus quæ tenes cyprum beatam idest diuitem & memphim idest egyptum carentem niue sithonia idest qualis est in thracia: hoc eit nunquā frigidam, tange o regina semel chloen arrogantem idest superbam propter formam & om̄ia sibi attribuentem, flagellō sublimi idest acri vi amorum.

Vixi puellis nuꝑ idoneus. Hac Ode videri vult iam renūciare carminibus & lyrā cōsecrare, & amare desinere Idoneus: voluptati sufficiens. Et militaui. allehoricos militiā nūc amorē vocat. Nō sine gloria. nō sine opiniōe boni amatoris. Arma. lyrā dixit. Marinæ. mari ortæ, vt Fas oē est cytherea meis te fidere regnis: Vn̄ genus ducis Atq; ideo aphrodite est dicta απο του αφρου. i. a spuma. & est ordoq; paries marinę Veneris leuum latus custodit. ac per hoc in sinistra parte templi pēdebit, Funalia scilicet quibus luminaria suspēdi cōsueuerāt. Et vectes. hæc instumenta amoris vult intelligi: quibus fastus etiā per vim contenentiū superant. O quæ beatā. d. t. c. in cypro. n. insula venus specialiter colitur, similiter & apud Mēphim. i. ægyptū: quā iō carere niue dixit qa calida regio est. Sithonia niue. a ꝓuincia nomen niuibus dedit: vt Sithoniasq; niues hyemis subeamus aquosę. Sublimi flagello in altum sublato ictu. quod fit: dum quis vehemētius vult ferire, & ideo Chloen: qa arrogans est, & supba amantibus percuti dicit debere vel vna amoris plaga venerei.

¶ Vixi puellis. Hac Ode videtur iam renūciare carminib9: & lyrā cōsecrare: & amare desinere. Et militaui. allegoricos militiā nunc amorem vocat. defunctumque. perseuerat in allegoria. defunctum bello barbiton. aliquādo signans amores suos se barbito cecinisse, quod est organi genus. Leuum marinæ. consecratū Veneri barbiton suspendere in templo eius dicit in parte sinistra. Hię

ACR.

POR.

ponite hæc instrumenta amoris intellligi vult, Memphin Memphis in ægypto ciuitas est. quam merito care re niue dicit: quia in Aegypto nunq̃ est nix, ideo calidior est. Sithonij autem thraces sunt vbi multa nix vnde κατ᾽ ἐξοχὴν Sithoniam niuem dixit. Sublimi, idest in altum subleuato. Hoc enim fit cum quis vehemẽtius vult percutere. viuas vbicunq; mauis. Læuus idest mali ominis. Vaga cornix, de cornice Virg. li. i. Geor. ait. Tũ Cornix plena pluuiam vocat improba voce, Et sola in sicca secum spatiatur arena, Et caput obiectant queru lum venientibus vndis. Sed vides quanto imminente tempestate Galateam reuocare a cõstituto itinere Horatius nititur. Trepidet. properet. Pronus Orion. in occasum vergens. de quo late superius. Ater sinus Hadriæ. Hadriaticum mare obscurum tempestatem portendere indicat. Albus iap. is ventus est ex Apuliꝫ ora proficiscens. de quo latius Ode. iij. li. i. Albus. idest serenus: q̃uis. n. sereno rempore perflet, attamen solet hyemen portendere. vel albus propter albas nubes. Hostium vxores. hostibus imprecatur ventorum hyemem atq; ęquoris. Verbere. fluctuum scilicet Sic & Europe. quemadmodum inquit tu Galatea albo Iapygi fidis: ita Europe credidit albo tauro: & decepta q̃ plurima passa est. Europe. scribit Herodo. in principio, Curetes Tyrum apulsos filiam regis rapuisse Europam. Diodo. autem lib. vi. scribit in Creta Minoa & Rhadamãthum ex Ioue natos ac Europa Agenoris: quam tauro deorum prouidentia aduectam in Cretam tradunt. Eusebius docet Europam a Crescentibus raptam fuisse naui: cuius fuit insigne taurus. Niueum doloso credidit tauro doloso latus niueum. scilicet esse de quo Oui. li. ij. met. sic ait. Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis: Paulatimq; metu dempto modo pectora prebet Virginea palpanda manu, modo cornua sertis Impedienda nouis: ausa est quoq; regia virgo Nescia quem premeret tergo cõsidere tauri. Scatentem. feruẽtem Pontum. Ouid. etiam ait. Medijq; per ęquora Ponti Fert predam: pauet hæc: littusq; ablata relictum Respicit: & dextra cornu tenet: altera dorso Imposita est &c. Ponti autem mensuram a Bosphoro ad Meoticum lacum quidam fecere certo numero passuũ. vt scribit Pli. li. vi. Audax, ausa. n. fuerat tauro inherere. Medias frau. quas in medio fere mari cognouit. vel potius Cyaneas intelligit insulas in Ponto, seu magis scopulos cõtra Thracium Bosphorum: de quibus Mela scribit. a nonnullis tamen auctoribus Symplegades hoc est concurrentes etiam nominantur. Dicunt, n. olim fuisse instabiles. vnde Oui. li. xv. met. ait. Timuit concursibus Argo Vndarum sparsas Symplegades elisarum. Quæ nunc immotę persistant: ventisq; resistunt. Sublustri. parum lucida

Cornix. — Europe rapa. — Pontime sura.

Quę simul centum tetigit potentem
Oppidis Creten, pater o relictum
Filię nomen pietasq; dixit
Victa furore.
Vnde? quo veni? leuis vna mors est
Virginum culpę. vigilans ne ploro
Turpe commissum? an vitijs carentem
Ludit imago
Vana, quę porta fugiens Eburna
Somnium ducit? melius ne fluctus
Ire per longos fuit, an recentis
Carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc iuuencum
Dedat iratę, lacerare ferro, &
Frangere enitar modo multum amati
Cornua tauri.
Imdupens liqui patrios penates:
Impudens orcum moror, o deorum
Si quis hæc audis, vtinam inter errem
Nuda leones:
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas, tenerę q; succus
Defluat prędæ: speciosa quæro
Pascere Tygres.
Vilis Europe pater vrget absens
Quid mori cessas? potes hac ab orno
Pendulum zona bene te secuta
Lędere collum.
Siue te rupes & acuta leto
Saxa delectant/age te procellę
Crede veloci/nisi herile mauis
Carpere pensum
Regius sanguis: dominęq; tradi
Barbare pellex aderat querenti
Perfidum ridens Venus, & remisso

ACR. ¶ Quæ simul centum. Ordo est. quæ simul attigit Cretem potentem centum oppidis, victa furore dixit: o pater & pietas relictum nomen filię. Pater o relictũ. Europe gemiscentis verba: o patris pietas, reliquisti nomẽ filię. Leuis vna mors est virginũ culpæ quã to minus virgo peccare debet: eo peccãs digna maiore supplicio est. Leuior siquidem mors est vitæ quam pudoris. vt Virg. Ferro q; auerte dolorem. Vigilans ne p. sic incredibile dicit factum: vt sibi somno simile videat Ludit ima. imago pro somno dicitur: vt Si nunq̃ fallat imago. & est sensus: an sine vitio sum: & hoc potius somnio? Vana. p quã somnia vana emittuntur. vt Altera cadenti perfecta nitens Elephanto. Sed falsa ad celũ mittunt insomnia manes. Infamen iuuencũ. aut famosum: aut certe sibi infamen. dedat irate lacerare ferro. vt Non potui abreptum diuellere corpus & vndis Spargere. vt indignationem simul sexus indignatione mõstraret. Modo, paulo ante. vt Quẽ modo nauali Mnestheus certamine victor Consequitur. Impudens. turpiter. nomẽ pro aduerbio. Eadem inquit impudẽtia viuo q̃ patriã reliqui. O interiectio est. Turpis macies quę turpes facit. ante deteriorationem formæ optat perire. Succus. viriditas: pulchritudo corporis signatur: vt Corpus solidum: & succi plenum. Pater vrget absens. Insequitur vt mori debeat etiam absentis timore. Zona bene te secuta. Tanq̃ que adiutura sit mortis neglectæ consilium. ideo bene secuta. Age te procellę. c. v. vento & mari. tanq̃ que magis debeat se tempestatibus tradere peritura aut preceps per abrupta dimitti: q̃ dñe imperiũ seruiendo perferre. Pellex. concubina. vt exaggeret feritatem barbaricam: addit pellex. i. que sic me insequetur: vt pellex sim: timens meæ pulchritudini. Perfidum. dolosum. Epitheton Veneris, ridens Venus: & ad presẽs est magis conueniens. eo q̃ ridet eã imagine iuuenci deceptam: & q; Veneri irasceretur: veluti vere pecudis illusa concubitu. Et remisso filius arcu. merito remisso arcu Cupidinem: tanq̃ qui Europæ iam debellasset pudorem. Mox vbi lusit. eo q; Europę iam debellasset pudorem. Abstineto. cessa ab ira & calliditate. Calidæ rixæ. de calore animi veniẽ-

Filius arcu.
Mox vbi lusit satis, abstineto
Dixit irarum calideq́ rixe,
Cum tibi inuisus laceranda reddet
Cornua taurus
Vxor inuicti Iouis esse nescis,
Mitte singultus: bene ferre magnam
Disce fortunam: tua sectus orbis
Nomina ducet.

¶Quæ simul. Prosequitur fabulam aut historiam Europes ad terrorem Galateę dicens. Quę scili. Europe, simul idest statim vt tetigit Cretem idest Cretam insulam in mari Aegeo: patriam Iouis: potentem centum oppidis: dixit, o pater scilicet. Agenor o nomen relictum filiæ idest a filia: quia non metuit te amplius appellare pater: aut relictum scilicet solum filię: cum in te nihil iuris preter nomen habeat patris: nā & meruit vt re ipsa pater sis & o pietas scilicet quam patri debuerat, nec sine eius consensu discedere victa furore idest temeritate ascēdendi taurum: vnde scilicet veni q.d. a patria qua nihil dulcius: quo ve veni? quia in terrā ignotam. vna mors est leuis idest nimis facilis: culpe virginum que raptores libenter sequunt. Ne. i. an ego vigilans ploro turpe commissū: an imago vana idest phantasma in somnis apparens ludit idest illudit me carentem vitiis sic em̄ fuit a sensu alienata: vt nesciret an reuera auecta esset: an somnians sibi auecta videretur. que. scilicet imago vana, fugiens scilicet ab inferis porta eburna. i. ex ebore: qua falsa ad cælum mittūt insomnia manes: ducit scilicet secū: somnū. i. insomniū. Melius ne fuit. q.d. nequaq̄: quod sero agnoscit: ire per longos fluct⁹: an carpere flores recētis. i. recēs ortos? Si quis dedat idest in potestatē redigat mihi irate, nūc iuuencū infamē scilicet qui prius tantū placuerat: ego nitar lacerare & frangere ferro cornua tauri amati m. hi mō. i. paulo ante: multū. i. vehemēter Ego impudēs. s. sine pudore, liqui penates patrios: & impudēs moror idest differo adire: aut detineo ne me rapiat: orcū. i. Plutona aut inferos. o si quis deorū audis hæc idest lamētationes meas. vtinam ego nuda inter errem: aut errem inter leones anteq̄ macies turpis: quā ex mœrore contractura erat: occupet. i. inuadat, malas. i. maxillas, decētes scilicet roseo colore, & anteq̄ succus. i. radicalis & naturalis humor. defluat. i. dispereat: predę teneræ de se loquit. ego quero speciosa. i. tātisper dū adhuc speciosa sū: pascere tygres. i. ferocissimas bæluas. O Europe. ad se loquit: vilis. i. cōtemptibilis, pater. i. offensio paterna, absēs idest patris absentis: vrget. i. impellit te ad mortē. quod cessas morie tu potes lędere. i. strangulare collum pendulū. i. suspēsū ab hac orno. i. arbore vicina: zona: i. cingulo: secuta. i. quod portasti tecum: bn̄. i. cōmode. Siue rupes & saxa acuta delectant te leto. i. genere mortis, hoc est siue malis precipitio extingui: age credete procellæ: que te in scopulos impellat: nisi mauis carpere pensum idest nere: aut carminare: seu pectere lanam: herile. i. dn̄e quam hic sortitura es & mauis sanguis regius idest cum sis filia regis tradi pellex: & ita odiosa quia concubina mariti: dn̄æ barbarę: quia non grecæ: aut immitis. Venus ridens: quod illi proprium est: & filius sup. Veneris scilicet cupido: arcu quo pri⁹ in Iouis cor iaculum amoris immiserat, remissio idest laxo & non tenso aderat querenti scilicet Europe: perfidū idest dolosum Iouem: a quo rapta & derelicta videbatur. Mox. i. paulopost, vbi lusit idest illusit: & ludibrio habuit satis permittens eam sine eam se exanimare: dixit o Europe sup. abstineto, sup. a motu aut perturbatione: irarum: & rixæ calidæ idest festinātis ad vindictam. cum idest quandoquidem: taurus inuiso tibi reddet tibi mox cornua laceranda idest mox aderit & ni fallor ad virgam virilem alludit. Tu nescis (rem aperuit) esse vxor Iouis inuicti. mitte idest omitte singultus, & disce bene ferre magnam fortunam: orbis sectus idest in tris partes diuisus ducet tua nomina idest vocabitur a te Europa. vnde est. Nomen donat ei quod habet pars tertia mundi.

tis vel furoris commotione idest postea quā passa est diu illam casus suos cōqueri: velut facti auctoris ignaram. Cū t. i. ironice dictū: quia minata fuerat se cornua tauri fractura: idest non laceres eum cum se tibi rursus obtulerit. Sectus. diuisus: eo q̄ vna pars orbis Europæ nomen accepit: altera Asia dicta ē. vt Europa atq̄ Asia pulsus. Nomina ducet. idest ex tuo nomine dicetur.

¶Pater o reli. fi. nomen. Europę ingemiscē tis verba sunt. Et filiæ relictum: pro a filia relictum. Victa furore. nunc errore mentis, vel amore. Leuis. v. m. ē. v. c. quanto minus peccare virgo debet: eo in peccatis digna maiori supplicio est. Vi. n. p. bene tamen incredibile factum est: vt videat hoc etiam simile somno. Ludit idest pro somno. Quę. p. f. e. Virgilianum. Altera cadenti perfecta nitēs Elephanto. Sed falsa ad celum mittunt insōnia manes. Impudens. l. p. p. Impudens Orcum moror o deorum. Eadem impudentia. viuo qua patriam reliqui. Speciosa quero pascere Tygres. γυναικείως sollicita est ne desinat esse speciosa, quæ desiderat q̄ primum perire dum pulchritudo sua secum sit. Vilis Europe pater vrget absens. Dubium nō est inquit quin me pater absentem vilem æstimet & appellet: credens me amantem prosecutam, & ideo moriēdum est: vt prior unum horum obliuiscar. Potes hac ab orno pendulum zona bene te secuta. quæ adiutura sit mortis consilium. Aderat querenti perfidum ridens Venus. & si perpetuum ante positū nunc epitheton conuenientius ad præsētia pertinet. Ridet enim & q̄ eam imago iuuēci deceperit: & q̄ illa irascatur quasi vere a pecore decepta sit. Mox vbi lusit satis. Post q̄ diu passa est illam ignaram felicitatis de casu suo conqueri. Laceranda reddet cornua taurus. Ne laceres eum inquit: cū se tibi rursus obtulerit. Vxor inuicti Iouis esse nescis ambiguum vtrum hoc dicat: nescis te coniugem Iouis esse: an vero nescis te gerere coniugem Iouis. Vt si dicas, nescis esse consul. Tua. s. o. n. d. Sectus. i. diuisus: quia ab huius nomine pars orbis Europa appellata est.

¶Creten. de hac etiam Maro ait Centum digesta per verba. Pater o relictum. gementis Europe verba sunt. Est autem ordo. O pater: apposito nomen relictum filiæ, pro a filia. Pietas. Tullius pro Platio inquit. Quid pietas nisi voluntas grata in parentes? Vnde quo ve. ordo est. vn̄ veni: quo veni: vel vnde, idest a qua pietate paterna: quo veni: Leuis vna mors est virginum culpæ. sensus est q̄ vnica mors culpæ, id est crimini & peccato virginum leuis est: meretur em̄ virgo peccans plures mortes. is proprius & verus sensus huius loci est: & esse debet, non alius Vigilans ne plo. dubitat an vere scelus commiserit: vt relicto patre secuta fuerit taurū. Vitiis carentem idest me que vitio caream, nec verum sit quod mihi forte videtur: vt rapta fuerim. Imago. somnus ipse. Porta Eburna. Virg. in fine li. vi. ęne. ait. Sunt geminę somni portę: quarum altera fertur Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris: Altera cadenti perfecta nitens Elephanto Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes. Macrob. li. i. de som. super hoc loco ita scri. Si quis forte querere velit cur porta ex ebore falsis, & e

POR.

ANTO

Pietas.

Porta. Eburnea

cornu veris sit deputata: instruetur auctore Porphyrio: qui in commentariis suis hæc in eundem locum dicit ab Homero sub eadem diuisione descripta. Latet inquit omne verum: hoc tamen anima cum ab officiis corporis somno eius paululum libera est, interdum aspicit: nonnunq̄ tendit aciē: nec tamē puenit: & cū aspicit tn̄ nō libero & directo lūine videt: sed interiecto velamine: qd̄ nex⁹ naturæ caligātis obducit Et hoc

in natura esse idem Virg. asserit dicens. Aspice namque omnem que nunc obducta tuenti Mortales hebetat visus tibi & humida circum Caligat nubem eripiam. Hoc velamen quum in quiete ad verum usque aciem intr ospicientis admittit: de cornu creditur. Cuius ista natura est: ut tenuatum visui peruium sit. Quum autem ab vero hebetat ac repellit obtutum: Ebur putatur. cuius corpus ita natura densatũ est: ut ad quamuis extremitatem tenuitatis crassum nullo visu ad ulteriora tendente penetretur. Somnium id proprie vocatur quod tegit figuris & velat ambagibus, non nisi interpretatione intelligendam significationem rei quae demonstratur. Auctor idem Macrob. Impudens orcum moror. sensus, uti sine pudore patriam reliqui, ita sine pudore viuo. Orcum moror idest Plutonem & mortem in mora detineo. Non tamẽ abire Orcum moror ait. Est enim allusio quedã ad illud Euripidis. nam ut Macro. lib. v. Sat. scribit, in Alcesti Euripidis fabula in scena Orcus inducitur gladium gestans: quo crinẽ abscidit Alcestidi: quem secutus Virg. fabulam abscindendi crinis induxit lib. iiij. aene. de morte Elisae. de Orco tamen latius superius dictum est. Vilis europe. seipsã per Anastrophen alloquitur: dicens. O vilis Europe pater absens urget te mori. quid cessas: vel pater absens urget idest insequitur: ac si fueris amatorem secuta: quid mori cessas: Filius. Cupido. Remisso arcu. Iam eñ percusserat Iouis pectora ad Europe rapinam. Sectus orbis. terra enim trifariam partita est, in Europẽ: Africam Asiam.

Somniũ.

ACR.

FEsto quid potius die Neptuni faciam quid magis faciendum est festo Neptunalium die: quam ut cecubũ depromatur: amicã suã alloquitur. Lyde strenua idest cita. Caecubum vinum dictum volunt: eo quod caecet & confundat ingeniũ. Munitęque adhibe vi. quam nulli casui subiecta est. Bñ aũt ait vim sapientie per vinum adhiberi. Inclinare. m. s. hoc est sentis inclinare diẽ in occasum: qui maior fieri deberet & augeri laetitia. Ac veluti stet. hortatur ad celeritatẽ promendi: dum dicit breuitatem impatientẽ morarum. Parcis. cessas. quasi stet: cum celeriter abeat. Bibuli. proprium nomen idest Bibuli consulatu reconditum. Virides. herbis similes aque fucatione. Recines. iterum cãtabis idest alternatim cantabimus. Latonã. dianã propter quod trinominis dicitur. ipsa. n. lũa ipsa. diana: & Proserpina dicitur. ideo modo lunã pro diana posuit. Spicula Cyn. stimulos Veneris dicit amatoris. Sũmo. c. aut maximo, aut in consummatione carminis idest in fine Veneris cantabimus laudes. Cycladas nomina insularum quas Venus vecta circuit cygnis. Naenia carmine mortuorum Nenia merita cõuenieñti carmine nã quia tenebrosa nox est: merito lugdubri carmine dicitur. Naenia. n. carmen est quod mortuis cãtabatur in honorẽ inferorũ. Sed quia noctẽ predicaturus erat: propter tenebras & sõnũ quod morti proxima credũt iõ dixit Naenia noctis.

Porphirion.

¶ Festo quid potius die. Neptunaliorũ diẽ esse signans ait. que res est quam potius debeam facere quam vinum promere Neptunalibus: Munitaeque adhibe vim sapientiae. Munita sapientia bene dicitur: quia nulli scilicet fortunae subiecta est. Graeci autem aiũt vim sapientie adhiberi per vinum. Inclinare me. sen. in occasum scilicet diem inclinare. Cessãtem Bibuli consulis amphoram idest in horreo cessantem: & quasi residentem. Bibuli consulis autem, eo anno quo Bibulus cõsulatum gessit natũ. Sũmo carmine: que Gnidon fulgentisque tenet Cycladas. idest in consummatione carminis Venerem cantabim9 Iunctis visit holoribus. id est cygnis iunctis vecta reuisit Gnidon, Cycladas, Paphum. dicetur merita nox quoque Naenia. Nenia est carmen quod in mortuos cantatur. Sed bene nocti hoc carmen accommodat propter tenebras & somnũ quae morti sunt proxima.

ANTO Argumẽtũ Odes. xxviii.

¶ Lyden hortatur: ut in Neptunalibus optimum vinum exhibeat: cantetque secum vicissim Neptuni nereidumque laudes: Latone etiam ac Cynthiae, demum Veneris. Festo quid. Ode est similis tertiae. Strenua. fortis: vigilans. Cecubum. optimum vinũ. de quo latius supra. Munitae. sapientia enim per seipsam fortissima est. Adhibe vim. adde vim.

XXVIII. Ode Dicolos Distroph. Ad Lydẽ.

FEsto quid potius die
Neptuni faciam? prome reconditum
Lyde strenua Caecubum:
Munitęque adhibe vim sapientię
Inclinare meridiem
Sentis, ac veluti stet volucris dies
Parcis diripere horreo
Cessantem Bibuli consulis amphoram.
Nos cantabimus inuicem
Neptunum & virides Nereidum comas
Tu curua recines lyra
Latonam: & celeris spicula Cynthię: &
Summo carmine, quę Gnidon,
Fulgentesque tenet Cycladas, & Paphum
Iunctis visit holoribus
Dicetur merita nox quoque Nęnia.

¶ Festo. Argumen. narrat Mancinellus. Ordo est. Quid faciã potius festo idest solenni die Neptuni: quam sup. letum cõuiuium agam: q. d. nihil. & ideo o Lyde prome strenua idest diligens: Cecubum sup. vinum reconditum idest iterum atque iterum occultum: & adhibe sapientiae munitae scilicet per sobrietatẽ. vim idest violentiam idest pelle sapientiam vino: aut ut Mãcinell9 sentit, adauge vires eius: quia vinum temperate sumptũ acuit ingenium. sed non quadrat loco: non enim vult temperate sumere: sed usque ad ebrietatem. Tu sentis meridem inclinare scilicet ad occasum: ac parcis idest cessas diripere horreo idest cella vinaria: in quam vinum ut frumentum in horreum congeritur: veluti idest perinde atque dies volucris idest cito volubilis & transiens: stet idest persistat: cessas dico diripere amphoram idest magnum vas vinarium: cessantem idest nihil agentem & ociosam in horreo Bibuli consulis: aut amphoram Bibuli consulis idest signatam anno consulatus eius: cessantem idest ociosã. Nos cãtabim9: inuicẽ. i. vicissim: Neptunũ & comas Nereidũ. i. nympharũ maris, virides. s. utaquae sunt, tu recines idest que dicam repetes: lyra curua Latonam: matrem Apollinis & Dianae & spicula Cynthię. i. Dianae a Cyntho mõte. deli ubi nata dicitur, celeris: quia venatrix est: & summo idest supremo carmine: dicetur sup. ea videlicet Venus, que visit Gnidon oppidum: ubi pulcherrima Veneris statua a Praxitele exculpta: & Cycladas scilicet insulas circa quas vecta in Concha ad Cyprum. & Paphum: ubi peculiariter colitur, ad Cyprũ, holoribus idest signis: iunctis scilicet ad trahendum currum Veneris. Et nox quoque idest etiam dicetur idest laudabitur naenia idest cantilena nenię simili, merita idest quam meruerit quod nos pernoctantes seruarit. Argutae sunt rationes ordinis. Nam primo bibendo expellitur sapientia: mox canitur a potis solutis curis carmen diei festo congruum. deinde carmen venatorium Dianae: mox lasciuum Veneri: at ubi vox & ratio vino sepultae sunt cantilena exit in naeniam idest in hululatum: & plangenti similem screatum: non quod tristes sint: sed quod ebrij. Nequae Naenia semp tristiũ est: sed imperite cauetiũ ut puerorũ vetularum: & ebriorum. vide adnotationem. xlij. Bonfinis.

Vino enim vires augentur. Inclinare meridiem sentis. ostendit maiorem diei partem preteritam: & diē ipsum tendere in occasum: inde opus vt citius conuiuia parentur. Horreo pro vinaria cella posuit. Cessantem: desidem & in secessu manentem. Virides. cęrulei omnes finguntur aquarum dīj. Tu curua recines. declarat illud inuicem. Summo carmine. vel maximo: vel nouissimo. Que Gnidon. Venerem intelligit. de Gnido autem superius videto. de Cycladibus etiam & Papho. Fulgentes. propter spumas id accidit. Iunctis Holoribus. i. cygnis. dicunt. n. Veneris magnæ currum a cygnis trahi, aut quia per albedinem significant lautitiam muliebrem aut potius quia dulcissime canant: vt demonstretur amantium animos cantu trahi. De curru vero Veneris Apuleius lib. vi. dē Asino aureo sic ait. At Venus cælum petit: iubet construi currum: quem ei Vulcanus subtili fabrica studiose poliuerat: & ante thalami rudimentum nuptiale, munus obtulerat, lunæ tenuātis detrimento conspicuum: & ipsius auri damno preciosum. De multis quæ circa cubiculum dominę stabulant procedunt quatuor candide columbæ, & hilaris incessibus picta colla torquentes iugum gemmeum subeunt: susceptaq; domina lęte subuolant: currum deę prosequentes gannitu constrepenti lasciuiunt passeres & cæterę quę dulce cantitant aues, melleis modulis suaue resonantes aduentum deæ prænunciant. cedunt nubes: & cælum filiæ panditur, & summus æther cum gaudio suscipit deam: nec obuias aquilas vel accipitres rapaces pertimescit magnæ Veneris canora familia. hæc ille. Merita nænia. lugubri carmine & nocti cōuenienti: sicut & mortuis: in nocte. n. tenebræ sunt & somnus: que morti sunt simillimi. Nænia aūt ꝓprie est cātus lugubris: & laus in funere honoratorū virorū: vt scribit Cicero. Latius tamen superius videto.

Holores — Currus Veneris — Nęnia.

XXIX. Ode Tricolos Tetrastrophos.
Ad Mecœnatem: quem inuitat

TYrrhena regum progenies tibi
Non ante verso lene merum cado
Cum flore Mecœnas rosarum, &
Pressa tuis Balanus capillis
Iandudum apud me est. eripe te morę.
Non semper vdum Tybur & Aesulæ
Decliue contempleris aruum, &
Telegoni iuga parricidę.

❡Tyrrhena. Mecœnatem inuitans ait. O Mecœnas progenies Tyrrhena regum idest regum Tyrrhenorum: hoc est Hetruscorum: vt in prima Ode primi libri visum est: merum lene idest vinum mite: cado non ante verso idest vnde nihil exhaustum est: est tibi iādudum apud me cū flore rosarum, & etiam Balanus glans vnguentaria scilicet Myrobalani: pressa tuis capillis idest ad inungendos capillos tuos in vnguentum pressa adest eripe temore idest festina: quia omnia parata sunt. Non cōtempleris scilicet merito semper videlicet ex domo sua quā in loco sublimi habuit Mecœnas Romæ: Tybur vdum idest riguum: & aruum decliue Aesulæ oppidi in latio quodam nō longe a Roma in rupe positi: & iuga Telegoni parricide idest Tusculum a Telegono Vlyssis & Circes filio, qui patre per ignorantiam: vt aiunt, spina venenati piscis occiso in Italiā e r-dīt: & Tusculum condidit.

ACR. TYrrhena. Tusca. & Tyberis Tyrrhenus dictus est: vt, Tyrrhenoq; boues in flumine lauit Iberas. Simile est autē principium primę Odes. Mecœnas atauis, inuitat autem illum ad epulas cui destinatam vini amphoram & illibatam: iā apud se esse promittit. Ordo est. Mecœnas Tyrrhena progenies regum iandudum apud me est tibi lene merum non ante versū cado cū flore rosarum: & Balanus pressa tuis capillis. Pressa. infusa: tanq̄ iam capiti impressa. Balanus autem hærba vnguentaria est qua componuntur vnguenta: & ideo significat vnguentum. Iamdudum. ac si diceret. hęc oīa in tuo honore iandiu seruantur apud me. Vdum. Ty. propter copiā aquarū. Et Aesu nomen vrbis alterius in latere montis constitutæ. decliue cōtempleris. Turrim in hortis suis. Mecœnas construxisse dicebatur: vnde hæc omnia prospiceret. Telegoni iu. parri. Tusculum ciuitas est in iugo montis constituta. Hanc significat nomen conditoris. a Telegono. n. Circes filio fundata est: qui per ignorantiā patrē suum Vlyssem interemit.

POR. ❡Tyrrhena regum progenies. simile est illi hoc principium. Mecœnas atauis edite regibus. & cur eū sic appellet, ibi diximus. Inuitat autem nūc Mecœnatem ad epulas. cui destinatam vini amphoram & illibatam iā apud se esse dixit. Non semper vdū Tybur & Aesulæ. decliue contempleris aruum & Telegoni iuga parricidę. Tusculum signat: quod dicitur Telegonus Circes filius condidisse: qui per ignorantiam patrem suum Vlyssem occidit. — Telogonus.

Argumentum Odes. XXIX.

ANTO ❡Mecœnatē vt secū conuiuia ineat exhortatur. dicit. n. se iandudū optimū pro se merū seruasse: parasseque etiam & coronas & vnguenta sibi. Tyrrhena regum. Ode est similis nonæ. Est autem ordo. O Mecœnas Tyrrhena progenies regum iandudum apud me est tibi lene merum cado non ante verso. est Balanꝰ pressa tuis capillis cum rosarum flore. Tyrrhena regum. de Mecœnatis prosapia: latius Ode prima. Tibi. in tuam gratiam. Verso. effuso. Lene. mite ac suaue. Balanus βαλανος glans dicitur. Verum Acrō dicit esse hærbā vnguentariam: sed secus est. Nam vt Pli. scribit lib. xīj. ca. xxviīj. Myrobalanum arbor Troglodytis & Thebaidi & Arabiæ communis est: nascens vnguento: vt ipso nomine apparet: quo item indicatur & glandem esse arbori, fructus est magnitudine auellanæ nucis, vnde liquor exprimitur seu oleum: odoratum quidē: vnguentarīj tantum corticem premunt. Medici nucleos tundunt affusa eis paulatim calida aqua. id autem oleū. Balaninum dicitur. Vnde idem Pli. lib. xiīj. c. i. sic ait. Vnguentorum expeditissimum fuit. primumq; vt veri simile est, ex Brio & Balanino oleo. postea vero sic. Susinum tenuissimum oīm est Constat ex lilījs Balano calamo &c. & paulo inferius ita. Nardinum siue foliatū constat omphacio balanino iunco costo nardo amomo myrrha balsamo. Pressa. expressa pro tuis capillis. ex balano. n. liquor exprimitur odoratus seu oleū, vt diximus. Esulæ. Esulanos Latīj populos fuisse Pli. scribit lib. iīj. Telegoni iuga parricidę. Tusculū indicat quod in Romę conspectu situm erat in sommo montis: de quo latius Epodo prima. id autem vt etiam Porphyrio asserit: Telegonus condiderat filius quidem Circes & Vlyssis: qui per ignorantiam patrem occiderat.

Balanus. — Vnguenta.

Fastidiosam desere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis:
Omitte mirari beatę
Fumum & opes strepitumq; Romę.

ACR. ❡Fastidiosam d. c. quæ fastidium aliquādo ingerit. i. fluxū. vt ꝓprias diuitias aliquando fastidiat. Plerūq; gratę diuitibꝰ vices. vicissitudinē rerū dicit gratā solere esse diuitibus: quos interdū post diuitias & copias delectat familiarium mediocritas. Ordo est, Plerūq;

munde cœnæ gratę vices diuitibus ſine aulæis & oſtro ſuper paruo lare pauperũ explicuere ſollicitam frontem ideſt triſtem: & obductam rugis frontem lætitia extendere, hoc eſt explicauere. vt Plaut9, Exporge frõtem. Andromede pater. Cepheus Aethiopum rex Zetheus: qui inter ſidera collocatus dicitur proximus Orioni. Oſtendit ignẽ denunciat æſtatem, vt Findit canis æſtifer arua. Iam Procyon furit. Stella que ante caniculam oritur. Cum g. l. æſtu fatigato: vt, Nũc & pecudes vmbras & frigora captant Ripa v. t. v. que propter ſonitum ſit vento non mutata. vt Aſpice ventoſi ceciderunt murmuris auræ. Tu ciuitatem quis deceat ſtatus. Oſtendit autem Mecœnatem prefectum vrbis eo tẽpore fuiſſe. Et regnata Cyro. Cyrus rex Perſarum fuit. ideo genus ei9 commemorat. vt Vltima ſecum Bactra vehit. Tanaiſq; diſcors. Tanais flumẽ in Meotidem paludem fluens. Diſcors autem ideo dictum: quia diſcernit Europam & Aſiam: ſiue quia incolæ regionis illius feroces ſunt: & frequenti inter ſe diſcordia collidunt. Prudens futuri. prudenter dicit deum feciſſe ne ſciri futura, tanq̃ qui hominem vellet ꝓ breuitate vitæ vti preſentib9. Ordo eſt. Prudẽs premit deus exitum futuri temporis caliginoſa nocte: & ridet ſi mortalis trepidat vltra fas Componere æquus. iuſtus finire. vnde lites compoſitæ dicuntur finitę. vt Non noſtrum inter vos tãtas componere lites. Cætera fluminis ritu feruntur. dilabuntur. hoc eſt alia curſum ſuum habent. vt Si brachia forte remiſit: Atq; illum in preceps prono rapit alueus amni. Ordo eſt. cætera feruntur ritu fluminis nunc cum pace dilabẽtis in Hetruſcũ mare medio alueo nunc voluentis vna adeſos lapides: & raptas ſtirpes & pecus & domos. per allegoriã deſcribit varietates & viceſ vitæ humanæ: quæ dum quieta & leta eſt, ſubito aduerſis caſib9 inquietatur & perturbatur. Stirpes raptas. extirpatas. vt Rapidus montano flumine torrens Sternit agros diluuies noue tẽpeſtatẽ dixit cũ oẽs auctores hoc diluuiũ poſuiſſẽt. Irritat oẽs ĩcitat vt irritat vtrũq; telis. Ille potẽs ſui. id eſt, ille felix ẽ qui modũ vitæ ſuæ habet: ſiue q futura nõ curat. Cras vel atra. perſeuerat perſuadere preſentia tantum curãda: nec futuris animũ commodari. Occupato. pro occupabis. Non tamen irritum. hoc eſt non poſſe commodũ vitæ, quod iam præceptum fuerit, infringi. Quodcunq; retro eſt quod iam tranſijt ideſt præterita non poterunt immutari: q̃uis futura incerta ſint: & ideo deſine eſſe ſollicit9 de fururis. diffinget. confundet. immutabit, ſiue conuellet.

POR. ¶Molem propinquã nubibus arduis. Turrim dicit, quã Mecœnas dicitur in hortis ſuis extruxiſſe. Vnde hæc omnia proſpectabat. Sollicitam explicuere frontem ideſt triſtem exhilarauere. Iam clarus occultum Andromęde pater. Cepheus: qui ſcilicet inter ſidera receptus eſt. Iam Procyon furit. ſtella eſt quæ ante caniculam oritur. Et ſtella veſani leonis. ſtellam pro toto ſigno dixit: in quo ſolem neceſſe eſt eſſe mẽſe Auguſto: quod eſt feruentiſſimum anni tempus. Tu ciuitatem quis deceat ſtatus curas. apparet illo tẽpore præfectum vrbis fuiſſe Mecœnatem. Tanaiſq; d. Tanais fluuius eſt fluẽs in Meotidem paludem, & inde in Pontum. diſcors autem dictus ꝙ diſcernit Europam ab Aſia niſi forte ad incolas eius referamus hoc Epi-

Plerunq; gratę diuitibus vices
Mundęq; paruo ſub lare pauperum
Cænę ſine aulęis & oſtro
Sollicitam explicuere frontem
Iam clarus occultum Andromedę pater
Oſtendit ignem: iam Procyon furit
Et ſtella veſani leonis:
Sole dies referente ſiccos
Iam paſtor vmbras cum grege languido
Riuumq; feſſus quęrit: & horridi
Dumeta Siluani: caretq;
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu ciuitatem quis deceat ſtatus
Curas, & vrbi ſollicitus times
Quid Seres & regnata Cyro
Bactra parent Tanaiſq; diſcors
Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit deus,
Ridetq; ſi mortalis vltra
Fas trepidat. quod adeſt memento
Componere ęquus, cetera fluminis
Ritu feruntur: nunc medio alueo
Cum pace delabentis Hetruſcum
In mare: nunc lapides adeſos
Stirpeſq; raptas & pecus & domos
Voluentis vna non ſine montium
Clamore vicinęq; ſyluę:
Cum fera diluuies quietos
Irritat amnis. ille potens ſui
Lætuſq; deget: cui licet in diem
Dixiſſe vixi: cras vel atra
Nube polum pater occupato:
Vel ſole puro: non tamen irritum
Quodcunq; retro eſt efficiet, neq;
Diffiget infectumq; reddet
Quod fugiens ſemel hora vexit.

¶Faſtidioſam &c. vt Mecœnatem commodius in agrũ pelliceat, inducit conteptum rerum vrbanarum: que ex copia interdum faſtidium (vt dicunt) nauſeam pariunt, vnde dicit. Deſere copiam ſcilicet rerum faſtidioſam ideſt faſtidium pariẽtem & deſere molem ideſt turrim grandem propinquam nubibus arduis ideſt in nubes vſq; eductam: & omitte mirari fumũ ſcilicet ex fumarijs innumeris aſcendentem: & opes ideſt diuitias & ſtrepitum ideſt fortunam aut pedum coeuntium ſonitum: Romæ beatæ ideſt multum diuitijs: que omnia ex turri ſua proſpectare poterat. Vices ideſt viciſſitudines: hoc eſt ſucceſſiones epularum & apparatuum tenuium poſt opiparas & ſumptuoſas cœnas: plerumq; ideſt plurimum gratæ diuitibus, & cœne pauperum mundę ideſt ſatis lautę: ſub paruo lare ſie aulæis que ſint in parietibus: & ſine oſtro ideſt purpura: hoc ẽ ſine tapetis purpureis que ſuper lectos ſternantur: explicuerũt ideſt exporrexerunt: frontem ſollicitam ideſt dempſerunt frõti ſollicitę rugas: redacto ſcilicet animo ad hilaritatem. Pater Andromedæ ſcilicet Cepheus in celum tranſlatus, iam clarus ideſt ſerenus: oſtendit ignem occultum ſcilicet prius aut vix viſibilem propter vehementiam ardoris eius: & Procyon ideſt anticanis: & ſtella Leonis veſani ideſt inſaniam oſtendẽtis ardore ſuo: furit iam ſole referente dies ſiccos ideſt ſine pluuia calidiſſimos vt in Iulio fit: quo menſe ſol in his ſignis eſt. Paſtor feſſus ſcilicet calore: querit iam cum grege lãguido ſcilicet prę

calore vmbras & riuum & dumeta in quib⁹ delitescant, Syluani, syluarum dei: horridi idest ferulis & aliis virgultis asperi, & inequalis: & ripa taciturna: quia impetu aquarum caret: caret ventis vagis idest vagari solitis: hoc est oĩa præ nimio æstu refrigerium & re focillationem quærunt: tamen tu curas idest ardenter dispicis: quis status deceat ciuitatem scilicet Romanã & tu sollicitus times vrbi: quid Seres, proximi ad Indiam populi: & Bactra vrbs in Scythia, regnata Cyro: qui rex Persarũ etiam Scythas debellauit: sed tandem victus pœnas de dit: & quid Tanais, idest fluuius ille ex India in Scythiam vsq; pro fluens, hoc est accola eius: discors: idest multa prælia mouens (sunt enim bellicosi) parent idest moliantur vrbi. De⁹ prudẽs idest prouidens, sciens quanta mala hominiex nimia cura rerũ futurarum obueniant, premit exitum futuri tẽporis nocte caliginosa idest ignoratione multa, & ridet si mortalis trepidat vltra fas idest plus q̃ fas est. Hunc ordinem non recipit, aut poti⁹ non capit Bonfinis, volens ad Mecœnatem referri illud prudens futuri temporis. Mihi autem parum liquet: cur Mecœnati detur: nam si esset prudens futuri temporis. non timeret quid Bactra parent: sed quod Bactra pararẽt: nam sciret quid parẽt & quid possint. Nec video cur deo negetur conuenire: cum a Quintiliano & aliis multis dicatur prouidentia. Contra autẽ videtur mirifica sententia: deum prudentem & prouidum futuri temporis celare nos exitum futuri temporis: ne aut securi nimis aut sollicitiviuamus, cuius ergo, horam mortis nos latere voluit & finem mundi, dicens. Vigilate vtiq;: quia nescitis diem neq; horam. Et non est vestrum &c. Memento componere idest bene regere & moderari: quod adest id est rem presentem: existens æquus, id est lenis & quasi in vtranq; fortem paratus. Cætera: idest que non sunt presentia: feruntur ritu fluminis. scilicet Tyberis: delabentis in mare Hetruscum nũc cũ pace: medio alueo: idest per medium alueum non transcendo ripas, & voluentis nunc: idest interdum lapides adesos. scilicet vi aquarum: & stirpes: idest radices raptas (Inusitate autẽ fœmineo vtitur. Nam Maro dixit. At stirpem Teucri nullo discrimine sacrum &c.) & pecus & domos raptas. Potest autem ordo esse: lapides adesos & stirpes: scilicet adesos: & pecus & domos raptas. voluentis dico vna: idest simul: hoc est vno impetu: non sine clamore idest cum murmure: montium & syluę vicinæ: cum idest quando diluuies idest inundatio aquarum: fera: idest effera: irritat amnes quietos, scilicet prius. Ille scilicet homo quisquis est: deget: idest vitam peraget: potens: id est cõpos sui & lætus: cui licet dixisse, scilicet veraciter: ego vixi in diem: idest sine respectu diei sequentis: ad conditionem diei præsentis. pater, scilicet Iuppiter occupato: idest placet vt occupet, cras polum: idest cælum: vel atra nubæ: idest tempestate nubilosa: vel sole puro idest sereno: non tamen scilicet pater efficiet irritum: quia vt recitat in ethicis Aristoteles: secundum Agathonem: deus facta infecta facere non potest: quia ad preteritũ non est potentia: quodcunq; est retro idest quicquid præteriit neq; diffinget idest destruet: & non fictum: idest non pri⁹ cõpositum fuisse faciet: que pro idest non reddet infectum: idest q; non fuerit factum: id quod hora fugiens: idest celeriter pertransiens vexit semel. Deinde quasi a fato ad fortunam transiens dicit.

thetone: q; inter se ferocissimi Barbari discordant. Ridetq; si mortalis vltra fas trepidat. quoniam scilicet nefas est inquirere futura: que dii nos nescire voluerunt. Quod adest memento componere ęquus idest presentibus fruere, & ea que adsunt æquã mente cõpone. Nunc medio alueo cum pace delabẽtis Hetruscum in mare nunc lapides adesos varietatem & vices vitæ humanę: quę modo quieta ac lęta est: modo aduersis casibus inquieta: ac turbulenta: per allegoriam describit. Cui licet in diem dixisse vixi. perseuerat persuadere presentia commoda tantum amplectanda: de futuris non esse cogitandum. Non ta.irri. quodcunq; est retro efficiet idest non potest commodum vitæ quod iam perceperit: infringere.

ANTO ¶Copiam. quam tecum habes. Molem pro pin. ipsius Mecœnatis turrim intelligit, de qua etiã in Epodis. Omitte mirari. Ex illa ẽm turri tota fere vrbs spectabatur: quod latius supra ostendimus. Iam clarus occultum. propter imminentem æstum Mecœnatem ad hilaritatem inuitat. Clarus pater. habet enim Cepheus stellas. xix. vt Hyginus ostendit. Andromedæ pater idest Cepheus. de quo late lib. iiii. Met. & apud Hyginum. Columella autem lib. xii. scribit septimo Idus Iulias Cepheum vespere oriri. Idibus autẽ Iuliis Procyon exoritur mane. xiii. cal. Aug. Sol in leonem transitum facit. ix. autem cal. Aug. leonis in pectore clara stella exoritur. Procyon. de hoc lãte superius. Tu ciuitatem ostendit superius pastores cum grege lãguido æstus fugiendi gratia subire vmbrã: Mecœnas tamen nunq̃ ab vrbis cura vacabat. Hinc eum hortatur ad curas ponendas: vt omissis futuris præsentia tantum amplexet. Bactra. in Scythia sunt Bactra vrbis: q̃ etiã Zariaspa appellata est vt Stra. docet lib. xi. in Plinio tamen lib. vi. legitur Zariãsta. vbi etiam ait Bactri quorum oppidũ Zariastes quod postea Bactrum a flumine appellatũ est. Cyro, lege de hoc superius. Tanais discors. is fluuius est qui Europam ab Asia disiungit: atq; ambarum fines vtrinq; per lambens in Boream versus per Sauromatas in Scythiam vsq;: atq; in Meotidis paludẽ protenditur oritur autem ex Indiæ montibus. Auctores Diony. & Stra. li. xi. Discors. vel quia Europam ab Asia disiungit: vel ꝓpter populorum seditionem. Prudens futuri. oñdit deum pruderiter futura celasse homines: qua de re illi minime ea curare debent presẽtiaq; tantum sumere. Aequ⁹. mitis, benign⁹ quietus: & sine cura. Cetæra fluminis. comparat res humanas fluminibus, que modo placida fluunt modo inquieta imbrium copia: ita & hominum res lętæ subitis adueris turbantur. Potens sui idest dominus sui ipsius. quod solius est sapientis. In diem idest in presentem diem: nihil de crastino cogitando. In dies autem est idem quod quotidie cum quodã incremẽto: vt Crescente in dies multitudine. In diem vero plerumq; cum hoc verbo viuo iungitur. vt volucres in diem viuunt idest in præsentem diem nihil de crastino cogitantes. Vixi. ille autem vere viuere dicitur, qui cum lætitia & virtute degit. Occupato. pro occupet, vt inferiora ostendunt. Tamen q̃uis nube vel sole occupauerit aerem Iuppiter idest q̃uis possit felicia & infelicia tradere: non poterit preterita abolere. Ergo fruenda ẽ dies & lætitia remotis curis. nam quæ futura sunt: possunt esse aduersa. Quodcunq; retro est idest quicquid præteriit retulit autem ad illud: vixi. Est enim sensus, q; preterita nullo pacto etiam Iuppiter potest destruere & infecta reddere: quamuis vt diximus bona & mala possit hominibus in futurum afferre. Diffinget. destruet. Fugiens. præteriẽs.

Cepheus.

Bactra.

Zariasp.

Tanais.

Fortuna sęuo lęta negocio: &
Ludum insolentem ludere pertinax
Transmutat incertos honores
Nunc mihi nunc alii benigna.

ACR. ¶Fortuna sæ. In. que delectat incertis. & ingetudine hoim gaudet: dũ ꝓspera mutat aduersis. Insolẽtem. iniquũ, nouũ. vt Iune. Quotiẽs voluit fortuna iocari. Ludere ptinax. quotiẽs voluit subaudi. Transmutat incer. ho. vtiũ ipsos honores incertos, an trãsmutãdo incerti fiant fortunę incõstãtia. Per

Laudo manentem, si celeris quatit
Pennas resigno quę dedit, & mea
Virtute me inuoluo probamque
Pauperiem sine dote quęro.
Non est meum si mugiat Africis
Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere: & votis pacisci
Ne Cypriæ Tyrięque merces
Addant auaro diuitias mari.
Tum me biremis pręsidio Scaphę
Tutum per Aegęos tumultus
Aura feret geminusque Pollux.

tinax idest persistens. Laudo. m. i. cum mutabilis non est laudo illam. Si celeres quatit. p. r. q. d. i. dum ad alium deuolat: reddo quod dederat. Et meá virtute me inuoluo idest mea virtute me munio non timens incerta fortune dum aut desidero aut formido. quod p̄stat bona conscientia & sola probitate contentus. Sine. d. sine opibus: sine præmio. Nō est. m. i. nec vitę nec propositi mei est timere aduersa: quia nec periculo nec tempestati questus causa me committo. Et v. p. tanq̄ paciscantur cum dijs homines oblectatiōe votorum Auaro. insatiabili: cuncta recipienti, quasi quod omnia intercipiat. Tūc me b. duos ordines remorum habentis. Ordo est. Aura & geminus Pollux feret me per Aegęos tumultus tutum presidio biremis Scaphæ. Ironice dixit: nō patiar vim maris amore lucri. Geminus Pollux. cum Castore intelligēdus est. amborum. n. stelle simul nascuntur.

POR. Ludum. i. l. p. veteribus vsitatum elocutiōis genus ludum ludere: sicut vitam viuere, & seruitutem seruire, & multa similiter. Trāsmutat incer. ho. Vtrum trāsmutando incertos facit: an quia incerti sunt: ideo transmutare eos putet. Resigno que dedit. resigno. i. reddo. Et mea virtute me inuoluo. Diserte idest me mea virtute munio: nihil ab illa timens, aut desiderans: contentus sola probitate & bona conscientia. Sine dote idest sine opibus. Non est meum si mugiat Africis Malus procellis. nec vitę nec p̄positi mei est inquit aduersa timere: quia nec periculo nec tēpestati questus causa me cōmitto. Diuitias mari. Quum mare habeat diuitias obruēdo naues cum rebus preciosissimis. Tūc me biremis presidio scaphę Tutum per Aegæos tumultus Aura feret Geminusq̧ Pollux. tunc cum maxime sæuit tempestas, inquit, ego tutus nauigo presidio Scaphæ. sed p̄ hoc allegoricos signat se tutum securūq̧ viuere quia non querat diuitias. Geminusq̧ Pollux quia horum sidera cum se ostendunt laborātibus nautis: prebent spem salutis.

ANTO ¶ Probat quemcūꝙ naſcētē Melpomene placido lūie viderit nulli rei vacaturū ꝑterq̄ poeticę, ītꝙ nobilē fieri: vti & ſibi accidit. q̄ quidē ab Romanis inter vatū choros ponebatur: Cūꝙ digito etiā mōſtraretur, viueret & placeret Melpomenes mun⁹ & bñficiū eē aſſerit. Quē tu, ode eſt ſiſis, iīj. de Melpomene aūt legito Ode. xxiiīj. li. i. Labor iſthmi⁹: Iſthmos dr̄ terra anguſta īter duo maria. vt iter Aegæū & Ioniū, vbi ſita ē Corith⁹, ibi aūt Iſthmia celebrabantur Ludi quidē in honorē Neptuni, vtꝙ li. viij. ſcri. Stra. Iſthmo emporiū imminebat loc⁹ negociatorib⁹ frequētat⁹, q̄ exiſtit duorū portuū dn̄s, q̄rū alter Aſiæ. alter aūt ꝓpiqu⁹ ē Italiæ, illuc i. Iſthmicorū celebratiōe ludorū ml'titudo cōuenarū concurreba t, In Iſthmo Neptuni, quē Iſthmiū vocabāt: tēplū iminebat piceartū arborū luco circūcluſū: vbi ludos Iſthmios decertatos corinthij celebrare ſoliti ſunt. Clarabit: clarū faciet. Pugilē, pugiles athletæ dn̄r, qa pugnis valeant. Curru achaico: currule certamē intelligit in Piſea regiōe apud Elidē. de quo latius Ode. i. de lijs folijs, delphica lauro: qua triūphātes coronabātur: de qua latius ſupra. A quę, apud quas ſolēt poetæ cōponere, Aeolio carmīe. i. Leſbio & Alcaico, vt ſupra diximus, Ro. ſo. i. Romana ſtirps & popul⁹ ipſe: Minus hoc erat populi fauore, & quia gl'ia īuidiā ſuperarat, Opi. i. o muſa Melpomene. pierides. n. dictæ ſunt muſæ a Pierio monte. vt latius ſupra eſt. Do. ſo. hoc ait, ꝙ Melpomene a melodia dicitur, qua audientes demulceantur μέλπω autem & μέλπομαι conto ſignificat.

Iſthmia. iſthmos. neptun' iſthmius.

¶ Quem tu. Quia, vt Propertius dicit, Naturæ ſequit' ſemīa q̄ſꝙ ſuæ: vt ſe ad poeticā natū aſſerat: dicit ad muſas natū in nulla alia re gloriā q̄ſiturū, ſeꝗ̄oqcqd ī muſica laudis obtinuerit muſis acceptū ferre fatet' dicēs. O Melpomene, dulce canēs muſa: illū quē tu naſcētē. i. dū naſceretur, videris. i. aſpexeris ſemel. ſ. in horoſcopo: placido lumīe. i. benigna influētia, nō labor iſthmius. i. agon iſthmiorū certaminū, clarabit. i. clarificabit pugilē: quia pugil nō erit: nō ēt equus īpiger. i. ſtrenuus, ducet illū victorem curru achaico. i. apud Piſam ī Elide regione Achaiæ. neqꝫ res bellica oñdet capitolio, ad qd' triūphātes ducuntur: illū exiſtentē ducē ornatū, folijs delijs: idest laurodelphica: ꝙ, i, quia cōtuderit, i. violēter ſuppreſſerit, tumidas minas regū. ſ. tumidorū priuſq̄ vinceret. Sed quæ. argute docet ſe a Melpomene aſpectū ī geneſi ſua dicens. Sed aq̄ q̄ ꝑfluūt Tybur fertile, & comæ. i. frōdes nemorū ſpiſſæ. i. denſæ fingent, i. efficiēt, ſup. me, nobilē carmine æolio. i. leſbico: hoc eſt alcaico. Soboles Romæ pricipis i. quæ ē princeps vrbiū, dignatur ponere me inter amabiles choros vatū. Et mordeor iā. i. ī dies, minus dente inuido. i. incipio inuidiā gl'ia ſupare. O pieri: ideſt muſa in pierio antro genita, quę tēperas. i. moderaris dulcēſtrepitū teſtudis. i. citharæ aureæ: quali Alcæū donandū cenſuit, o donatura. i. quę poſſis donare ſi libeat: ſonū cygni. i. dulciſſimū cantum, ꝗque. i. etiā piſcib⁹ mutis. i. nullā vocem nec pulmonem hñtib⁹: totū hoc eſt tui muneris. i. beneficij, ꝙ mōſtror. i. dicor dum monſtror, digito prætereuntium: fidicem Romanę lyræ, quaſi de ſe ſentiat quod Quintilian⁹ cēſuit: ſolū ſe dignū inter lyricos Romanos q̄ legat. tuū ē etiā ꝙ ſpiro. i. reſpire & viuo: quia ob carminis artem Auguſto reconciliatus eſt, & ꝙ placeo: ſ. Auguſto, Mecœnati, & cæteris: quod ne arroganter videatur dixiſſe addit, ſi placeo.

Melpomene

ACR. ¶ Qualem. m. hæc Ode ſcripta eſt, propter quam & quartum librum contra diſpoſitionem fecit, in laudem Druſi Neronis priuigni Auguſti Cęſaris, filij Neronis, quem ob inſigne virtutis aquilæ comparauit. Alitem aquilam: quam & reginā auiū volūt. vt Sublimē pedib⁹ rapuit Iouis armiger vncis. Iō tutelæ Iouis dicitur deputata: quia proſperū auſpiciū eius aduerſū titanas pugnatur⁹ accepit. In Ganymede flauo. rubeo. Nido laborū: in metaphora aquilæ perdurauit, dicēdo nidū laborū pro familia nobilium, & virtutū domo. Vernicꝫ, vt ruit imbriferū ver. inſolitos. d. n incōſuetū niſum ad primos volatus aquilæ adhuc aerē & ventos timentis. Venti pauētē. ſolitā viribus & volatu cōtinuo ad pdā ꝓdire. vt Fulua draconē Ferta uis. Egit amor, d. a. p. in anno imbelli dapis: in dracone pugnę. Qualē ve læ. c. p. Qualē inquit leonē primæ iuuētæ capra times: talem Druſū hoſtes videre: Dēte no. adhuc ī cōſueto ad pdā, Videre Rheti, b. ſ. a, hyperbaton longū: ſuperiori ſenſui rñdet, qualem aquilam vel leonem imbellis præda, talem Druſum videre rheti vindelici barbarorum gentes, Nec ſcire. f. eſt o. i. licet aliquā ignorare. Sed diu lateꝗ. hoc ſolū īgt mihi dicere ſatis eſt, ꝙ rheti diu potentes & victores a Druſo adhuc puero ſuperati ſūt, Sēſere. ꝓbauere ꝩtutē & īſtitutionē Romanā. indoles ætas, īdiciū futurę ꝓbitatis, Fauſtis felicibus cuſtodia ꝩtutū: Patern⁹: vt Pr̄ Aeneas

Quarta Ode Tricolos Tetraſtroph. De Druſi ſub Auguſti auſpicio laudibus.



Qualem miniſtrum fulminis alitem.
Cui rex deorum regnū in aues vagas
Permiſit expertus fidelem
Iuppiter in Ganymede flauo.
Olim iuuentas & patrius vigor
Nido laborum protulit inſcium.
Vernicꝫ iam nimbis remotis
Inſolitos docuere nixus
Venti pauentem: mox in ouilia
Demiſit hoſtem viuidus impetus:
Nunc in reluctantes dracones.
Egit amor dapis atꝗ pugnæ
Qualemve lætis caprea paſcuis
Intenta fulvę matris ab vbere
Iam lacte depulſum leonem
Dente nouo peritura videt:
Videre Rheti bella ſub Alpibus
Druſum gerentem Vindelici quibus
Mos vnde deductus per omne

Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet quęrere distuli,
Nec scire fas est omnia, sed diu
Lateq; victrices caterue
Consilijs iuuenis reuictę
Sensere quid mens: rite quid indolens
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset: quid Augusti paternus
In pueros animus Neronis
Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilę columbam.
Doctrina sed vim promouet insitam:
Rectiq; cultus pectora roborant
Vtcunq; defecere mores
Dedecorant bene nata culpę.
Quid debeas o Roma Neronibus,
Testis Metaurum flumen & Hasdrubal
Deuictus: & pulcher fugatis
Illę dies Latio tenebris,
Qui primus alma risit adorea.

¶ Qualem. In Augusti laudem Drusum celebrat. Nam illius virtutem Augusti auspicijs & maiorum prestantia acceptam fert. comparat autem eum aquilæ & leoni iam primum prędã agẽtibus. Ordo autẽ potest incipi illic videre. Rheti, sic. Rheti scilicet populi alpibus & vindelici etiam in alpibus olim populi, sed diuersi a rhetis: quibus scilicet vindelicis, vnde mos deductus per omne tẽpus, obarmet idest cõtra hostes armet: dextras securi amazonia idest qualem Amazones solent ferre: ego distuli querere idest nondum inquisiui: nec fas est scire omnia deinde ad principium redeundum est: talem inquam videre. Drusum: qualem iuuentas idest dea iuuentæ, hoc est ipsa iuuenilis ætas: & vigor patrius idest a patre scilicet aquila grãdiore sumptus, propulit idest porro expulit olim nido alitem scilicet aquilam: ministrũ fulminis scilicet Ioui porrecti, cui idest cuius progenitori, Iuppiter rex deorum: expertus sup. ipsum fidelem in Ganymede flauo idest flauis capillis: dum scilicet ipsum rapuit Ioui permisit regnum idest ipsum effecit regem: in aues vagas idest sine via volãtes vnde aues ꝙ sine via sunt, dicte putantur auius tamẽ quod alienũ a via primã producit. que in animalibus auis apes anas corripitur. propulit dicit insciũ idest inexpertum laborũ scilicet volandi & p̃dandi. & venti verni. i. in vere quando auiũ fere educatio est flantes: docuere ipsum pauentem. s. quia adhuc imperitũ, nixus idest conatus volandi, insolitos, non prius obitos: & hoc nimbis iã remotis. i. serenitate inducta: tũc em̃ fere emittunt aues: que sub pluuia cõtinẽt in nido: & impetus viuidus dimisit mox hostẽ. i. p̃datorem in ouilia. i. caulas ouiũ: & amor dapis atq; pugnæ: quia interdum auida pugnæ aquila predat & alijs auibus predã relinquit. egit idest impulit nũc. i. vbi iã facto periculo animosior factꝰ est: in dracones reluctãtes. Hũc ordinẽ: qui & Bõfini placet abhinc. xx. ãnos asserui. ve pro vel, videre sup. talẽ qualẽ caprea: id est capra syluestris intenta pascuis lętis: idest pinguibus aut hęrbosis: videt peritura dẽte nouo, idest quo nulla fera perierat: leonẽ: idest catulum leonis: depulsum iam ab vbere matris fuluæ schythęæ aut leęnæ. Sed: idest licet non omnia scio id tamẽ scio ꝙ caterue scilicet Rhetorũ & vindelicorũ victrices diu & late reuictæ consilijs iuuenis scilicet Drusi, sensere. i. senserũt: quid mens & quid indoles, idest insita seu innata virtꝰ: nutrita rite sub faustis: idest felicibus scilicet Augusti penetralibus: posset: & quid animus Augusti paternus idest talis ac si paternꝰ esset in, idest erga pueros, id est liberos, Neronis scilicet Claudij. Nã fortes scilicet liberi, creantur scilicet parentibus fortibus & bonis. vnde per contrarium dixit prius ab adulterijs inualidos gigni. Virtus patrum: idest progenitorum: est in iumentis: & In pueros ani. duo fuerũt Nerones priuigni Augusti: quorum vnum in domo Tyberij Claudij Neronis mariti Liuia peperit: alterum in vtero ad Aug. attulit. Horum altero in germania morbo assumpto alter adoptatus Ab aug. successor principatus eius fuit & vocatus est Tyberius Cęsar Fortes creãtur. s. filios a parentum nomine degenerare virtute. Est in iuuencis, est in equis patrũ virtus. vt Cõtinuo pecoris generosi pullꝰ in aruis altius ingredit. Promouet. in melius auget. Insitã. naturalẽ. Rectiq; cul. bona institutiõe reddi bonũ naturale p̱fectũ: q̃ si desit bene nata deprauari pectora. In laudẽ Aug. dictũ: in cuiꝰ domo Nerones educati disciplinã accepere virtutũ. Roborãt. cõfirmant Indecorãt. indecora faciũt. Vtcũq;. vbicũq; Testis Me. fl. Metaurꝰ fluuius est de Piceni p̱uincia oriẽs in flaminiam decurrẽs q̃ regio Gallia dicebatur. Iuxta hũc fluuiũ Claudius Nero consul cum Salinatore collega suo ita Hasdrubalem Annibalis fratrẽ in Italiã auxilio fratri magnũ exercitũ deducẽtẽ deuicit & interfecit, vt nec p̱fectũ ex castris consulẽ Annibal dum castra muniisset: nec reuersum ante recognosceret: q̃ fratris caput in castra p̱iectũ: & de exercitu eius Pœnos captiuos vidisset. quo bello supra. xlv. milia Hasdrubalis exercitꝰ cæsa ferunt. Tenebris. tenebras pro Afrorũ terrore dixit. Qui pri. a. r. a. adorea laus publica dicebatur: eo ꝙ victores a victis adorarentur. Adorea.

¶ Qualem. m. f. a. Hæc est ægloga, propter quam vt supra ostendimꝰ totus hic liber cõpositus est. Scripta est ergo in Neronẽ Drusum priuignũ & successorẽ Augusti: q Rhetos vindelicos bello vicit. De imperio autẽ principis huius duplicẽ facit cõparationẽ. nã Drusũ ait tanto vigore atq; impetu hostes vindelicos inuasisse: quanta vi solet aquila in rapinã irruere primũ auiũ: mox corroborato vigore etiã draconũ. Ipsos autẽ hostes ita conterritos esse belligerantis Drusi virtute: vt caprea visu leonis in se irruentis. Quibus mos vnde deductus per omne tempus Amazonia securi dextras obarmet querere distuli Hi vindelici ab Amazonibus eiecti e suis sedibus, & ex Thracia in exiliũ se contulisse alio: inq; iugis insedisse dicuntur: & ꝙ potissimum in se tela securesq; Amazonum experti fuissẽt: ipsos vsum earũ in bello accepisse. Nec sci. f. est. Sensus est. fas est non omnia scire idest licet aliquid ignorare. Consilijs iuuenis repressæ. eo pertinet ꝙ victrices late dixerat. Quid indoles nutrita faustis sub penetralibus. quia non potest Drusum laudare nũc vt filiũ Augusti: ab eo educatum institutumq; dicit. Quid Augusti paternꝰ in pueros aĩus Neronis duo fuerũt Nerones priuigni Aug. Quorũ alterũ ĩ domo Tyberij Claudij mariti prioris Liuia pep̱it: alterũ vtero ad Augustũ attulit. horũ alter in Germania morbo extinctus: alter adoptatus ab Augusto successor principatus eius fuit vocatusq; est Tiberius Cæsar. Nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbã. prouerbialis sententia. Doctrina sed vim promouet insitam. insitam innatam atq; ingenaratam. significat ergo virtutem a parentibus ingenerari: instrui vero doctrinæ disciplina. Rectique cultus pectora roborant. Recti genitiui casus: numeri singularis: huiꝰ recti. Cultus numeri pluralis: casus nominatiui, hi cultus. Sensus est aũt. colẽdo in rectũ pectora corroborantur. & rectum absolute POR.

Accipe pro æquo ac iusto. Vtcunq; defecere mores Dedecorant bene nata culpæ. Vtcunque quandocunq;, sicut apud hunc poetam sæpe diximus. Indecorãt aũt indecora faciũt ac per hoc dedecorãt signat. Bñ nata culpæ. absolute dicitur. Sens9 ergo est. honesta nata liũ gnositas culpa dedecorat. nisi digna hęc disciplina ꝓsequat totũ aũt ꝓpter Augustũ dicit in cuius domo. Nerones videt̃ disciplinam virtutis accepisse. Quid debeas o Roma Neronibus Testis Metaurum flumẽ & Hasdrubal. Metaurus amnis Galliæ est: iuxta quem Nero consul cum Salinatore collega suo Hasdrubalem Annibali fratri suo magnum exercitum adducentem deuicit: cæsis supra quinque & quadraginta milibus. Testis. m. f. Metaurus dicitur non Metaurum: sed flumen nomine hoc figurauit· vt alibi. Aut flumen rhenum aut pluuius describitur arcus. & Sallustius. Nomenq; Danubium habet vt ad Germanorum terras astringit Qui primus alma r. a. Adorea laus bellica dicitur: fortassis ꝙ adorandi sunt qui laudem ex bello reportãt. Risit ergo Romanis accipiendum.

in equis: nec aquile feroces progenerant columbam imbellem sed doctrina scilicet maiorum: promouet vim: idest virtutem insitam: idest innatam: & recti: idest decentes cultus roborant id est firmant pectora, Et contra: vtcunq; idest vbicunq; vel quandocunq; mores scilicet boni defecere, culpæ idest vitia prolis dedecorant idest dehonestant: bene nata idest natalium claritudinem. Quid debeas. ex rebus gestis rem aperit dicens. O Roma flumen Metaurum apud quem Claudius Nero cum M. Liuio Hasdrubalem vicit: & Hasdrubal deuictus: et ille dies pulcher fugatis tenebris scilicet contumeliæ: latio: qui dies risit primus: adorea: idest adorandorum consulũ gloria: alma idest altrice virtutis. Vnde naso. Laudataq; virtus Crescit: & immensum gloria calcar habet. est testis: idest testatur quid debeas. Neronibus.

Argumentum Odes. IIII.

ANTO ¶ Hac Ode & aquile & leoni comparat. drusum Tyberij fratrem ob eius in hostes strenuitatem. domuerat namq; Rhetos: & vindelicos. Eiusdem quoq; maiorum gesta in eius etiam laudem commemorat. Qualẽ mi. Ode est similis nonæ lib. i. Est autem ordo. Qualem alitem ministrum ful. cui Iuppiter rex deorum permisit regnum in vagas aues: Expertus fidelem id flauo Ganymede. Olim iuuentas & patrius vigor propulit nido laborum inscium &c. Ministrum fluminis. negant solam aquilam vnq; fulmine exanimatam. ideo armigerã

Aquila. Iouis consuetudo iudicauit: vt Plinius scribit libro. x. In Ganymede. de hoc superius. Qualem ve lætis. Ordo est. Qualem ve leonem iam lacte depulsum ab vbere fuluæ matris: caprea intenta lætis pascuis videt peritura nouo dente. Nouo. d. adhuc enim nunq̃ cędem commiserant leonis parui dentes. Videre rhe. ordo est.

Drusus. Rheti & vindelici. Nam & intelligendum est, drusum. fuit is Tyberij Neronis & Liuię. drusille filius: fra-

Drusilla terq; Tyberij Cæsaris: & Augusti priuignus: qui Rhetos & Vindelicos alpium populos domuit. de quibus etiam Sueto. ait, ꝙ Augustus domuit partim ductu: partim auspicijs suis Cantabriam: Aquitaniam &c. item Rhetiã & Vindelicos ac Salassos gentes alpinas coercuit. Strab. lib. iiij. scribit ꝙ supra Comum ad al-

Rheti. pium radices Rheti iacent: atq; ad Italiam pertinent. Et vinum rheticum inter Italica commendata non sane inferius, in montanis illorum radicibus nascitur. Vniuersa autem montana pars in orientem & in austrũ vergens a Rhetis Vindelicisq; tenetur. horum vero feritatem etiam. L. Florus scribit. de druso etiam plurima.

Claudij. Quid debeas o Roma Neronibus. Patricia gens Claudia orta est ex Regillis oppido Sabinorum: inde Romam recens conditam cum magna clientium manu commigrauit: auctore Tito Tatio: vel quod magis constat Tito Claudio gentis principe post reges exactos sexto fere anno a patribus in patricios cooptata. deinceps procedente tempore duodetriginta consulatus: dictaturas quinq;, censuras. vij. Triumphos. vij duas ouationes adepta est. Inter cognomina autem & Neronis assumpsit. quo significatur lingua Sabina fortis ac

Nerones strenuus. Multa multorum. Claudiorum egregia merita: multa etiam secus admissa in remp. extant. Appius cæcus societatem cum rege Pyrrho: vt parum salubrem, iniri dissuasit: Claudius Caudex primus freto classe transfrecto Pœnos Sicilia expulit. Tyberius Nero aduenientem ex Hispania cum ingentibus copijs Hasdrubalem prius q̃ Annibali fratri coniungeretur oppressit. Ex hac stirpe Tyberius Cesar gen9 traxit, & quidem vtrunq;: paternum a Tyberio Nerone, maternum ab Appio pulchro: qui ambo Appij cæci filij fuerãt Hęc ex Sueto. Metaurum flumen. Metaurus fluuius est inter phanum Fortunæ & Senogalliam: propius tamen phano ad duo milia passum: longe vero a Senogallia. xiij. milibus pas. Est autem in Vmbria: vt scri.

Metaur9 Pli. lib. iij. ingrediturq; mare Hadriaticum. Apud Metaurum deniq;. M. Liuius & Claudius Nero consules Hasdrubalem Annibalis fratrem vt illi se coniungeret ex Hispania venientem occiderunt: cæsis etiam. lvi. milibus hostium: captis quinq; milibus & quadringentis cum magna præda tum omnis generis: tum auci argentiq;. ciuium etiam Romanorum qui capti apud hostes erant supra. iiij. milia capitum recepta. Sed octo ferme milia Romanorum sociorumq; occisa. Plura etiam Liuius. vij. de bel. Punico secundo. Tenebris idest hostibus: qui hominum animis tenebras ob terrorem incutiebant. Alma adorea idest laude & gloria Nam adoream laudem siue gloriam dicebant: quia gloriosum eum putabant esse: qui farris copia abundaret: vt Festus inquit. Et Apuleius lib. iij. ait. Ego igitur iam & ipse possum inquam mihi primam istam virtutis adorea ad exemplum duodeni laboris Herculis numerare. Item lib. vij. sic. domi forisq; fortibus factis adorię żplenæ gloriarer equis armẽtis. dicitur aũt adorea & adoria: licet ab adoreo dicatur. Adoreum olim far vocabatur.

Dirus per vrbes Afer it Italas:
Ceu flamma per tędas, vel Eurus
Per Siculas equitauit vndas.
Post hoc secundis vsq; laboribus
Romana pubes creuit, & impio
Vastata Pœnorum tumultu
Phana deos habuere rectos
Dixitq; tandem perfidus Annibal,
Cerui luporum prǫda rapacium
Sectamur vltro: quos opimus
Fallere & effugere est triumphus.

ACR. ¶ Ceu flamma per tædas. post laudem fratris fugam describit Annibalis. Secũdis vsq; laboribus. in laudem Drusi: qui de Neronis genere descẽdit, commemorat: ex quo Hasdrubal occisus est a Nerone & Annibalem iã mortuũ fuisse: & creuisse Romanos. Tu multu. clamore bellico. vt Ille etiã cæcos instare tumultus Sæpe monet. Deos habuere rectos. ita dij propitij recti, vt auersi irati dicebantur. vt Diua solo fixos oculos auersa tenebat. Perfidus. quia ipsius instinctu, post primum bellum fractis pacis conditionibus in bellum reditum est Cerui luporum, quasi fugientis Annibalis orationem fingit ad milites suos: qui dicat. pugnamus cõtra eos: q̃s si euaserimus: pro triumpho habẽdum. ideo

Gens quæ cremato fortis ab Ilio:
Iactata tuscis æquoribus: sacra
Natosq; maturosque patres
Pertulit Ausonias ad vrbes
Duris vt ilex tonsa bipennibus
Nigrę feraci frondis in Algido
Per damna per cędes ab ipso
Ducit opes animumque ferro.
Non hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem:
Monstrum ve submisere Colchi
Maius: Echionię v e Thebę.
Merses profundo, pulchrior euenit:
Luctere, multa proruet integrnm
Cum laude victorem, geretque
Pręlia coniugibus loquenda.
Carthagini iam non ego nuncios
Mittam superbos, occidit occidit
Spes omnis: & fortuna nostri
Nominis Hasdrubale interempto.
Nil Claudię non perficient manus:
Quas & benigno numine Iuppiter
Defendit: & curę sagaces
Expediunt per acuta bella.

¶ Dirus. vt victorem extollat commemorat immanitatem vi cti, & eius confessionem dicens. Vt. i. postq̃: Afer Annibal di rus idest immanis & efferus: equitauit per vrbes Italas. i. Itali cas ceu idest veluti flamma sup. fertur, per tędas idest ligna resi nosa. vel Eurus idest ventus ille, per vndas Siculas idest maris siculi post hoc idest post illius ferociam a Claudijs domitam, pubes Romana creuit vsq; idest continue: laboribus secundis idest prosperis: & phana idest templa vastata impio tumultu Pœnorum idest Punicorum: habuere deos rectos idest iustos vltores. Et Annibal perfidus dixit tandem: quia q̃diu potuit re stitit: sed tandem animo quoq; victus dicit suis. Nos cerui idest tanq̃ cerui: existentes preda luporum rapacium scilicet Roma norum ab Romulo lupæ alumno originem trahentium: secta mur vltro. i. prius q̃ lacessiti cũ fugere debeam⁹ eos quos falle re & effugere: quia aperto Marte vincere non dabatur: est triũ phus opimus idest sũmus qui nobis cõtingat: sicut in quo opi ma Ioui feruntur spolia. Gens scilicet Romana: que existẽs for tis: pertulit ab Ilio cremato ad vrbes Ausonias idest Italicas: sa cra idest sacrificia & deos & natos & patres maturos. s. bello & rebus gerẽdis. quod dicit quia effœta senectus derelicta est in Sicilia: vt argute docet ęne. v. vbi Anchises inquit. Lectos iuuenes: fortissima corda Defer in Italiã. vnde non intelliges de Anchisa nec de Aenea quia Anchises non peruenit: & Aeneas nõ dicetur perlat⁹/ sed pertulisse reliques, que ꝑtulit inquã exñs iactata æquorib⁹ tuscis idest tyrrhenis, ducit opes idest potentias: & animũ: per damna & per cædes ab ipso fer ro idest quanto plus cęditur tãto animosior renascit: vt ilex. i. arbor glandifera tonsa duris bipennibus, in Algido monte nõ longe a Roma feraci nigræ idest densę frondis: sup. repullulat aut plures arbores producit. Hydra idest serpẽs aquatilis: non creuit firmior corpore secto: cum pro quolibet capite abscisso bina renascerentur in Herculem dolentem vinci: quia vbicq; victor fuerat, ve pro vel, Colchi non submisere idest clãculũ immisere Iasoni monstrum maius q̃ hęc qui tamen draconẽ & Tauros igniuomos submiserũt: ve pro vel | Thebæ Echioniæ idest ab Echione vno ex dentibus draconis nato constructe: q̃ draconem & ex illius dentibus armatos submiserant non sub misere maius mõstrum: quia si merses: aut ꝑmissiue: merses. i. ꝑmitto vt frequenter mergas (Est eñ merso frequentatiuũ a mergo) ꝓfundo. s. mari: gens supple illa euenit. i. emergit: pul-

ideo autem lupis cõparauit Romanos: quia auctor nominis eorũ a lupa nutrit⁹ est. Gẽs que cremato f. abi. tanq̃ Romana gens per dãna & cædes creuerit. ideo exẽplũ Troiæ ponit. a qua oriundus est. ut Quos nulla fa tigant prelia: nec victi possunt absistere bello Sacra. deos penates. de quibus Virg. Sacra suosq; tibi commendat Troia penates. Hos cape fatorũ comites. Natosq; maturosq; pa tres. vt Ascaniũ Anchisenq; patrem Teu crosq; penates, Commẽdo socijs & curua valle recondo. quibus liberatis Aeneas ad Italiam venit. Tonsa. cæsa. In algido te. ferti li. Per dã na. per cædes. Ilex. n. cæsa ferro me lius pullulat. Non hydra secto. exemplo ili cis ramorum damno melioris: Hydræ etiã quæ excisis sub Hercule serpentũ capitibus numerosior excrescebat: laudat Romanos bellorum damno meliores semper effectos. Colchorum quoq; eos monstro comparat: vbi satis draconis dentibus armati de terræ sulcis egressi sunt. Quod Iason Medeæ arte superauit. Simile, & aliud exemplum draco nis Thebani: quem Cadmus occidit: cuius satis dentibus armati prodierunt, ex quibus aliquos in societatem condendæ vrbis Cad mus dicit asciuisse. Echionię veth. ab Echio ne cõditæ. qui fuit pater Penthei: gener Cad mi. Merses ꝓfũdo. si mersaueris Romanũ fortior fit. ita aũt hoc verbũ declinat merso mersas. vt fluuio mersare salubri. ꝓruet euer tet, euicet. vt. ꝓruet insano cõtorquẽs ỹtice syluas Fluuiorũ rex Eridanus Integrum: an te non victum. Coniugibus loquenda: aut pro laude victoriæ referenda coniugib⁹ aut pro maritorum virtute coniugibus narran da. Multa. pro multum. Proruet idest si Ro manum prouocaueris ad contentiones: q̃ uis multorum victor eris: facile ab illo supera beris. Carthagini iam nõ. e. n. m. s. adhuc ve lut q̃ si Annibalis verba sunt tamen iuxta historiæ fidẽ viso Hasdrubalis capite in hæc dicta Annibal dolore dicitur erupisse. Agno sco te fortuna Carthaginis. Nil. c. n. p. m. iam hic poeta loquitur Drusum Neronem signi ficans: & vires & optima Augusti consilia Expediunt. dura bella finiunt.

¶ Et impio vastata Pœnorũ tumultu Pha na deos habuere rectos. & hi inquit quorum templa in Italia a pœnis violata sunt: inde re cti esse ceperunt pro Romanis aduersus eos agentes. Sectamur vltro quos. bello petim⁹ Romanos quorũ manus si effugerimus gau dere debemus: similesque in hoc sumus cer uis qui vltro lupos insectantur: quos alio quin fugere debeant. Duris vt. i. t. b. n. f. f. i. al. ordo est. vt ilex nigræ frondis in Algido feraci duris bipennibus tonsa. Sensus autem hic est. vt ilex quanto magis securibus cædi tur tanto corroboratur magis ac reuiuiscit. ita Romani per damna cædis suę fortiore effecti sunt. Nigræ frondis idest viridis. vm brosę: Non hydra se. cor. fit. & reliqua. op portuna cõparatio. quia Romanos vult in telligi cæde sui potentiores fieri. Monstrum ve summisere Col. maius Echioniæ ve the bæ. vbi armatorum seges exiliuit. Hoc autẽ intelligi vult mirabile esse non deesse Ro manos tot bellorum cladibus acceptis. Ge retq; prelia coniu. loquenda. vtrum que ipsi Romani milites apud coniuges suas osten tent: an que coniuges eorum de maritis suis ꝑdicent. Occidit. occidit spes omnis & fortu na nostri nois Hasdrubale interẽpto. hæc re uera frequenter dixisse dicitur Annibale, cũ POR.

caput fratris sui Hasdrubalis vidisset.quod Nero de industria allatum ex Gallia ante castra eius,nihil adhuc scientis de hac cæde:proijci iusserat.Nihil Claudiæ non perficiēt manus.hæc iam poetæ verba sunt, non adhuc Annibalis Et cu.sa.expediunt per acuta belli.absolute dicuntur ea que sunt in bello periculosissima.

ANTO ¶ Dirus per vrbes Afer.Sensus est.ꝙ Annibal victo Hasdrubale per Italas vrbes fugit:vti flamma per tædas:& Eurus per mare.Siculum.Liuius autem scribit libro septimo de Bello Punico secundo,ꝙ occiso Hasdrubale Annibal tanto simul publico familiariq; ictus luctu agnoscere se fortunā Carthaginis fertur dixisse. Castris inde motis, omnia auxilia que diffusa latius tueri nō poterat:in extremum Italiæ angulum Brutios contraxit:& Metapontinos ciuitatem vniuersam excitos sedibus suis.& Lucanos qui suę ditionis erant:in Brutium agrum traduxit:vtq; idem Liuius lib.ix.scribit cum postea Locros Scipio recipere vellet:inde nocte motis castris abijt Annibal.Idem postea a Sempronio consule in agro Crotonensi fusus ac fugatus est. vbi cæsa sunt supra quattuor milia armatorum.paulominus trecenti capti viui:& equi.xl:&.xi. militaria signa.itaq; percussus aduerso prelio Annibal Crotonem exercitum reduxit.Atq; vt Liuius idem lib.x.scribit nihil post hæc ab Annibale in Italia gestum est:nam eum Carthaginenses reuocare ab ipsa Italia. Vt Italas. vt idest quemadmodum.Legitur autem cum quadam admiratione.Rectos.æquos & benignos: nō auersos vt olim.Fallere & effugere.sensus est:ꝙ fallere Ro.& effugere illos erat Afris summe triumphus.Gēs que ordo est:gēs que fortis ab Ilio cremato iactata Tuscis æquoribus pertulit Ausonias ad vrbes sacra & natos & maturos patres per damna per cædes,ab ipso ferro ducit opes animumq; vt ilex tonsa duris bipēnibus in Algido feraci nigrę frondis.Nigrę frondis.propter vmbram id ait que ex frondium densitate est:vel quia ibi

Hydra. ilices affluunt:que nigræ sunt frondis.Natos.Aeneam & Ascanium.Patres.Anchisen & Aeneam.Hydra. ex.Hydræ Lernæ corpore centum prodibant serpentum cum capite ceruices:quarum singulis cæsis duæ renascebantur:ob eamq; rem minime vinci posse videbatur:cum pars amputata validior redderetur.hanc difficultatem arte superans Hercules Iolaum monuit vt euestigio incisam ceruicem face lignea:ne efflueret sanguis:inureret.hoc pacto superata bælua sagittas eius sāguine vnxit:quo illarum vulnus mortiferum redderetur.hęc omnia ex lib.v.Dio.Eusebius vero vbi de Hercule meminit:ita ait. Hydram autem callidissimum fuisse sophitam asserit Plato.De Hydra Oui.etiam scribit in principio lib.noni:illud fere quod Dio.de numero capitum & cæsorum augmento.Monstrum ve submisere Colchi.Auream pellem arietis in templo Martis Aeeta rex suspenderat:quod longe erat ab vrbe Cybari Colchorum regia:stadijs.lxx.id autem muro circūdederat:custodesque plures apposuerat:& draconem.sed reuera templi custos Draco dictus est.hęc & plura Diodorus lib.v.Ouidi.vero lib.vij.met.scribit hunc draconem auxilio Medeæ ab Iasone occisum esse. ait

Echion. autem.Peruigilem superest hærbis sopire draconem.Qui crista linguisque tribus presignis & vncis Dentibus horrendus custos erat arboris aureę.Echioniæ ve The.fuit Echion vnus e quinq; qui Cadmo Thebas condere auxiliatus est.occiderat autem Cadmus serpentem maximum,deinde responso ab aere dato illius dētes seuit,e quibus nati sunt armati homines qui seipsos occiderunt ilico superstitibus quinque tantum:quorū vnus Echion.De hac re latius libro tertio Metamor. Ouid.Merses.Romanum supple.est autē a merso mersas.Luctere.nullo modo si intelligas.nam per se plenus est sermo.est enim sicut merses secunda vox præsētis subiunctiui:quo pro imperatiuo interdum vtimur.Luctere/idest luctam ineas cum Romano.Est autem eiusdem formæ lucter lucteris vel luctere.Integrum victorem idest antea inuictum.Coniugibus loquenda Hinc ait Vlyssi Penelope.Grata ferunt nymphæ pro saluis dona maritis:Illi victa suis Troica facta canūt.

Hasdrubal. Postea:Narrantis coniunx pendet ab ore viri.Superbos.hilares & nobiles ob victoriam aliquam.Nō enim amplius victor esse possum Spes omnis.erat enim Hasdrubal patre eodem Amilcare genitus:æque dux impiger:per tot in Hispania annos bello Romano exercitatus:gemina victoria insignis:duobus ducibus cū exercitibus deletis.vt Liuius scribit libro septimo de bel.Pu.secundo.Et fortuna.vt ex Liuio diximus, occiso Hasdrubale Annibal se agnoscere fortunā Carthaginis fertur dixisse.Nil Claudiæ.poetæ verba sunt in laudem Drusi domus Claudiæ.Iuppiter.Augustum intelligit.Curę sagaces ipsius Augusti consilia.Expediunt explicant:liberant.Acuta b.periculosissima.allusit autem ad telorum acumen.

chrior.Luctere idest si lucteris,aut permitto vt lucteris cum ea & in principio vincas:ipsa proruet idest prosternet cum multa laude victorem integrum idest non prius stratum : & geret prelia loquenda idest recitanda:coniugibus.s.cū iactantia.Ego non mittam iam idest deinceps nuncios superbos:quia victoriæ indices:Carthagini idest ad Carthaginem:quia omnis spes & fortuna nostri nominis occidit.occidit idest penitus extincta est Asdr.fratre interempto.s.a Claudio Nerone.Nil Claudiæ. Prosequitur laudes Claudiæ gentis Annibal:que eo plus ponderis habent ꝙ ab hoste dicuntur.vnde Dido de Teucro.Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat Ordo est.Manus idest copiæ aut vires Claudiæ idest Claudiorum,nil non idest omnia que attentabunt perficient,vt pote quas Iuppiter.s. vt voluit Augustus:sed melius simpliciter de Ioue intelligimus:quia auctor & pater Aeneadum est:defendit numine idest aspiratiōe & fauore benigno & quas curæ sagaces idest prouidæ : expediunt idest liberant per acuta idest periculosissima bella.

ACR. 

Diuis orte.De Augusto scribitur, qui in transmarinis patribus diu residens senatus ac populi præcibus legatione missa reditum suū promittens immorabatur.Romul e.pro Romuleæ.Diuis orte. vt Dijs genite/& geniture deos.Custos gentis.s.Romanæ. Lucem redde.plus dixit ꝙ salutem. Siquidem lux pro salute poni consueuit.vt O lux Dardanię,spes o sanctissima Teucrū Instar veris.pro similitudine veris.quia lux dixerat superius:ideo comparationem verni temporis posuit.Vt mater iuuenem.ita patriam Augusti desiderare presentiam sicut a matre reditus absentis filij cōsueuit.ordo est vt mater vocat omnibus votis & precibus iuuenem cunctantem trans equora Carpathij maris:quem notus inuido flatu distineat

Quinta Ode Dicolos Tetrastrophos Ad Augustum absentem.



Diuis orte bonis optime Romule
Custos gentis abes iam nimium diu
Maturum reditum pollicitus patrum
Sancto concilio:redi,
Lucem redde tuę dux bone patrię.
Instar veris enim vultus vbi tuus
Affulsit populo,gratior it dies,
Et soles melius nitent.
Vt mater iuuenem quem notus inuido
Flatu Carpathij trans maris ęquora

Cunctantem ſpatio longius annuo
Dulci detinet a domo:
Votis omnibuſque & precibus vocat,
Curuo nec faciem littore dimouet,
Sic deſiderijs icta fidelibus
Quęrit patria Cęſarem.
Tutus bos etenim rura perambulat.
Nutrit rura Ceres almaq; fauſtitas,
Pacatum volitant per mare nauitę
Culpari metuit fides.
Nullis polluitur caſta domus ſtupris,
Mos & lex maculoſum edomuit nefas.
Laudantur ſimili prole puerperę.
Culpam pœna premit comes.
Quis Partum paueat? quis gelidũ Scythen.
Quis Germania quos horrida parturit
Fœtus incolumi Cęſare? quis ferę
Bellum curet Iberię?
Condit quiſque diem collibus in ſuis.
Et vitem viduas ducit ad arbores.
Hinc ad vina redit lætus: & alteris
Te menſis adhibet deum.

❡Diuis. Auguſtum celebrando inuitãt eum ad reditum dicẽs O Romule ideſt Auguſte qui es alter Romulus, pater patriæ & quirinus dictus orte bonis Diuis ſcilicet Aenea, Aſcanio: Romulo, & Iulio: & etiam dijs Ioue Venere & Marte: optime cuſtos gentis ſcilicet Romanę: tu abes iam nimiũ diu: pollicitus ideſt qui eras pollicitus ſancto conſilio patrum ſcilicet cõſcriptorum: reditum maturum ideſt oportune feſtinũ redi o bone dux: & redde tuæ patriæ lucem ideſt hilaritatem. Enim pro quia vbi tuus vultus: inſtar ideſt qui habet ſtatum & formam veris ideſt temporis verni: affulſit ideſt fulgendo aſpirauit populo: dies it ideſt procedit gratior: & ſoles nitent melius: quia ſine luctu. Nam vt mater vocat omnibus, votis, & precib⁹: iuuenem ſcilicet filium: quem notus ideſt ventus ille humid⁹: detinet inuido flatu: quia ſemper contrario: & ita matris gaudijs inuidenti: trans æquora maris Carpathij: detinet inquam cunctantem ideſt immorantem longius a domo dulci: ſpatio ãnuo ideſt per ſpatium vnius anni: nec ipſa dimouet faciem ſupple a littore ſcilicet matris: quod omni littori commune eſt: Sic patria ſcilicet Roma icta ideſt percuſſa fidelibus deſiderijs: quia ob merita deſiderati: quærit Cæſarem ſcilicet te. Et em̃ bos perambulat nunc tutus ab hoſtibus & predonib⁹: rura. Ceres dea frugum & alma fauſtitas ideſt felicitas producendi, nutrit rura & nauitæ: ideſt nautæ: volitant: ideſt celeriter & miſſilibus nauigijs percurrunt mare pacatum ſcilicet a piratis. Fides metuit culpari, ideſt nemo eſt in fidelis. domus caſta: ideſt quia nunc caſta eſt, nullis ſtupris polluitur. Mos ideſt honeſtum inſtitutũ diu obſeruatum, & lex edomuit nefas maculoſum ideſt turpe adulterium. Puerperæ ideſt pueros parientes. laudantur prole ſimili ideſt propter prolem ſimilem marito. Nã pœna ab Auguſto indicta: comes ideſt comitans: premit ideſt ſupprimit culpam ideſt peccata. Deinde proſequitur victorias Auguſti, & pacem atq; beatam vitam illas ſubſecutã, dicens. Quis paueat Cæſare incolumi.i. tãtiſper dũ Aug. Cæſar ſit incolumis: ptũ ſ. ferociſſimũ hoſtem Romano imperio: quaſi dicat merito nullus q̃a Cæſar coegerat Parthos reddere ſigna Romana. Quis paueat Scythen ſeu Scytham (Nam maſculina apud nos in a. ſi etiam græca ſunt, exeunt fere apud gręcos in ης hoc eſt in es vt ſcytha & ſcythes. planeta & planetes &c.) gelidũ: non ad

dulci domo longius anni ſpatio. Votis o. tã q̃ vota pro reditu faceret: & omnia aduerſa timeret. Curuo nec. f. vt affectum deſiderãtis oſtenderet, eas partes ſollicite dixit attendi: a quibus ſperat reuerti Sic deſiderijs. tanq̃ patria deſiderio Auguſti percuteretur: dũ pro eius ſalute eſſet ſollicita. Tutus bos etenim. virtute dicit & diſpoſitione Cęſaris preſtitam agris quietem. vt ille meas errare boues vt ceruis & ipſum Ludere que vellem calamo permiſit agreſti. Almaq; fauſtitas noue vt felicitas dictum. Pacatum v. per. m. n. compreſſi. n. ab eo fuerant piratę. Culpari m. f. tanq̃ cuius tempore nec creditum nec depoſitum negaretur. Caſta. pudica. vt Caſta pudicitiam ſeruet domus. Mos & lex m. e. n. legem ſignificat quã de coercendis adulterijs ſanxit. Laudãtur ſ. p. p. tanq̃ abeſſe matrimonio culpam prolis & parentum ſimilitudine demonſtraret. vt Si quis mihi paruulus aula Luderet Aeneas: qui te tantum ore referret. culpã pœ. pre. c. comes inquit culpę pœna eſt: nec differendo vindictam pręſtat peccandi licentiam. Quis p. p. nullas gẽtes dicit incolumi Cęſare formidare. Feræ indomitæ & bellicoſæ Hiſpaniarum gentes. Condit. q. d. c. finit: explet. Vir. Cãtando lõgos memini me condere ſoles: Et vitam viduas ducit ad arbores. beneficio Auguſti per hoſtium preſtitam vilitatem agrorum cultũ creſcere. viduas vero arbores ſine vitibus dixit. vt Stratus humi palmes viduas deſiderat vlmos. Hinc ad. v. r. a labore conuiuia. Et. a. t. m. a. d. Secũdæ menſæ dicebãtur que in honorem deorum exhiberi conſueuerant vt Non ego te dijs & menſis accepta ſecundis Trãſierim Rhodia. exhiberi ergo & Auguſto ſignificat honorem deorum per eaſdem celebritates.

Secunde menſæ.

❡Diuis orte bonis. hæc Ode ad Auguſtum ſcripta eſt, diutius in tranſmarinis prouincijs morantem populi ac ſenatus legationibus miſſis reditum eius precantis. Inſtar veris. n. vultus vbi tuus affulſit. hoc eſt præſentia tua ad inſtar vernæ gratiæ exhilarentur omnia. Vt mater iuuenem quem not⁹ inuideo Flatu Carpathij trans maris æquora Cunctãtem ſpatio longius ãnuo Dulci diſtinet a domo votis omnibuſq; & precibus vocat. ordo eſt. vt mater vocat iuuenem cunctantem ſpatio longius annuo: votis omnibuſq; & precibus. Cunctantem autem demorantem ſignificat. vt eſt apud Virgilium. Reginam thalamo cũctantẽ ad limina primi Pœnorum expectant. Sic deſiderijs icta fidelib⁹ quærit patria Cæſarem. Icta participialiter dicitur. & ſignificat percuſſa. Nutrit rura Ceres almaq; fauſtitas. adnotandum nomẽ fauſtitas ſic dictum: quaſi felicitas aut iucũditas Mos & lex maculoſum edomuit nefas. eleganter videtur eam legem ſignare quam de adulterijs coercendis ſanxit. Culpam pœ. pre. comes. pœna it comes inquit culpę ſuæ ideſt non differt pœnam ſuam delinquẽtib⁹ per hoc ſignificat ingeneroſe nihil aut negligenter fieri. Et vitem viduas ducit ad arbores. ſuauiter & viduas arbores dixit prius q̃ vites adiunctas habeant quas cum habẽt maritari dicuntur ruſticis. Et alteris te mẽſis adhibet deum ideſt ſecundis.

POR

Argumentum Odes. V.

❡Abſentem ab vrbe Auguſtum ad reditũ exhortatur. cũcti etenĩ ipm̃ optabãt: cũ pręſerti iã oĩa bella qeſcerẽt: & pax vbiq;: næc timenda regio vlla Romanis eſſet: iã cũctis pene ſubactis. eum poſtea vti deum coli ab

ANTO

omnibus scribit.quod quidem ex historia sũ
Augusti honores. psit.nam Sue.ait prouinciarum pleraſq; sup templa & aras ludos quoque quinquennales pene oppidatim Augusto constituisse. Diuis orte.Odæ est similis sexte. Est autem ordo. o optime Romule orte bonis diuis &c.Est enim Augustus ortus ab Aenea. Romulo:& Iulio Cæsare per adoptionem nam reuera filius fuit Acciæ filiæ sororis Cesaris optime Romule idest Auguste.Quidā
Romul⁹ enim censuerunt Augustum Romulum appellari oportere:quasi & ipsum conditorē

bella sed in gelida regione natum?Quis paueant inclum Cæsare,fœtus supple hominũ bellicosorum quos Germania horrida:idest aspera aut frigida/sednon bello:parturit. Quis curet bellum Iberiæ idest Hispaniæ:feræ idest ferocis:q.uasi dicat nemo.quia om̄es hi aut ab Augusto:aut eius auspicijs domiti fuerunt.Et ideo quisque condit idest finit diem in suis collib⁹ idest manet in patria sua:& ducit vitem ad arbores viduas. s. prius propter longa bella.Hinc idest ex huiuscemodi cultu & labore:redit quisque lætus ad vina:& adhibet alteris idest secund⁹ mensis idest ferculis ad mensuram appositis:te o Cæsar deum: quia te pro deo inuocat.

vrbis.legito Tranquillum latius:& Lu.Florum in fine.Gentis totius scilicet Pollicitus. id per litteras actũ esse intelligamus,aut per oratores.Vt mater iuuenem.ordo est:vt mater & votis om̄ibus & precib⁹ vocat iuuenem cunctantam longius annuo spatio:quem quem notus inuido idest odioso flatu trans æquora Carpathij maris detinet vel distinet:idest diuidit a dulci domo.Carpathij maris.id mare tendit vsq; ad Rhodũ:Cretamq;,ac Cyprum.vt Strabo docet lib.ij.Tutus bos.ostendit per Cæsarem Augu.omnia tuta esse:& crimina cuncta fugata.Florus enim scribit:q̄ Augustus clauso Iani templo conuersus ad pacem:primum in omnia mala & in luxuriam fluens seculum grauibus seuerisq; legibus coercuit.Faustitas.felicitas vel iucunditas Culpari metuit fides.omnes iam fidi sunt:Mos & lex.Mos est institutum patrum pertinens maxime ad re-
Mos. Lex. ligionem cerimoniasque deorum antiquorum:vt Festus ait.quid idem Macrobius lib.ij.docet.Lex est recta ratio in iubendo & vetando:vt scribit Tul.lib.i.de legibus.Maculosum nefas idest stupra & adulteria.nam eam legem tangit:quam de adulterijs coercendis sanxit.ea erat lex Iulia.Vnde Tranquillus de Augusto ita scribit.Leges retractauit:& quasdam ex integro sanxit:vt sumptuariam,& de adulterijs,& de pudicitia,de ambitu,& de maritandis ordinibus.De lege autem Iulia latius legito in Iuuenalis Satyra secunda:ibi scilicet Vbi nunc lex Iulia dormis.Simili prole.non enim nothi non spurij generantur:verum legitimi,& genitoribus similes.Quis parthum.per Augustum deuictas prouincias enumerat.Condit diem.abscondit solem:& finit diem colendo agros.id autem pacem vbique esse indicat.Alteris mensis idest secundis:que in deorũ ho-
Secunde mensæ. norem exhibebantur.vnde poeta lib.i.æne.ait de Didone.postq̄ prima quies epulis mensæq; remotæ Crateras magnos statuunt:& vina coronant.Hic regina grauem gemmis auroque poposcit Impleuitque mero pateram.& postea.Iuppiter hospitibus nam te dare iura loquuntur,Hunc lætum tyrijsq; diem &c. Valerius ateum lib.ij.scribit primos Ionas secundæ mensæ ponēde cōsuetudinē reperisse At macro.li.ij.sat.docet
Bellaria. Pēmata. Trage-hmata. bellaria significare omne secundæ mensæ genus.Nam que πέμματα greci vel τραγήματα dixerunt ea veteres nostri appellauere bellaria.vina quoque dulciora est inuenire in comœdijs antiquioribus hoc vocabulo: dictaq; ea liberi bellaria.

ACR. Vti græcia.Sic a romanis.promittit Augustum dijs penatibus sociandũ:sicut a grecis Hercules Castor & Pollux:quos & ciuica animi familiaritas commendauit:aut quos labor diligi fecit & virtus.Et m.m.h.,beneficiorum.Dux.b.f.aut propter continuationem victoriarum longas optauit ferias.aut abominando bella vitam prolixam.Integro toto die.Sicci.ieiuni.Vuidi pleni. vt Vuid⁹ hiberna venit de glande Menalcas. Subest subter est idest in occasum conditus est.

POR. Et m.m.h.memor beneficiorum eius, dicimus.Vuidi idest poti ac madidi.

ANTG Laribus idest penatibus.colebantur.n.in domo lares hinc Naso lib.i.tristium de vxore inquit.Illa sed ante lares sparsis prostrata capillis Contigit extinctos ore tremente focos.Sunt etiam lares vrbiũ custodes: de quibus idem lib.v.fast.ait.Stant quoq; pro nobis & præsunt mœnibus vrbis:Et sunt præsentes:auxiliumq; ferunt.De laribus tamen latius Epodo secũda videto.Castoris. Ode tertia,&.xij.lib.i.de Castore & Polluce dictum est,Herculis.Athenienses Græcorum primi vt deũ sacrificijs Herculem coluerunt sueq; pietatis erga illum deum:exemplũ reliquis prebenres:vniuersam primum Græ-

Te multa prece prosequitur mero
Diffuso pateris:& laribus tuum
Miscet numen:vti Grecia Castoris:
Et magni memor Herculis.
Longas o vtinam dux bone ferias
Prestes Hesperie:dicimus integro
Sicci mane die,dicimus vuidi
Cum sol oceano subest.

Te multa.Ordo est,& quisq; in secundis mensis prosequit te multa prece idest precatur te vt deum multa:& prosequitur te multo mero fuso pateris/vt.s.in honorē tuum ebibatur: vt recitauit paulo ante Mancinellus de Didonis cōuiuio ex æneis. i.Et miscet tuum numen idest diuinam potentiam tuam:larib⁹ idest dijs suis domesticis:vti idest quemadmodum Græcia memor sup.beneficiorum miscet laribus suis numē Castoris sup. & Pollucis/& magni Herculis. Nos sicci idest nondum poti dicimus magne idest matutino tempore vt pote die integro. i. dum dies adhuc integer:& nos vuidi idest poti & vino irrigui dicimus cum sol subest oceano idest post occasum solis:o vtinam bone dux.s.Auguste,prestes idest exhibeas Hesperiæ. i. Italiæ:longas ferias idest vacationes ab labore quas.s. ob reditum tuum libenter faciamus.

ciam:deinde cæteras omnes gentes ad eius cultum conuertere.scribit ea Dio.lib.v.Longas o vtinā.ordo est Sicci mane integro die dicimus o vtinam bone dux:o bone dux vtinam prestes hesperiæ longas ferias, vuidi cum sol oceano subest dicimus o bone dux vtinam &c.Ferias.solebant indici feriæ ab Imperatoribus ꝓpter victoriam.poeta igitur illas fore longas exoptat.Ferias,vt scribit Pompeius,antiqui festa vocabant: & aliæ erant sine die festo:vt Saturnalia.De ferijs autem plurima legito in Macro.de varietate dierũ lib.i. Sat. Sicci. ieiuni.sobrij.Vuidi:vinosi.

ACR. Diue quem p.hymnum hic Apollini dicit:& commendat carmina sua secularibus ludis:qui celebrant̄ post centum annos supra Tyberim aut in Capitolio.Quem p.n.laus Appollinis de factis,quia in vindictā matris Latonæ Niobem cũ filijs suis interemit. Tityosq; r. qui vim Latone inferre conat⁹ est.Alte.magne

Ode.VI.Sapphica.de laudibus Apollinis.

Diue quem proles Niobea magne
Vindicem lingue:Tityosq; raptor
Sensit,& Troie prope victor altæ
Pythius Achilles,
Cæteris maior,tibi miles impar,

Filius quamuis Thetidis marinę
Dardanas turres quateret tremenda
Cuspide puga
Ille mordaci velut icta ferro
Pinus: aut impulsa cupressus Euro
Procidit late: posuitq collum
Puluere teucro.
Ille non inclusus equo Mineruę
Sacra mentito malę feriatos
Troas: & lętam Priami choreis
Falleret aulam.
Sed palam captos grauis heu nefas heu
Nescios fari pueros Achiuis
Vreret flammis etiam latentes
Matris in aluo,
Ni tuis victus venerisq gratę
Vocibus diuum pater annuisset
Rebus Aeneæ potiore ductos
Alite muros.
Doctor argutę fidicen Thalię
Phoebe qui Xantho lauis amne crines
Daunię defende decus camoenę
Leuis Agyleu.
Spiritum phoebus, mihi phoebus artem
Carminis nomenq dedit poetę,
Virginum primę puerique claris
Patribus orti
Delię tutela deę fugaces
Lyncas & ceruos cohibentis arcu,
Lesbium seruate pedem, meiq
Pollicis ictum,
Rite Latonę puerum canentes:
Rite crescentem face noctilucam:
Prosperam frugum celeremq pronos
Voluere menses.
Nupta iam dices ego dijs amicum
Seculo festas referente luces
Redidi carmen docilis modorum
Vatis Horati.

ACR. ¶ Sic Tauriformis voluitur Aufidus. oīm famosorum fluminum vultus cum cornib⁹ finguntur. ideo tauriformis: propter impetus & mugitus aquarum. vt Corniger hesperidum fluuius regnator aquarum. Diluuiem meditatur agris. inūdationem fluminis viro forti comparat pro Drusi laude. vt Aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros Primosq; & extremos metendo. vt Proxima queque manus gladio metit. Sine clade. sine damno suorum militum dicit. Te copias te. c. Augusti auspicijs Drusum dicit hostes fudisse: & felicitatem habuisse. Nam tibi quo die portus Alexandrea supplex. felicitati assignat Augusti Drusi victoriam, demōstrando ante annos duodecim eo die Alexādriam ab Augusto captam: quo Drusus Vindelicos superauit: Pompei. n. mortem actiaco bello vltus Augustus est. Et vacuam patefecit aulam. sine damno: sine hoste: sine domino. Et optatum peractis. Immortalitatem & consecrationem videtur significare. peractis enim imperijs diuinos honores meruit Augustus: vt idem in secundo epistolarū. Præsenti tibi maturos largimur honores: Iurandasque tuum per nomen ponimus aras. Nō ante domabilis. non ante Cæsarem victus Profugus Scythes. aut sub aquilone interi⁹ constitutus: aut qui nunq̄ in eodem loco maneat. Tutela præsens sic idem alibi. Res Italas armis tuteris, moribus ornes. Præsēs. aut potens: sine propitia. vt Virgi. Et vos agrestum præsentia numina fauni. Te fontium qui cælat origines. origo enim Nili nescitur Et gens si qua iacet nascenti conscia Nilo. gētes fluminum commemoratione designat. Obstrepit oceanus Britannis. Britanni em̄ interfuso oceano a terris omnibus separātur vt Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Non pauentis. f. g. Galli enim mortem non pauent. Duræq;. laboriosę. vt Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. Te cæde. g. Sicā bella optantes assidua. qui & Germani Cō positis venerantur ar. pacatis moribus & feritate deposita.

POR. ¶ Sic tauriformis voluitur Aufidus. omnia fluminum genera taurino vultu & cornib⁹ pinguntur propter impetus & fremitū ipsarum aquarum. Cum sæuit horrendamq; cultis diluuiem meditatur agris. male dixit meditatur. quia in ipso actu est: nec debet cogitare aut condiscere id quod iam facit. Primosq; & extremos metendo. sic & Virg. Proxima quęq; metit gladio. Sine. c. v. i. sine suorum clade. Te. c. & tuos. p. d. hoc ideo dicitur quia auspicijs Cęsaris hæc egisse dicitur. Nam tibi quo die. ita euenit vt post annos. xv. Drusus eo die Rhetos Vindelicos vinceret: quo die Augustus Alexandriam vicerat. Et optatum peractis. immortalitatem: & consecrationem videtur significare: cū dicat peractis imperijs. Te profugus Scythes profugus dicitur quia nunq̄ eodem loco manet. Vnde & Nomades dicuntur. Te nō pauentis funera Gallię duræq; tell⁹. ꝑ zeugma

¶ Sic tauriformis. Ordo est. Aufidus fluuius Appuliæ: tauriformis: idest habens formam tauri: qui perfluit regna Dauni Appuli idest quondam Appulorum regis: voluitur sic cū sęuit per inundationem, & minatur agris cultis, idest satis diluuiem idest inundationem horrendam: vt Claudius Tyberius diruit vasto impetu agmina barbarorum: ferrata: idest armata: & strauit humi idest per humum: metendo idest resecando & vellendo primos & extremos omnes obstantes: existens victor sine clade, scilicet suorum: & hoc o Auguste te prębente copias. s. exercituum: & consilium: & diuos tuos: idest tibi fauorabiles. Nam eodem die (transactis tamen. xij. annis) quo Alexandrea scilicet regia Aegypti supplex: idest subacta: patefecit tibi portus & aulam vacuam: scilicet rege: fortuna prospera reddidit tertio lustro: idest arrogauit imperijs peractis: idest oīb⁹ tuo imperio subditis, laudem & decus optatum: idest dictaturam perpetuam: & patris patrię appellationem. Cantaber populus Hispaniæ non domabilis ante: & Medus, & Ind⁹: & Scythes idest scytha profugus, idest Parthus aut Scytha in plaustris domicilia: vt prius vidimus, habens: miratur te o tutela præsens idest præsenti numine fræta: Italię & Romæ dominæ. i. principis vrbium, quam vt egregiam doceat: seorsum ponit. Nilus qui cælat origines fontium idest vnde oritur: & Ister qui in quibusdam locis Danubius dicitur, & Tygris fluuius Armeniæ: & Oceanus bæluosus: idest multa monstra & bæluas varias

Continens:qui obstrepit Britannis remotis:scilicet a globo huius mundi:vt in Buc. Maro. Et penitus toto diuisos orbe Britannos:& tellus Galliç non pauentis funera idest mortem:aut quia bellicosus est Gallus:aut quia persuasum etiam tunc habuit post hanc vitam esse & aliam.vnde hic sępe mutuo dabāt quod illic reciperent.& tellus Iberiæ.id est Hispaniæ:difficilis ad vincendum:audit te:id est obtemperat tibi:& Sicambri populi inferioris Alemaniæ gaudentes cæde:venerātur te armis compositis idest sedatis.

ex inferiore versu audit accipere debemus. non pauentes autem Gallos funera ait, quia vel ferocia vel vana persuasione rursus renascendi mortem non timebant.de quibus Lucanus ait, Animæq; capaces Mortis:& ignauum rediturę parcere vitæ.Compositis venerantur armis.id est pacatis.

¶ Tauriformis Aufidus. habens tauri formam.fluuij enim cum cornibus pinguntur & propter aquarum murmur & impetum: & propter retortas ripas. Claudius. Tybe ANTO

rius.de Claudia autem domo latius supra patuit. Alexandrea. Alexandria:& Alexandrea dicitur:vt Priscian⁹ docet libro.ij.qui hunc locum Alexandrea per e.legit:quomodo autem ceperit Alexandriam lege superius: & etiam carmen Epodon.Peractis imperijs.id est omnibus tuo imperio subditis.Optatum decus.scribit Florus q̄ Augustus ob ingentia facta dictator perpetuus & pater patriæ dictus est. Tractatum etiam in senatu an q̄a cōdidisset imperiū:Romulus vocaretur.Sed sāctius & reuerēti⁹ visū est nomen Augusti: vt iā tū dū coleret terras ipso nomine & titulo cōsecraretur.Præterea scribit Suetonius:quum Augustum senatus cum populo Romano consalutauit patrē patrię,respondit Augustus lachrymans his verbis(ipse enim sicut Messalæ opposuit)compos factus votorum meorum patres conscripti quid habeo aliud deos immortales precari q̄ vt hunc consensum vestrum ad vltimum vitæ finem mihi perferre liceat:Per hęc igitur verba ego intelligo optatum decus:cognomen patris patriæ. Arrogauit.de scripsit:deputauit:tribuit.Cantaber.de Cantabris latius supra.de Medis item.Indus.scribit Eusebius q̄ Indi ab augusto per legatos amicitiam postularūt.Strabo autem lib.xv.sic ait.His ea addi possunt:quæ a Nicolao Damasceno dicuntur.Refert em̄ se Antiochiæ quę apud Daphnen est.Indorum legatos vidisse qui ad Cæsarem Augustum venerant:qui quidē plures ex epistola significabantur,sed tres tantum seruati erant:quos vidisse se ait,cæteri longitudine vię:magna ex parte perierant:addit etiam epistolam grecam fuisse in membrana scriptam in qua significaretur Porū esse qui scriberet,& cum sexcentis regibus imperaret,Cęsaris tamen amicitiam multifacere:& paratum se quocunquæ voluerit aditum exhibere:& in quibuscunq; rectum fuerit opitulari.hæc dicit in epistola cōtineri. Allata præterea esse dona octo seruos nudos in subligaculis aromatibus delibutos:esse autem dona alia Mercurium a puero bra chia exertum:quem nos vidimus.item viperas ingentes:& serpentes decem cubitorum, & testudinem fluuialem trium cubitorum:& perdicem vulture maiorem &c.Te profugus Scythes.Parthi, de quibus latius supra:Scytharum exules dicti sunt.Nilus.Nilus incertis oritur fontibus secundum quosdam:immēso longitudinis spatio ambulans:demum pluribus in locis & latens & exiens Africam ab Aethiopia diuidēs medios Aethiopes secat.longo postea interuallo in Aegyptium mare se euomit.hæc & plura Pli.lib.v.ca.x Ister.Ister vt Strab.ait libro.ix.oritur ab extremis Germaniæ partibus.superiores autem fluminis partes infōtes versus vsque ad præcipites eius decursus:quos cataractas nominant:Danubium vocant : quæ maximæ per Dacorum agrum delabuntur.alias vero inferiores vsq; in pontum per Getas Istrum vocitant.Rapidus Tygris oritur Tygris in regione Armeniæ maioris fonte conspicuo in planitie.a celeritate autem Tygris dicitur.ita enim appellant Medi sagittam.auctor Pli.lib vi.Bæluosus Oceanus.in eo enim variæ sunt bæluæ vt alibi diximus ex Plinio.Britannis.Augusti tempore vniuersa fere Britanniæ insula Romanis propria familiarisq; habita.vt docet Strabo libro.iiij.Galliç.de Gallia & Iberia multa superius.Sicambri.dixim⁹ etiam supra Augustum Germanos vltra Albim submouisse:ex quibus Sueuos & Sicambros dedentes se traduxit in Galliam,atq; in proximis Rheno agris collocauit.vt Tranquillus ait.Compositis.pacatis & repositis ac collocatis.

Augusti⁹

Indorum rex. Porus.

Decimaquinta & vltima Ode Tricolos Tetrastrophos.Qua rursus Augustum celebrat.

PHœbus volentem prçlia me loqui.
Victas & vrbes increpuit lyra,
Ne parua Tyrrhenum per ęquor
Vela darem.tua Cæsar ætas
Fruges & agris rettulit vberes,
Et signa nostro restituit Ioui
Direpta Parthorum superbis
Postibus,& vacuum duellis
Ianum Quirini clausit,& ordinem
Rectum & vaganti frena licentię
Iniecit:amouitq; culpas,
Et veteres reuocauit artes,
Per quas Latinum nomen,& Italę
Creuere vires famaq;,& imperi
Porrecta maiestas ad ortus

¶ Phœbus volentem prelia me loqui Victas & vrbes increpuit lyra.non lyra increpuit:sed volentem me prelia lyra loqui:q̄d est lyrico carmine:Phœbus increpuit.amoribus enim aptum hoc est metrum.vt Cum canerem reges & prelia Cynthius aurē vellit & admonuit.Ne parua.t.per.æ.per allegoriam significat magnam materiam nō sufficiētiingenio & humili generi carminis nō debere cōmitti.Fruges & a.r. vb. Seu quia in pace diligentior cultus vberiorē fructum facit.seu quia ipse deus Cęsar faueat frugib⁹ vt Ecce dionei processit Cæsaris astrū. Astrum quo segetes gauderent frugibus. Et signa nostro.r.i.quæ interfecto Crasso cū exercitu:Augustus a Parthis susceperat. Et vacuum duellis Ianum.significat omnia pacata sub Cæsare tēplo Iani clauso quod belli tempore semper patere consueuit. vnde ad significationem futurę pacis apud Virgiliū. Claudentur belli portæ.Duellis. bellis. Ianum. Quirinum. Euaganti, f.l. leges tulit: quibus mores regerentur.Emouitque. c.remouit:eiecit. vt Emoti procumbunt cardine postes. Et veteres reuocauit artes in his enim virtutibus veteres vitæ artes esse dicebant,prudētia,iustitia:fortitudine: & tēperātia,p̄ has oēs cōstare voluerūt discipli-

ACR.

nas. Ad ortum solis ab hesperio cubili. vt Imperium Oceano, famam qui terminet astris. ab oriente ad occasum imperium significat peruenisse Rõanũ: vt Et qua sol inter vtrũq; recurrens respicit Oceanũ. Exuet. excludet. Procudit. in cudibus producit enses: & fabricat. Et.m.i.v. inimicas facit. Miseras autem: tanq̃ bellum facientes. Non qui profundum.d.b. gentes a fluuio. vt Qui tyberi fabarimq; bibunt. Edicta.r.i.a nullis gẽtibus dicit leges Augusti contenni. in Iuliam enim gentem fuerat adoptatus Augustus. Infidiq; Persæ. Crassum.n. securum de pace persuaserant Non.t.p.f.o. Scythæ. Nosq; &.p.l. diebus. profesti dies dicebantur qui ante festos erant. Iocosi. leticiam iubentis: vt Adsit lætitiæ Bacchus dator & bona Iuno. Apprecati. inuocantes. Virtute.f.m.p.d. duces inquit optimos parentũ pietate venerabimur inter quos Augustus est. Lydis remixto.c.t. Lydis tibijs læta cantabantur: phrygijs tristia. tres enim modos habebant tibiarũ. Ionicum, Lydium: & Phrygium: quem & barbarum. in honorem autem Lydorum dictũ q̃ ipsi primi tibias inuenerunt. Troiamq; & Anchisen & almæ p.v.c. in honorem Augusti Venerem laudari vult: quia ab Iulij descendit origine. Ordo. nos apprecati deos canemus duces functos virtute more patrum remixto carmine tibijs Lydis & Troiam.

POR. ¶ Phœbus volentem prælia me loqui. quidam separant hanc oden a superiore: sed post est illi iungi: quoniam hic laudes dicuntur Augusti. Phœbus volentem prelia me loq̃ victas & vrbes increpuit lyra. non lyra increpuit: sed volentem prelia me lyra loqui. i. lyrico carmine. Ne parua Tyrrhenum per æquor Vela darem. allegoricos significatur ne magnam materiam humili generi carminis committerem. Et signa nostro restituit Ioui. signa que adepta Romanis interfecto exercitu a Parthis Crasso duce, August[9] recuperauit. Ianum Quirini clausit idest pacẽ vbiq; fecit. tunc.n. claudebatur. belli vero tẽpore patebat. nam & Virg. volens ostendere perpetuam pacem futuram: sic ait. Claudentur belli portę. Et ordinem rectum euaganti frena licentiæ iniecit. ordo est. iniecit frena licẽtiæ ordinem rectum euaganti. Nõ furor c.a ut vis exiget o. exiget nunc excludet sit quasi extra aget. vt Teren. Spectãdę an exigendæ. Non ira que procudit enses. p̃cudit. hoc est fabricat. Et miseras inimicat vr. inimicat fictum verbum est idest inimicas facit. Non Tanaim prope flumen orti. Scythas signat. Lydis remixto carmine tybijs. aiunt tres modos tibiarum esse; ionicum: lydium barbarum. Et almæ progeniem Veneris canemus idest gentem Iuliam: quæ in Iulo nepote Veneris orionda existimatur.

Argumentum Odes. XV.

ANTO ¶ Augusti Cæsaris laudes hæc ode continet vti & precedens. ille enim a Parthis Crasso ablata signa resumpsit: Ianiq; etiam tẽplum omni bellorum remoto furore clausit. Phœbus volentem. Ode est similis præcedenti. Est autem ordo. Phœbus increpuit me, lyra volentem loqui prælia & victas vrbes. Parua vela. lyricos versus intelligit non aptos quidem cantandis prę lijs. Tyrrhenum per æquor. metaphora. intelligit autem maxima Cæsaris Augusti gesta. Tua Cæsar ætas. Augustum laudat a pace: qua sane bõa cuncta proueniunt: vt fruges & similia. Signa. de ijs videto in fine Odes secunde. lib. i. Ianum Quirini. Numa Pompilius mitigandum ferocem populum armorum dissuetudine ratus: Ianum ad infimum argiletum indicem pacis bellique fecit: apertus vt in armis esse ciuitatem, clausus pacem circa omnis populos significaret. bis deinde post Numæ regnum clausus fuit. semel Tito Manlio consule post primum punicum p̃fectũ bellum. iterum Augusti tempore post bellum Actiacum pace terra mariqueparta. hæc ex Liuio. Sueto. etiam

Solis ab Hespero cubili.
Custode rerum Cęsare non furor
Ciuilis aut vis eximet ocium,
Non ira quę procudit enses,
Et miseras inimicat vrbes,
Non qui profundum Danubium bibunt
Edicta rumpent Iulia, non Getę
Non Seres: infidiq; Persę,
Non Tanaim prope flumen orti.
Nosq; & profestis lucibus & sacris
Inter iocosi munera Liberi
Cum prole matronisq; nostris
Rite deos prius apprecati,
Virtute functos more patrum duces
Lydis remixto carmine tibijs
Troiamq; & Anchisen & almę
Progeniem Veneris canemus.

¶ Phœbus. Iterũ Augustũ laudans dicit. Phœbus idest Apollo increpuit idest reprehendit me (sic Maro in Buc. Cum canerem reges & prelia: Cynthius aurem Vellit, & admonuit: pastorem Tityre pingues Pascere oportet oues: deductum dicere carmen (volentem loqui idest dicere lyra idest lyrico carmine consequi: prelia scilicet Augusti: & vrbes victas ab eo: ne darem parua vela per æquor Tyrrhenum idest ne immensam laudem tenui stilo mandarẽ. Quia o Cæsar Auguste tua ætas scilicet aurea: rettulit & idest simul agris fruges vberes idest abundantes: & restituit Ioui nostro idest capito lino: signa direpta: superbis postibus idest tholis Parthorum vbi erant affixa postq̃ ablata fuerant Crasso. & clausit Ianum Quirini idest tẽplum Iani Quirini clausit: vacuum duellis idest bellis. & iniecit licentie idest dissolutioni licenter viuẽdi vaganti scilicet pri[9] rectum ordinem & frena idest morum leges tulit: & amouit culpas: & reuocauit veteres artes scilicet frugalitatis & continẽtiæ: per quas nomen latinum & vires Italæ creuere scilicet primum: vt docet Liuius in prima prefatione: & fama sup. creuit & maiestas imperij est porrecta idest extensa ab hesperio idest occidentali cubili solis: sup. vsq; ad ortus solis. Furor ciuilis .i. intestinus: aut vis scilicet externa: non eximet idest nõ abolebit ocium Cęsare custode idest tantisper dum Cæsar erit custos rerum. Ita que procudit enses & inimicat idest inimicas facit: miseras vrbes & ij qui bibunt. Danubium profundum idest Germani: Pannones: Daci: qui omnes sunt bellicosi: & Seres idest populi ad Indiam: & Persæ infidi: & Getæ. de quibus Maro. Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ. & orti prope Tanaim flumen idest Scythæ: non rumpent edicta Iulia: que Augustus maximopere conatus est efficere rata. Nam vt Suetonius scribit, nihil conuenientius duxit q̃ necem auunculi vindicare: tueriq; acta. vnde hic Iulia idest Iulij Cęsaris potius q̃ Augusti dicam. Et nos inquit poeta: prius apprecati rite idest vt decet deos, canemus & profestis idest non festis lucibus. i. diebus: & sacris idest festis inter munera idest dona, liberi scilicet patris Bacchi: hoc est vini: iocosi scilicet ab effectu: cũ prole idest liberis & matronis idest vxoribus nostris: canemus dico more patrum idest maiorum nostrorum: carmine remixto. i. attẽte & artificiose quasi iterũ arcq;. i. mixto: tibijs Lydis. i. a Lydis inuentis: duces functos virtute idest iam virtute in cęlũ translatos: & Troiam idest Troianos priscos: & Anchisen & progeniem Veneris almæ scilicet Aeneam: Iulum: reges Albanos: Romulum: Iulium Cæsarem & Augustum.

de Augusto sic. Ianum Quirinum semel atq; iterum a condita vrbe ante memoriam suam clausum in multo breuiore temporis spatio terra mariq; pace parta clausit, Florus item sic, Ausuſq; tandem cæsar Augustꝰ septingentesimo ab vrbe condita anno Ianum geminum claudere, bis ante se clausum, sub numa rege, & victa primum carthagine hinc conuersus ad pacem primum in omnia mala & in luxuriam fluens seculū grauibus seuerisq; legibus coercuit. &c. Plutarchus quoq; de Numa & Iano sic. Est & eius tēplū Romæ duabus portis: quod belli ianuā vocāt: Legitimū eī est ipm aperiri quū bellū sit, in pace aūt claudi: meminit itē de Iani tēplo Ouid. lib. i. Fast. Ianū Quirini Macrobius lib. i. satur. scribit Ianum Quirinū dictū quasi bellorū potētē, ab hasta quā sabini curim vocāt. Et ordinē re. Augustus eī vt diximꝰ: cōuersus ad pacē primū in oīa mala & in luxuriā fluēs seculū grauibꝰ seuerisq; legibus coercuit. Veteres ar. quatuor virtutes intelligit prudētiā, iustitiā, tēperātiā: fortitudinem. Nā ars vt ēt Diomedes scri. ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ab arete .i. ab virtute dr̄. Maiestas, amplitudo & dignitas. Imperi pro imperij, Procudit. i. cudēdo extendit ac fabricat, Edicta Iulia. i. Augusti in Iuliam gentē adoptati. Nosq; oñdit se die qq; dijs sacrificaturū cantaturūq; strenuos duces & Veneris ꝓgeniē: vñ Iulia gēs ortū habuit: Nā ex Venere ortus est Aeneas, inde Ascanius, a q̄ Iulꝰ, cui regni loco apud Albā sacra est potestas attributa atq; honor, cuius famila fuit maxīa atq; clarissīa oim. auct. est Dionysius lib. i. Ex eadem familia Iulius cæsar est, vñ Maro ait. iulius a magno demissū nomē iulo. q̄d ñ de Ascanio intelligendum est, sed de iulo Ascanij filio. qui magnus fuit q̄tum ad sacrā potestatē & honorem vt oñdimus, Profestis lucibus: ꝓfestū diē dicebāt qui festꝰ nō erat, vt Pōpeiꝰ ait. More patrū: Vale. li. ij. sic ait. Maiores natu in cōuiuijs ad tibias egregia superiorū opera carmine cōprehensa pāgebāt, q̄d ea imitāda iuuenem alacriorem redderent. Cicero item libro primo Tus. scribit esse in catonis originibus: solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus: Lidis tibijs. de ijs late superius, Ioco ii: dantis iocos, lætitiam, iucunditatem. Veneris progeniem, Iuliam gentem, Vt diximus.

Iulus. Profesti dies. Conuiuarum tibiæ.

¶ Commentarius in carmen Epodon, Q. Horatij Flacci: per Antonium Mancinellum Veliternum,

EPODI dñr versus metro q̄libet scripti, & sequētes clausulas hñtes particularū ipsorū versuū, quales sunt Epodi Horatij, in quibꝰ singulis v̄sibꝰ singulæ clausulæ adijciūt. vt nox erat, & cælo lucebat luna sereno, deīn, Inter minora sydera. & quicūq; sūt similes. Dñr aūt Epodi Synecdochicos a partibꝰ versuū q̄ legitimis & itegris versibus ἐπᾴδονται. i. accinūt, hęc ex Diomede: Ex quibꝰ colligimꝰ q̄ Epodos ꝓprie dr̄ v̄siculus sequēs. tñ & superior & sequens simul Epodos vocāt. per synecdochen. s, vñ & alibi ait Iābicū est carmē maledicū plerūq; trimetro versu & Epodo seq̄nte cōpositū, Epodos aūt mediā ꝓducit, nā p ω mega scribit, q̄d ēt ꝓbat Sidoniꝰ hoc phalecio hendecasyllabo. Sermonūq; sales nouūq; Epodō hmōi aūt v̄ꝰ teste Manlio Theodoro cōstāt. Spōdeo, Dactylo, & tribꝰ Trochæis. Ausoniꝰ ēt ait, Choriābū carmē Epodos. græci quidē in vltima accētū faciūt, & ita mediā corripiūt. Epodō carmē dr̄ scd'm Acronē, qñ prior v̄ꝰ maior est, secūdus minor, sed cōtinuo tenore primi v̄ꝰ sensꝰ v̄su seq̄nti cōcludit: Epodos inquit Tortellius, apd' nos dici pōt carminis cātꝰ, in Epodiō diminutiuū. i. puū carmē: q̄d' a Lyricis clausula breuis dr̄: quasi pciosos v̄ꝰ itegris subijciat, hoc aūt modo cōponeret ab ἔπος & ᾠδή. Diomedis tñ snīa magis placet: vt Epodi dicāt v̄ꝰ illi, quia ἐπᾴδονται. i. accinūt. ἐπᾴδω vero accino & incāto significat ἐπῳδή incātatio dr̄ ἐπῳδὸς incātator. ἐπᾴδω cōponitur ex ἐπί & ᾄδω. i. cāto. iñ eī ἐπᾴδω, i. accino. Acrō ēt putat posse dici ab epos, atq; huius iābici metri iūetorem fuisse Archilochum scribit Horatius sic dicēs: Archilochum proprio rabies armauit iābo, hūc socci cepere pedem. grandesq; cothurni: De iābo latius dictū est Ode. xvi. li. i. Epos deniq;, vt Diomedes. scribit: græce dr̄ carmen hexametrō diuinarū rerū & heroicarū hūanarūq; cōphēsio. Epos latine primus digne scripsit Liuius is qui Rōanorū gesta decē & octo cōplexꝰ ē libris, q & annales iscribūt, q̄ fere singulorū annorū actꝰ cōtineāt. Epos aūt appellat, vt græcis placet, ab ἔπω dico ꝓprie eī ab epos est ἔμμετρος λόγος, idest metricus sermo, vel ab epo. i. sequor, q̄m hoc v̄su verba rñdent mutuo. Epo ergo duo significat, dico vel seq̄r. Gel. itē lib. xvij. cap. ix. scribit Epos. i. carmen dici ab ἕπεσθαι καὶ εἰπεῖν idest ab eo q̄d' est sequi & dicere.

Epodi. Iambicum

Q. Horatij Flacci Epodon Liber: Prima Ode Dicolos Dist. Ad Mecænatem.

Ibis liburnis inter alta nauiū
Amice propugnacula
Paratus omne Cęsaris periculum
Subire Mecœnas tuo:
Quid nos? quibus te vita sit superstite
Iucunda si contra grauis
Vtrum ne iussi persequemur ocium
Non dulce. ni tecum simul?
An hunc laborem mente laturi. decet
Qua ferre non molles viros:
Feremus, & te vel per Alpium iuga
Inhospitalem & caucasum.
Vel occidentis vsq; ad vltimum sinum

ACR.

Ibis liburnis, Metrum hoc iambicum dicitur. primus enim versus iambicus trimeter est, Secūdus dimeter iambicus, Epodon hoc carmen dicitur: Primus eī versus maior est: secundus minor. Et primꝰ versus ἐπᾴδει, idest pcanitur. vel quia gręce epos carmen dr̄, ideo Epodō hic liber nominatur quia continuo tenore primi versus sensus versu sequēti cōcluditur. Huius vero metri inuentor fertur archilochꝰ, Duo sūt gña hmōi stili. Epodon, & prodon. Epodō dr̄ quasi postcātatio: vt quid dicat primꝰ v̄sus ordo sequētis explanet, Prodon p contrarium: quasi antecātatio. Hoc ipm itē epodō quasi ꝓdō, hoc est post vocē: post cātilenā: Liber iste epodō appellat: & q̄ritur de nomine ipsiꝰ. Soluitur sic: aut quia in itinere posito Mecœnati hoc dicit, aut q̄m ita v̄ꝰ ordinati sunt, vt singulę quibusq; clausulę recinant, Clausulam dicunt Lyrici præcisos & non integros versus: Præcedit semp trimeter iābicꝰ, & seq̄tur dimeter. trimeter aūt dicitur qui habet sex iambos, Dimeter q habet quatuor. Iambicus trimeter Tragicus recipit pedes dextros, videlicet Spōdeum pri-

Forti sequemur pectore?
Roges tuum laborem quid iuuem meo
Imbellis ac firmus parum?
Comes minore sum futurus in metu,
Qui maior pascentes habet.
Vt assidens implumibus pullis auis
Serpentium allapsus timet,
Magis relictis, non vt adsit auxili
Latura plus præsentibus:
Libenter hoc & omne militabitur
Bellum in tuę spem gratię,
Non vt iuuencis alligata pluribus
Aratra nitantur meis.
Pecusve Calabris ante sidus feruidum
Lucana mutet pascua.
Nec vt superni villa candens Tusculi
Circea tangat mœnia.
Satis superq́ me benignitas tua
Ditauit, haud parauero
Quod aut auarus vt Chremes terra premam
Discinctus aut perdam vt nepos.

mũ tertiũ, & quintũ. Sinistros iãbos: videlicet, ij. quartũ: & .vi. vt diu potētes ferre vix satis opē, Comic⁹ erit q̄ freq̄ntes tribrachos habet: vt Agite q̄d dubitatis hilares dare choros, Satyric⁹ medi⁹, vt Musæ Iouē laudate & hilares date choros. Ibis liburnis. Mecœnatē ꝓseq̄t euntē ad bellũ nauale cũ Augusto aduersum Antoniũ & Cleopatrã. Ad actiacum bellũ iturus. Cæsar Au. liburnis ꝓ posuit Mecœnatē, hac igitur illũ poeta oro ne solatur. Liburnę nauiculæ textæ viminib⁹: Amice ꝓpugnacula, vt i muro ita & in nauib⁹ fiũt ꝓpugnacula, postq̄ dimicãtes armati cõsistũt. Quid nos, eclipsis: deest faciem⁹. Sup̄stite: ꝓ p̄sēti posuit, vt Plau. Nemo adest hic superstes: Vtrũ ne iussi. a Mecœnate, aut a Cæsare. ipso. n. agente Hora. ab augusto meruerat militiæ vacationē, q̄d' iiucũdũ sibi sñ ipo cõfirmat. An hũc s. tecũ suscipiem⁹ laborē: quem molles ferre nõ possũt: Inhospitalē: aut propter nimia frigora. aut inhabitabilē ꝓpter mõtis ipi⁹ asperitatē, vt inhospita syrtis, Pectore, aio: metonymicos, imbecillē. n. se corpore i sequēti dicturus erat: Quid iuuē meo, hũanæ mētis ratio ē, vt dilectis pl⁹ timeat absētib⁹ ꝑ diuersas suspitiões dicit ergo q̄ non comitatu suo imbecillis fortissimũ virum posset iuuare, sed aut pręsens cũ eo timor eēt, aut salutis ei⁹ minorē p̄sens sustineret sollicitudinē: Lucan⁹ vt timorem sollicitę mētis onũderet. Euēt⁹ belli sciat vltia cõiux. Vt assidens implumibus pullis auis. apta inertiũ curæ auiũ cõparatio, Illæ ei nidos non relinquunt cura pietatis, dum vindicare non possunt. Serpētiũ allapsus. vt ipa serpentum incursus timet magis pullis relictis: Libenter hoc & omne m. b. noue & eloquenter dixit militabitur bellum, vt pugnam pugno, seruitutem seruio. In tuę spem gratiæ: non spe prædæ: sed gratiæ Mecœnatem se dicit nolle deserere, Ante. s. f, ante caniculares dies: Lucana. m. p. i, non vt saltus Lucaniæ æstiuos accipiam: ad quos greges vitantes æstus Calabriæ trãsferantur. Superni. alti, in superiore positi. Candens aut pro altitudine niuosa, aut marmorib⁹ cõpta. Circæa. t. m. Thelegonus Circes filius Tusculum condidit, aut Circæa mœnia cãpaniæ. idest nolo continuare agros Tusculanos vsq́ ad Circæum. Benignitas. Liberalitas. Parauero, acquisiuero, Et est pronunciatum futuri temporis vt docuero. Virg Donec me flumine viuo Abluero. Vt Chremes, nomen in Terentio diuitis & tenacis. Discinctus, dissolutus, & liberus agens. Vt Malchinus tunicis demissis ãbulat. Nepos. luxuriosus, negligens.

ASCENSIVS.

¶ Ibis li. Amice. Laudat Mecœnatem q̄ Augustum in bellũ nauale sequi decreuit, se autem derelictum conqueritur dicens O Mecœnas amice. ibis. quia decreuisti ire, liburnis. s. nauibus quæ pro celeribus & aptis quibuslibet nauibus accipiuntur, inter alta propugnacula nauium paratus subire omne periculũ Cæsaris. s. Augusti tuo periculo. Quid nos sup. faciemus quibus vita sit iucunda te superstite, si contra. i. si nõ superstes grauis? Aut legendũ est si, vt Mancinellus construit. Vtrum ne. i. an ne iussi. s. a te. perseq̄mur. i. cõtinuabimus ocium non dulce s. futurum nisi simul tecum/an nos laturi hunc laborem mente qua decet viros non molles ferre, feremus & sequemur te: vel per iuga. i. sũmitatē alpiũ. i. summorũ mõtiũ Italiã ab Hispania Gallia & Germania diuidentiũ ex parte & caucasũ mõtem Scythiæ inhospitalē. i. inhabitabilē propter frigora, vel sequemur te forti pectore vsq́ ad vltimum sinum occidentis. s. maris? Roges, i. interroges forte quid. i. in quo, ego imbellis ac parum firmus iuuem tuum laborem meo sup. labore? respondet: Ego sum futurus comes in minore metu, qui. s. met⁹ habet i. occupat: maior absentes, vt auis assidens. i. incubãs pullis implumibus. i. nondum plumescentib⁹: timet magis relictis q̄ supple si adsit. non sup. ideo. quasi sit allatura præsentibus plus auxili pro auxilij, sed sup. quia certior est quid pullis fiat. Hoc bellum & omne sup. aliud militabitur libenter in spem tuę gratię i. vt gratiam tuam assequamur. Non sup. ea spe vt aratra alligata nitantur. i. ad arationem laborent, pluribus iuuencis meis. vel pro vel non sup. vt pecus meum. i. grex ouium mutet pascua Lucana calabris, añ sidus feruidũ. i. ante æstum canicularē Nec sup. ea spe. vt villa sup. mea, candens. i. nitens & splendēs (vt in episto. Hos solos aiunt sapere & bene viuere: quorum Cõspicitur nitidis fundata pecunia villis) tangat, i. æquiparet altitudie: mœnia circæa. i. a Thelego no circes filio fabricata, Tusculi superni. i. ml'tũ editi. Benignitas. i. benigna largitas tua, ditauit me satis superq́. Haud, i. nõ parauero, i. noluero si detur parare: idest comparare & acquirere, id quod ego aut premam idest infodiam terra: vt Chremes. s. comicus auarus, aut quod ego perdam: idest prodigam vt nepos, idest lubricus & perditus puer, discict⁹, i. dissolut⁹ & in omĩ luxuria diffluens,

POR. ¶ Ibis. l. inter. a. n. a. p. Hic liber Epodos inscribitur. s. q̄ ita versus in eo ordinati sunt: vt singulis quibusq́ clausulę suæ succinantur. Clausulas autem lyrici appellant quasi præciosos versus integris subiectos: qualis ē secundus. Amice propugnacula. & deince ps alterni, quibus tertia pars deest: quo minus sit pręcedentibus similes ipsi sequentes quos merito Hellines clausulas appellant & ἀλ-Λιωσεῖς. Basi enim tertia pars opus est, vt integer fiat. Ibis liburnis inter alta nauium a p. non videtur verecundiæ Horatij conuenire, Vt amicum se Mecœnatis dicat, cum clientem debeat dicere, Nunquid ergo sic ordinanda phrasis est: vt amice Cæsaris intelligamus? & ideo bis Cæsaris accipiendum: erit, vt sit tale, amice Cæsaris Mecœnas ibis liburnis paratus omẽ periculũ cæsaris tuo periculo subire. Quid. n. q. t. v. s. iu. s. c. g. bis posuit periculum: si semel abundat: melius enim sic loqueretur, quibus te superstite vita iucunda est. si contra: grauis est, ergo verbum extrinsecus accipiendum ex eo sit, vt plena fiat elocutio, Si cõtra grauis. i. superstiti cõtraria, Vtrũ ne iussi persequeremur ocium. iussi. a te: aut nũ

quid a Cæsare:dicitur em̄ Cęsar Aug.dedisse Horatio militię vacationē cum aliis negasset. An hunc labo-
rem mente laturi:decet Quē ferre non molles viros, feremus: Sensus autem est hic, ait, nunquid aīo labora
turi per absentiam tuam, suscipiemus & corporis laborē tecū eundo:corpus enim labor vult non mollium
virorum, Comes.m.sum.f.in.m. Qui maior absentes habet. Sensus est, si comes sim:minorem metum pati-
ar q̄ semper absentibꝰ maior est. Attēde a singulari numero ad pluralem transitū fecisse nunc, Vt assidēs im
plumibus pullis auis serpētiū allapsꝰ timet, attēde elocutionē, illis timet per datiuū casū: nō p̄ illis timet. sic
Teren. Syre tibi metuit. Non vt adsit auxili latura plꝰ p̄sentibꝰ. sit v̄bū hic deest:& si particula, quia ordo &
sensus hic est, non vt auxilii præsentibus sit latura si adsit. Pecusve calabris ante sidus feruidum Lucana mu
tet pascua:ambigua quidem elocutio est, sed quum ante sidus feruidum dicat:& calabriam manifestissimum
sit calidam esse:apparet eum hoc dicere, non vt pecus ante feruidissimū æstatis tempus ex calabria in Luca
niam transeat. Circæa tangat mœnia. Tusculum intelligendum: quia Thelegonus circes & Vlyssis filius
hoc oppidum condidit, Sensus est autem, vt neq; in Tusculano possideam villā, quę ibi ædificia habeat vs-
q; ad ipsā vrbem. Satis superq; me.b.t.d. Donatū sibi in Sauinis fundum a Mecœnate Hora. sæpe testatus
Quod aut auarus vt chremes terra premam, quoniam chremes nomen senis est in comœdiis:ibi enim senes
fere auari finguntur, videtur non immerito chremetem auarum dixisse, Sensus autem, non studebo nūmos
acquirere quos thesauris conditos terræ suffodiam, per quod ait nolle nummos habere plures q̄ opus sit, ac
per quod sollicitam habeat vitam. Discinctus aut perdam vt nepos. discinctos pro negligentibus solent di
cere, nepotem autem veteres prodigum ac luxuriosum dicebant, quia reuera solutiores delicatiorisq̄ victus
soleant esse qui sub auo nutriuntur.

¶ Argumentum Odes Primæ.

Mecœnas, vti etiam Appianus ondit, secutꝰ ē Augustū in Siciliā vsque cū: M. Agrippa contra Sex. ANTO
Pompeium:vbi tandem bello nauali pōpeius ipse superatus est, vt late ostendimus Ode.vi.lib.i. Se-
cutus item Augustū Mecœnas est cōtra. M. Antoniū & Cleopatram apud Actium Epiri promon
toriū, vbi naumachia liburnarū præsertim victꝰ Antonius in Aegyptum vsq̄ fugit: Augusto etiam
persequente:donec Alexandriam vi cepisset:ibi Antonius sibi mortē cōsciuit, & cleopatra, Horatius itaque
Mecœnatem alloquitur euntem in Naumachiam cum ipso Augusto paratum om̄e cæsaris periculum suo
protegere, hinc ei timens dolet poeta se relictum esse in vrbe, dicens ocium sine Mecœnate sibi nō dulce fore
sed libenter in Mecœnatis gratiam militare voluisse, non autem lucri causa quo fieret ditior. nam minime pa
rare cupit:quod aut auarus vti chremes continuo labore accumulet, inde abscondat, aut vti consumptor &
prodigus dissipet, Ostendit itaq; se paruo & iam parto cōtentum, illoq̄ parce fruiturum. Ibis Liburnis, &c.
Ode est Dicolos Distrophos, habet metrum Iambicum:quod binis versibus scanditur. Primus enim Iambi
cus hexameter est vel trimeter, si misceantur spondei. Secundus tetrameter vel dimeter spondeus īsertis. me Iambicꝰ
minisse tñ debemus:vt scribit Diomedes, vitium non esse in huiusmodi versibus si primus pes tertius & versus.
quintus Spondei inter cæteros iambos occurrent. aliquando aliqui ex tribus, aliquando nullus:Eritq; syn-
cærꝰ iābicus sñ alienis pedibus. Hoc & in tetrametro obseruabimꝰ:vt primū pedē & tertiū Spōdeū siquā-
do occurrit recipiamus. Secundum & quartum Iambos reseruemus, Tu autem lector animaduerte Horati
um in illo versu, Roges tuum laborem quid iuuem meo:posuisse Spondeum in quarto loco. nam imita-
tus est veteres comicos:qui quidem spondeum in secundo vel quarto loco posuerunt, q̄ inuenerunt etiam
apud græcos comicos vetustissimos:q̄uis tñ raro, fieri hoc idē, de q̄ late Priscianus, Mallius autem Theodo-
rus metrum iambicum senarium scribit recipere Spondeum Dactylum & Anapestum locis imparibus:pir Iambici
richium vltimo tantū loco, In secunda autem epodo hos pedes Flaccus Hora. posuit vt dictum est, quos lo pedes.
cis suis ostendemus. Priscia. quidem scribit. veteres comicos ac tragicos latinos in Iambico omnibus in locis
īdifferēter posuisse quinq; pedes:scilicet, Iābicū, Tribrachum, Anapestum:Dactylum, vel Spondeū, sed
vltimo loco Iambum vel Pyrrhichium solum. Ibis liburnis. Erant sub præfectis Classium deni tribuni per
cohortes singulas constituti, singulæ autem liburnę singulos nauarchos.i.quasi nauicularios habebant, qui
exceptis cæteris nautarum officiis gubernatoribus atq; remigibus & militibus exercendis quotidianā curā classium
& iugem exhibebant industriam, Auctor est Vegetiꝰ, Mecœnas ergo vl tribunꝰ cohortis erat, vl singulæ tribuni.
liburnæ p̄positꝰ, potiꝰ v̄o tribunꝰ, Liburnis, Augusto dimicāte actiaco bello cū Liburnorum auxilio præ-
cipue victus fuisset Antonius, experimento tanti certaminis patuit Liburnorum naues cæteris aptiores, er
go similitudine & nomine vsurpato earumdem instar classem Romani principes texuerunt. Liburnia nāq;
Dalmatiæ pars est:cuius exemplo naues bellicæ fabricabantur & appellabantur Liburnæ minimæ aūt ha-
bebant remorum singulos ordines. paulo maiores binos, idoneæ mensurę ternos vel quaternos, interdū qui
nos sortiebant remigum gradus:in actiaco vero bello longe maiora concurrisse nauigia refertur, vt senorū
etiam vel vltra ordinum fuerint, hęc ex Vegetio, Liburnis Apianus lib.ii.scri. Illyriorum gentem Libur-
nos esse. Plin. lib.iii.cap.xxiii. sic ait. Liburniæ finis & initium Dalmatię Scardona in amne. Ea.lxii. milibꝰ liburniæ.
passuum a mari. Strabo vero lib.vii.docet Scardonam esse oppidum Liburnicum, Ptolemæus itē lib.ii. Li- Liburnę
burnorum vrbem Scardonam ponit:pauloq; inferius dicit esse insulam in qua duæ ciuitates. scribit aūt Scar naues.
dum esse montem, Amice, non cæsaris exponas vti Porphyrio:nam stultissimum quidem: sed ipsius Hora
tii. satyra enim sexta ait ad Mecœnatem:Ita te quoq; amicum præsertim cautum, & paulopost: Q. te sorti Liburni.
tus amicū, Propugnacula, in maioribus Liburnis propugnacula:turresq; constituebantur, vt tanq̄ de muro scardonæ
ita de excelsioribꝰ tabulatis facilius vulnerarēt vel perimerēt inimicos:vt idē Vegetius docet. Q. autem am-
plę naues altaq; p̄pugnacula in bello nauali apud Actium fuerint, Maro quoq; libro.viii. ita ostendit. Alta
petunt, pelago credas innare reuulsas Cycladas. aut montes concurrere montibus altos. Tanta mole viri tur
ritis puppibus instāt, Subire tuo:protegere tuo periculo:Quid nos:quibus te vita si superstite:in cunctis oī
no antiquis codicibus id carmen habere legimus si, non sit, vt quidam legunt. ita q̄ talis erit ordo. Quid nos
sup. agemus:quibus vita iucunda supple sit vel erit, si te superstite adde sit vita nobis. si cōtra, idest si te haud
superstite vita sit nobis, grauis erit & molesta. nec vllo pacto sit legendum est, sententia enim non satis cōsta
ret. Porphyrio quoq; si legit. dicit enim poetam posuisse bis particulam si, & semel abundare, & verbū ex-
trinsecus accipiendū sit. vt plena fiat elocutio, si igitur extrinsecus accipiendū est sit verbū, sibis legendū est.
nec præterea semel abundat, vt dixit idem Porphy. quod sane ordo noster ostendit, Vtrum ne:sensꝰ est, de
bemus ne ocium sequi non dulce nisi tecum simul, an patiemur bellicum laborem:laturi mente, idest quē mē
te solum ferre debemus. quoniam corpore non valemus, quem scilicet laborem decet ferre viros nō molles.
Iussi abs te quidem o Mecœnas. Ocium quietem & vacationem militiæ. Mente laturi, toleraturi mente tm̄
ipsum laborem, corpore enim imbecilli nequimus: Alpium iuga. Alpes montes sunt altissimi, qui Italiā ab Alpes.
Germania submouent teste Plinio libro tertio, Horum montium difficultatem legito apud Liuium lib, pri-
mo de bello punico secundo, nona autem die in Alpium iugum peruentum fuit ab Annibale, quintodeci-

mo vero die Alpibus superatis Italiam attigit. Caucasum. Caucasus Scythiæ mõs est: dictus quasi graucas⁹
caucasus. hoc est niue cãdid⁹, vt Plinius libro sexto scribit. Herodotus quoq; libro sexto scribit Caucasum omniũ mõ
tium altissimum esse. Inhospitalem: inhabitabilem, propter niues. Roges, rogare possis. Minore metu, ea si-
quidem metuam dumtaxat quæ videro: absens vero per diuersas suspitiones etiam plura timebo q̃ quæ acci
dere possunt, Assidens: incumbens, Nõ vt adsit. sensus est, vt magis timet relictis pullis auis: quia maior me-
tus absentes habet, & q̃uis adesset non tamen plus auxilij præsentibus ferret q̃ relictis, sic etiam Hora. ma-
gis timet absenti Mecœnati, q̃uis præsens plus auxilij non ferret Non vt adsit, ordo est: Nõ vt adsit, idest q̃-
uis adsit, latura sit plus auxilij præsentibus supple q̃ relictis. Est autem legendum: nõ vt adsit auxili. per apo
copen. Vel, nõ vt sit auxilij. sic enim in antiquo est codice, In tuæ spem gratiæ: non igitur in spem prædæ &
lucri, vt scilicet plura sibi aratra comparet: Non vt, ordo est: non vt aratra nitantur illigata pluribus iuuencis
meis, idest vt plures mei iuuenci aratris alligati nitantur, & id per hypallagen, Pecus ve calab. ante. in scd'o
pede tribrachus est: qui potest etiam in quarto pede locari, quoniam temporibus par est iambo, de quo Pri-
sci. calabris Lucana mutet pascua: dicit vt añ calorẽ pec⁹ mutet Lucana pascua calabris. s. pascuis. Lucania
ẽm non multum calet ęstate, Varro ait. Neq; eadem loca æstiua & hiberna idonea omnibus ad pascendum
itaq; greges ouium longe abiguntur ex Appulia in Samnium æstiuatum, & a campestri æstate exigunt̃ i al
tos montes, Lucania autem, vt Strabo docet libro. vi. inter Tyrrhenum siculumq; latus iacet, quibus Sãni-
tes propinqui: accolæ vero tractum omnem post calabros Appuliam vocant. Ante sidus feruidũ. i. añ æsta
tis initiũ: quod est: vij. Idus Maias teste Columella lib. xij. vel quia idibus Iunijs calor incipit, vt ibidẽ scribit
Tusculũ Sed potius de canicula q̃. vij. calẽ. Augustas appaiet: fitq; caligo ęstuosa: vt idẽ di. lib. vij. de modo pascẽdi in
quit. Sed obseruãdũ est sidus ęstatis per emersũ caniculę. Sup T us. Tusculũ in Romæ cõspectu erat in sũ-
mo mõtis sitũ, Ciuitas egregijs ornamentis insignis, eam vineta coronabant: tectaq; magnifica, ex ea pręser
tim regione, quæ in Romanum descendebat aspectum: aderant & villę varijs decoratę apparatibus, Hæc
ex Strabone lib. v. Erat aũt Tusculũ in colle sitũ, qui oppositus est oppidulo: quod nunc Rocca papæ appel
latur, nam & nomẽ & vestigia quædã eo in loco adhuc retinet, Circæa mœnia superni Tusculi. id ait: quo
niã Thelegonus circes & Vlyssis filius dicitur Tusculũ edificasse. Tangat, i. tanta sit villa vt superni Tus-
culi mœnia tangat. Villa candens: idest splendida & vario decorata apparatu. tales enim villæ sub Tusculo
erant: vt diximus. Benignitas. Benignus proprie dicitur is qui bonis & dignis largitur, vt Festus ait. Ditauit
Benign⁹ Epistolarum primo etiam Mecœnati inquit, Tu me fecisti locupletem, Haud parauero. Sensus est, Q. nõ
parabit quod aut auarus vti Chremes continuo labore accumulet, inde abscondat, aut vti consumptor & p̄
digus dissipet, per quod ostendit se paruo & iam parto contentum, illoque parce fruiturum. Chremes ter-
ra premam. Terentius in heau. scribit Chremen multa suo labore bona inuenisse: Vtque Clitipho eius fili⁹
prodigus illa non posset perdere, neq; egeret, sibi proximis commisit & credidit, vbi ei esset præsidium vi-
ctus & vestitus, Horatius idem contra auarum satyra prima scribit. Quid iuuat immensum te argenti pon
dus & auri Furtim defossa timidum deponere terra. Maro etiam libro secundo Georgicorum ait. Condit o
Nepos. pes alius, defossoq; incubat auro. Discinctus nepos, idest negligens, dissolutus: incomptus. Nepos, idest con
sũptor, p̄digus, luxurios⁹. Nepos eĩ vt scribit Diomedes, significat & certũ cognationis gradũ, & consum-
ptorem, Priscianus etiam ait libro secundo. Nepos filius filij & nepos luxuriosus, Nepotes, inquit Festus,
Nepa. luxuriosæ vitæ homines appellati, ꝙ non magis ijs rei familiaris suæ cura est: q̃ his quibus pater auusq; viuũt
Porphyrio vero dicit ita. Nepotem veteres prodigum ac luxuriosum dicebant, quia re vera solutiores deli-
catioresq; victus soleant esse sub auo nutriente. Nepa autem Scorpius dicitur: Cicero in Arato. Atq; ocℓos
vrget pedibus pectusq; nepai. pro nepæ, idest scorpij: vti & Priscianus libro septimo docet, Festus vero
scribit, ꝙ nepa sidus cancer appellatur: vel vt quidam volunt scorpius. Nonius præterea sic ait: Nepam
quidam cancrum putant, Nam vere scorpius dicitur. Plinius libro vndecimo. de scorpionibus scribit ꝙ
quidam ab ipsis fœtum deuorari arbitrantur: vnum modo relinqui solertissimum: & qui se ipsius matris
clunibus imponendo tutus & a cauda & morsu loco fiat. Hunc esse reliquorum vltorem, qui postremo ge-
n tores conficiat superne. pariuntur autem vndeni. hęc ille: Merito ergo a nepa. idest scorpione, nepos dedu
c tur. idest consumptor.

ACRON.

BEatus ille qui procul negocijs. Laus vitæ rusticæ. Virgil. O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas: Negocijs litibus siue difficultatibus vrbanis. Vt prisca gens mortalium, antiquitatem significat, cuius aurea secula credita sunt, ꝙ p̄ter ciuitatum munitiones omnes in agris viuebant. Exercet, colit: Vt Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis, Solutus omni fœnore, liber a debitis & a fœnore. classico miles cruci, terribili tuba, vt nec somnos abrumpit cura salubres. Horret, timet. Forumque vitat & superba ciuiũ potentiorũ limina. salutationes potentiorũ vitãs. vt Si nõ ingentẽ forib⁹ dom⁹ alta superbis Mane salutantũ totis vomat ędibus vndã. Adulta, pro adultarum: quæ iam duci & propagari possint. Altas maritat populos coniungit. Sic enim maritat hic dixit, vt supra viduas vicibus carentes. In reducta. depressa siue secreta, aut certe flexuosa, dum sequitur montes. Errantes: libere pascentes, Vt Ille meas errare boues. Inutilesq; falce ramos amputans, putatorem significat arbo-

Secunda Ode Dicolos Distrophos: Rusticę vitæ laudes continet,

BEatus ille qui procul negocijs
Vt prisca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet suis
Solutis omni fœnore,
Nec excitatur classico miles truci,
Nec horret iratum mare.
Forumq; vitat & superba ciuium
Potentiorum limina:
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos,
Aut in reducta valle mugientium
Prospectat errantes greges
Inutilesq; falce ramos amputans
Feliciores inserit:
Aut pressa puris mella condit amphoris,
Aut tondet infirmas oues.

Beatus ill e. Rusticam vitam iustis laudibus celebrat, dicens Ille beatus sup. est: qui procul negocijs, idest mercatibus & sollicitudinibus vrbanis, exercet vt prisca, idest primi seculi gens

idest genus mortalium: rura paterna, idest patrimonio sibi acq sita, bobus suis, idest proprijs: existens solutus omni fœnore .i. debito exoluendi fœnoris: quum nihil ad vsuram acceperit liber, Nec ipse miles, quia non militat, excitatur truci, idest fero ci & ad ferociam inuitanti, classico, idest tubę sonitu bellicum canente, nec horret id est cum horrore non formidat mare iratum, idest commotum ventis, quia non nauigat, & vitat forū scilicet iudiciale, idest lites: & superba limina ciuium potentiorum, id est nulli clientelam quia nullius eget patrocinio, pręstat Ergo quia alienis curis vacat, aut maritat .i. cōiūgit quasi iuūgo iubili matrimonio, altas populos ꝓpagine .i. stirpe & palmitibus vitium scilicet, quas vites habent adulta, idest ad iustam ætatem perducta. Aut prospectat: idest procul aspectat greges mugientium, idest boum: errantes, idest late & libere pascentes: in valle reducta, idest incurua collis ambitum sequente, & ipse amputans falce: idest cultro incuruo ramos inutiles, id est infructuosos: inserit feliciores, idest fœcundos per oculationē/ aut insitionem, aut condit amphoris, idest vasis late circumlatis dum fiunt, puris, idest mūdis, mella pressa scilicet e fauis, aut tondet oues infirmas: vellerum onere aut scabie depressas.

rum. feliciores, fertiles, vt Exit ad cælum ramis felicibus arbos: Aut pressa puris mella condit amphoris, hoc est fauos premit, vt a cæra separet mel sincærum. Aut tondet, quę in æstu velleribus præmantur.

PORPHYRIO.

¶ Beatus ille qui procul negocijs, hæc Ode laudes rusticæ vitæ continet: negocia autem hic molestias vrbanæ vitæ vult intelligi. necꝙ excitatur classico: & reliqua, Eleganter ostendit incommoda vitæ, quibus rustici carent. Et superba ciuium potentiorum limina, salutationum officia dicit. Altas maritat populos: proprie maritari arbores dicuntur quum vites his adiunguntur, sed speciem pro specie posuit, non enim populi maritari sed vlmi solent, hinc autem iam commoda rusticæ vitæ enumerare ac describere incipit.

¶ Argumentum Odes .II.

¶ Hac Ode rusticę vitæ laudes & commoda poeta scribit, appellatꝙ ante omnia beatum illum qui suis bobus paterna rura exercet & colit remotus ab omni fœnore, militia, foro, & ciuium fastu: Scribitur autem eodē metro quo & præcedens. Præterea quum duæ vitæ traditæ sint homini: rustica & vrbana, antiquior est multo rustica. prius enim rura coluerunt homines ꝗ̄ vrbes haberent, neꝙ solum antiquior cultura agri, sed etiam melior: Vnde qui eam colerent: piam & vtilem vitam agere: oīm eñ rerū ex ꝗ bus aliquid exprimitur, nihil est agricultura melius, nihil vberius: nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Dirigitur ea ad duas metas, ad vtilitatem & voluptatem Vtilitas quęrit fructum, voluptas delectationem. hinc Homerus Laertem lenientem desiderium quod capiebat e filio, colentem agrum & eum stercorātē facit. Beatus ille. Virg. quoꝙ libro .ij. Georgi. ait. O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis Fundit humo facilem victum iustissima tellus: Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vomit ædibus vndam. &c. postea sequitur, At secura quies & nescia fallere vita. Diues opum variarum, at latis ocia fundis Speluncę viuiꝙ lacus: at frigida tempe, Mugitusꝙ boum, mollesꝙ sub arbore somni. &c. Et Seneca epistola prima libro .xiij. de Scipione maiori inquit. Abluebat corpus laboribus rusticis fessum. Exercebat enim opere se .i. terramꝙ, vt mos fuit priscis: ipse subigebat: Procul negocijs: idest ab molestis vrbanę vitę. Vt prisca gens mortalium, homines a principio genitos dicunt in agris pastum quęrentes syluestri & incondita vita vixisse: quibus hęrbæ & arborum fructus vltro victum pręberent: ijdemꝙ nullo subsidio fulti duram agebant vitam. Erant enim nudi, nullo neꝙ ęd.um neꝙ ignis adinuento vsu, cibo in diem quæsito agrestes fructus in vsum futurum condere & seruare ad eg. statem ignorabant. Experimento deinde edoctos & speluncas aiunt quæsisse ad euitandam vim frigoris: & fructus seruare cœpisse: Demum notitia vtilium rerum percepta, cęteras quoꝙ vitæ hominum commoditates breui tempore esse adinuentas, hæc & plura Diodo. in princi. Solutus omni fenore, liber ab omni debito & vsura, non enim illi subijcitur aliquo pacto seu necessitatis seu lucri causa Fœnore Fœnus, vt Pompeius scribit: appellatur naturalis terrę fructus, ob quam causam nummorum fœtus fœnus est vocatus, Marcellus vero ait ꝙ fœnus dictum est quasi fœtus vel fœtura, eo ꝙ pecuniam pariat. Neꝙ excitatur vitæ incommoda quibus rustici carent, prosequitur, non enim rustici auaricia causa militiam subeunt, non nauigandi curam, non salutandi tædia. Classico truci. terribili tubæ sonitu, Classicum præterea dicimus & tubam ipsam & sonum, Estꝙ classicum tuba retorta: quod Seruius docet libro .vij. Aeneid. Priscia. vero li. v. de .xij. car. ait ꝙ classes equitum ordines vocant, qui maxime vtuntur tubis, Forumꝙ vitat: Forum iudicatorum & litium est sedes: vt Marcellus docet, Forum est negociatoris locus. forum est in quo iudicia fieri solent, vt Festus asserit, Superba ciuium limina, per hæc salutationum officia innuit. hinc ait poeta libro secundo Georg. Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vomit ædibus vndam Ergo aut. Rusticæ vitæ commoda atꝙ oblectationes incipit explicare: primoꝙ de verno tempore. Vitium propagine, idest stirpe. propagationum vero genera ac modos legito apud Columellam libro tertio. Culturas autem vitium & arborum Emolphus Atheniensis inuenit. vt Plin. scrib. libro. vij. Acron ait adulta ꝓ adultarum, quod minime probandum est, Nam vt docet Columella libro tertio propago tertio anno a matre separabitur. Palladius etiam scribit, Propagines post biennium radicatas transferendas. Maritat populos hoc ait, quoniam vt scrib. libro tertio, Columella de arbustis, Vitem maxime populus alit, deinde vlmus, deinde fraxinus: Plinius etiam lib. xvij. de vmbris arborum, scribit populo nullam esse vmbram, ludentibus folijs Scribit item ꝙ vlmorum leuis est vmbra, etiam nutriens quæcunꝙ opacat, Scribit item arbores maritare nisi validas inimicum esse: enecante veloci vitium incremento: Propterea igitur Horatius ait, Altas maritat populos. Et Columella libro tertio docet arbores sexto anno si iam firmæ videbuntur maritandas: Reducta valle. idest depressa vel secreta: quasi retro ducta. sunt enim valles loca quæ montibus subsidunt. Cōuallis, Vt inquit Festus, est planities ex omni parte compræhensa montibus collibus ve: Vallis autem duobus lateribus inclusa planities. Inutilesque falce ramos amputans. Acron ait, putatorem signat, quod quidem minime verum est, Nam ille tantum signatur qui parat insitionem. Vnde etiam libro secundo Georgicorum ait. Aut rursum enodes trunci resecantur, & alte Finditur in solidum cuneis via: Deinde feraces Plantæ immittuntur. Naso item ait. Venerit insitio facramum ramus adoptet, De insitione autem videto Plinium libro decimoseptimo. Pressa mella: pressa ait quoniam pressis fauis mella defluunt: Vnde Maro libro quarto Georgicorum ait. Mella premes. Sunt autem mellis conficiendi tempora duo, Ver atꝙ autumnus. Sed Vernum suauius candidiusꝙ ac omnino præstantius autumnali est. Auctor Aristot. libro nono de animalibus: Amphoris: amphora vasis genus est, a græcis ἀμφορεὺς dicitur. Tondet infirmas oues. id est imbecilles & molles, Vnde Maro libro tertio Georgicorum ait. Glacies ne frigida lædat Molle pec⁹ scabiemꝙ ferat turpesꝙ podagras: Columella etiam libro septimo appellat pecus mollissimum præterea Palladius libro sexto de Maio scribens docet locis temperatis eo mense ouium celebrandam esse tonsuram, docet item quo vnguine perungendæ sint vt toto anno curentur.

ANTO | Agriculturę laudes. | Scipio. | Hoim victus. | Fœnus. | Classicū. | Forum. | emoph⁹ | Propagines. | Populus arbor. | Vlmus. | Vallis cōuallis. | Oues.

Vel quum decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit,
Vt gaudet insitiua decerpens pira.
Certantem & vuam purpurę,
Qua muneretur te Priape, & te pater
Syluane tutor finium,
Libet iacere modo sub antiqua ilice.
Modo in tenaci gramine,
Labuntur altis interim ripis aquæ.
Queruntur in syluis aues:
Fontesq; lymphis obstrepunt manantibus
Somnos quod inuitet leues.
At quum tonantis annus hibernus Iouis
Imbres niuesq; comparat:
Aut trudit acris hinc & hinc multa cane
Apros in obstantes plagas,
Aut amite leui rara tendit retia
Turdis edacibus dolos,
Pauidum leporem, & aduenam laqueo gruem
Iucunda captat prœmia.
Quis non malarum quas amor curas habet
Hęc inter obliuiscitur?

ACR. ¶Mitibus pomis. veluti de æstuum nimie tate. Vt gaudet insitiua decerpens pira pro prij laboris. vt Insere Daphni piros: carpēt tua poma nepotes. Certantem & vuam. vt Purpureę præciæque, Qua muneretur te Priape. dignus donis deorum. Syluane tutor finium, custos agri siue fructuum. Libet iacere modo sub antiqua ilice. Antiqua magna, vt Forte sub arguta consederat ilice Daphnis, hoc est refugio apta pastorum, tenaci gramine, quod terram radicibus stringat & cespite. Interim, pro interea. Fontesq; lymphis obstrepunt ma. strepitu suo somnos suadent, vt Sæpe leui somnum suadebit inire susurro. Quod quæ res. vt Terent. Qui habet salem qđ in te est. i. quæ res. Annus hibernus Iouis. i. hiberna pars anni. vt Iuppiter humidus austris. Comparat, colligit. Trudit, excludit, expellit. vt frustra trudētes pectore montem. Multa cane. fœminini generis canem dixit. vt Visæq; canes vlulare per vmbram. In obstan. pla. fugę aprorū oppositas plagas, hoc est retia, vt Retia rara plagę lato venabula ferro. Amite. pertica Leui. lympido. gracili. Turdis e. d. p. l. epitheta singulis dedit: turdos edaces dicendo, Et pauidos lepores. Aduenam: quia transmarinę sunt. vt Strimoniæq; grues. Quis non malarum quas amor curas habet. amor auaritia habens malas curas: i. cupiditates.

POR. ¶Vel cum decorum mitibus pomis caput autūn⁹ agris extulit. poetica phantasia finxit autūnū quasi corporalē deū pomis coronatū. Insitiua decerpēs pira. merito insitiua, nā pirorū arbores quæ sponte natæ sunt, necesse est dura atq; aspera poma dent: Qua muneretur te priape. & munero & muneror ī actiua significatione recte dr̄. Queruntur ī syluis aues. querūtur inquit quoniā veteres omnium animalium voces præterq̄ hominis querelam dicebant, Virgil. deniq; Et cātu querulæ rumpunt arbusta cicadæ, inquit & de ranis: Et veterem in limo ranæ cecinere querelam, & de bobus. Atq; omne querelis Impleri nemus. Fontesq; lymphis obstrepunt manantibus Somnos quod inuitet leues. suauis elocutio, fontes obstrepunt qđ somnos inuitet. At cum. t. a. h. Io. Annus hibernus: pro hibernum tempus anni. Nota autem Synecdochen esse annum pro parte anni dicere. sic & Virgil. Nunc frondent syluæ nunc formosissimus annus. Aut amite leui rara tendit retia. Amites hodieq; appellantur furculæ, quibus retia in venatione vł in aucupio suspenduntur, & ē figura ἐπέξηγησις: quia retia doli sunt.

¶Vel quū autūnus, pars illa anni inter ęstatem & hyemē, extulit aruis caput suū decorū, i. decoratū & onustū, pomis mitibus, id est maturis: vt. i. q̄. aut o q̄tum seu qualiter, gaudet scilicet agricola decerpens pira insitiua. i. ex insitis suis, quia dulce est productos sua opera decerpere fructus: & decerpens vuā certamen purpuræ. i. cum purpura in speciositate coloris: qua scilicet vua muneretur, i. donet quasi primitijs frugum o priape deus hortorum, & te o Syluane tutor: idest qui es tutor finium scilicet agrorū ei⁹. Libet scilicet agricolæ, iacere modo. id ē aliquando, sub ilice antiqua, modo in gramine tenaci. i. cohęrēte aut attrahente. aquæ labuntur interim altis ripis: & ita dulci murmure somnum prouocant: aues queruntur, idest concutiunt in syluis, & fontes obstrepunt lymphis. idest aquis, manātib⁹, idest scatentib⁹, quod: idest quæ res: inuitet. i. inuitare possit leues somnos. At quum annus hibernus. i. hyemalis & pluuiosus, comparat idest, accumulat. imbres & niues Iouis tonātis, idest aeris, Agricola sup. aut trudit acris apros in plagas obstantes, & hoc multa cane hinc & hinc, i. ab vtroq; latere scilicet vrgente aut sectante, aut tendit retia rara: i. fila rarius cōtexta amite, idest pertica, leui, i. cito volubili vt aues opprimat, appositorie dolos turdis, idest auibus illis edacibus, idest assidue edentibus (sunt enim pingues. vnde Martialis, Inter aues turdus siquis me iudice certet: Inter quadrupedes gloria prima lepus) & captat laqueo leporem pauidum: & gruem aduenā. q. a ex Thracia aduolantē: appositorie præmia iucunda scilicet doli & laboris. Quis non obliuiscitur, idest obliuiscatur, inter hęc s. studia malarum sup. curarū, quas amor habet: q. d, nullus, & ita quilibet, Est autem figuratus sermo a Seruio, Valla, Sulpitio, & alijs notatus.

ANTO, MAN.

¶Vel quum decorum, Autumni commoda narrat, Decorum caput, poetico more au-

Autūn⁹. tumnum describit quasi corporalem deum pomis coronatum: Festus inquit Autumnū dictum q; tunc maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus, Vt gaudet. scilicet ipse rusticus. vt autem nunc pro q̄ exponitur, sicut item inferius ibi: Has inter epulas Vt iuuat pastas oues videre properantes. &c. Eritq; tunc admirandi aduerbium, posset item exponi: Vt quemadmodum: Certantem & vuam purpuræ. Nigram vuam intelligit mixto rubore quodam. Purpura enim piscis est in concha de

Purpura gens: quæ florem illum tinguendis expetitum vestibus in medijs habet faucibus: liquoris hic minimi est in candida vena, Vnde pretiosus ille bibitur nigrantis rosæ colore sublucens, reliquum corpus sterile, Auctor est Plinius libro nono, Muneretur, Plinius libro. xviij. scrib. q; olim non gustabant nouas fru-

Primitiæ ges aut vina anteq̄ sacerdotes primitias libassent. Aruorum autem sacerdotes Romulus in primis instituit

Munero Muneretur. Munero & Muneror actiua in significatione recte dicitur: inquit Porphyrius. Priscian⁹

muneror q; libro. viij. docet antiquos multa huiusmodi protulisse: vt partio & partior, reuerto & reuertor. &c. Pria-

Priapus. pe. is de⁹ nō solū ī vrbiū tēplis sed in agrestibus quoq; locis tanq̄ vinearum atq; hortorum custos colebatur fructuū fures castigans, ei sacra cum risu & ludo fiebant, fabulantur antiqui Dionysij ac Veneris filium fuisse; asserūtq; nōnulli priscos illos quū vellent hoīm pudenda occultius nominare, priapum dixisse. Auct.

Diod.lib.v.Et nos latiꝰ lib.iiij.Georg.Syluane tutor finium:hoc ait quoniã Syluanꝰ aruorum etiã deus est Syluanꝰ
hinc Virg lib.viij.ait.Syluano fama est veteres sacrasse pelasgos Aruorum pecorisq; deo lucumq; diemq;
Qui primi fines aliquando habuere latinos. Libet iacere modo sub antiqua ilice,in antiquissimo codice ma
nete in summi põtificis bibliotheca apud ędẽ sancti Petri in Vaticano:hoc superiori coniungit,in aliquibus
etiam diuiditur, Acron:Porphy.& Diomedes coniungunt,& ita agendum est,nam superiori sententię hæ
ret.Dixit em̃,Vel cum decorum militibus.&c. Libet.s.rustico.placet aũt magis vt sint verba ipsius Hora-
tij sicut superiora ad Alphiũ fœneratorẽ:q̃ ipsius Alphij vt Acron Porphyrioq; voluerunt.vnde hyemis
etiã cõmoda in rustica vita narrabit,sicut superius & veris & autũni.Præterea quo pacto potuisset vrbanꝰ
ciuis rusticas voluptates narrare,& oliuas aut lapathum & huiusmõi ꝑponere delicatis cibarijs quibꝰ fuerat
assuetus:Hora.ergo illucusq; prosequi videt Hæc vbi locutus,quo in loco sum est supplendũ, Tenaci autẽ
gramine dixit,qm̃ gramen geniculatis serpit internodijs,crebroq; ab ijs ex cacumine nouas radices spargit:
iumentis hærba non alia gratior:siue viridis,siue in fœno siccata: qđ e graminũ gñe septẽ internodia habet
efficacissime capiti contra dolores adalligatur,Gramen denicq; capiti circũdatũ sanguinis e naribus fluxiones
sistit,Plinius scribit libro.xxiiij.Obstrepunt,circũsonant & obmurmurant,Queruntur aues,queruntur ait. Grameñ
quoniam veteres omnium animalium voces præterq̃ hominis querelam dicebant,vt Porphy. asserit. vnde
virgil.ait.Et cantu querulæ rumpũt arbusta cicade:item Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.Et de
bobus.Atq; omne querelis impleri nemus:Manantibus:exeuntibus ac profluentibus,Somnos leues,per-
petuum somni epitheton,Maro lib.v.Quum leuis æthereis delapsus somnus ab astris.&c.deĩde inquit. Ip Queri.
se volans tenues se sustulit ales in auras. At cum tonantis:Nunc hyemis cõmoda ad rusticam vitam expl cat
Annus ibernus.i.hyems ipsa.est enim Synecdoche totum pro parte.Ibernus autem ab imber descendit, dẽ
pta m.litera.vt a patre paternus,& a matre maternus:Imber autem pro pluuia & omni humore ponitur.
Imbres:idest pluuias:Plinius libro secundo scribit,q a terra caligo humida & propter vapores fumida ex- Ibernus
halat:hinc nubes:quæ in sublime egressæ in liquorem soluuntur.Tonantis Iouis,idest aeris, qui ventus est
& nubes.imber postea,vt Varro scribit,Nos etiam latius diximus Ode.i.ibi.Manet sub Ioue frigido vena
tor,Tonantis autem Iouis dicit:idest aeris,quoniã si in nube luctetur flatus aut vapor: tonitrua eduntur vt
docet Plinius libro secundo,Si erumpat ardens,fulmina,si longiore tractu nitatur,fulgetra,ijs finditur nu-
bes,illis perrumpitur:Plagas,de ijs late in Ode.i. Amite leui,Amites perticæ aucupales,vt scri.Festus,Por-
phyrio etiam dicit esse furculas quibus retia in venatione vel in aucupio suspenduntur,Qui autem tramite
legit,non recte quidem:cum etiam antiqui textus amite habeant,Et versus non constaret.esset enim ibi an-
tibacchius:quem versus iambicus non recipit,legendo autem Aut amite, pes erit dactylus, qui ab iambico
recipi solet,Leui,expolito,Rara.propter maculas.Dolos,appositio est:Laqueo,idest pedica.Aduenã gru
em,de longinquo venire grues Plinius libro decimo ostendit,sicuti & Ciconiæ veniunt,sed grues hyemis
Ciconias vero æstatis aduenas dicit esse,Præmia.appositio est,Quis non malarum,concludit prædictis cõ
modis & voluptatibus quemq; posse obliuisci auaritiæ & omnium cupiditatum,Malarum,supple rerum Amites.
seu cupiditatum,Amor:auaritia ipsa,quæ quidem vrbanis inesse solet,id autem ad illud retulit. Solutus oĩ
fœnore Nec excitatur classico miles truci.&c.

Q; si pudica mulier in partem iuuet
Domum atq; dulces liberos,
Sabina qualis,aut perusta solibus
Pernicis vxor Appuli,
Sacrum vetustis extruat lignis focum
Lassi sub aduentum viri,
Claudensq; textis cratibus lętum pecus
Distenta siccet vbera.
Et horna dulci vina promens dolio
Dapes inemptas apparet:
Non me Lucrina iuuerint conchylia
Magis ve rhombus aut scari,
Si quos heois intonata fluctibus
Hyems ad hoc vertat mare:
Non Afra auis descendat in ventrem meum
Non attagen Ionicus
Iucundior.q̃ lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum,
Aut hęrba lapathi prata amantis:& graui
Maluę salubres corpori,
Vel agna festis cęsa Terminalibus,
Vel hoedus ereptus lupo,
Has inter epulas vt iuuat pastas oues
Videre properantes domum,
Videre fessos vomerem inuersum boues

POR.

¶ Pudica.casta.vt Castũ seruare cubile cõiugis,& possit paruos educere natos,Sabina qualis,exempla pudicitiæ a mulieribꝰ rusticis sumpta,Pernicis, celeris,velocis impigri,vt Progenuit pedibus celerem & pernicibus alis:Sacrum,v.Dijs.n.penatibus sacer est:Extruat lignis focum,vt post laborẽ diligẽtia & studio reficiatur vxoris.Claudensq; textis cratibus,Crates a pastoribus texicõ sueuerunt ad mutandas pecudibus mansiones vt appositæ greges muniant ab incursione ferarum,vt quum fremit ad caulas, Lætum,aut fœcundum:aut pingue. Distenta. plena,vt Luca.Distẽtas siccãt pecudes,horna dulci:nouella, Dapes inemptas apparet suo labore præparatas,gratuitas.vt Dapibꝰ, mensas onerabat inemptis Vxor: Lucrina. de Lucrino Baiarum lacu.Iuuerint,delectauerint,vt Iuuat euasisse tot vrbes Argolicas Magis ve Rhombus. Rhombus & Scarus pisces sunt ꝑciosi & sapore & raritate.hyẽs tempestas. vt dum pelago desæuit hyems. Afra a.Struthio:Attagenes autem in Ionia abũdare dicuntur,Et attagen masculini generis declinauit. Q; lecta de pĩguissimis oliua ramis, nullas diuitias boni agri fructibus cõferẽdas,Aut hærba lapathi.ostẽdere vult agrum præter vtilitatẽ fructuum etiam hærbas salutares afferre,Vel agna festis cæsa terminalibus,ad excludenda.n. iurgia Terminaliorum dies fuerat constitutus:qui per epulatũ festiuitatẽ cæsis agnis seruari faceret fines cõstitutos:Siue in honorẽ mortuorũ ipse colebatur dies,& post parentalia,eo q in sacris Termini poneretur,Vel hœdus ereptꝰ lupo.factꝰ gratior ex perdito. Properantes. festinantes ad stabula.vt Ipsę lacte domũ referent distenta capellæ Vbera.Fessos ipso la

bore.Vt Aſpice aratra iugo referūt ſuſpenſa iuuenci. Poſitoſq; vernas, pueri domi nati vernæ dicuntur,vt V nus vernula,tres dñi Examen vero ad infantium ſimilitudinē retulit.Renitētes. ſplendentes, aut vultu:aut garrulitate, Lares focos:metonymicos.hæc vbi locutus,fœnerator Alphius, Fœneratorem quendā inducit Alphium,qui laudans vitam ruſticam cōmoda tamen fœnoris non omittit.Oēm relegit idibus pecuniam.Tāq̃ eī eum pro fœnoris lucro iam receptæ pecuniæ pœniteret,ita recollectam idibus:calēdis properat cōmodare.Ponere, deponere.

POR· ¶Q. ſi pudica mulier in partem,non ait ꝙ ſi & pudica vxor ruſticis contingat, qualis Sabina:Nec eī exiſtimat difficile.eē ruſticā vxorē pudicā,quū omnes pudicas eſſe ītelligi velit,ſed hoc ait,ꝙ ſi & vxorem habeat quæ alioquin pudica eſt.poteſt autem vtiq; accidere:vt eſt cōſuetudo ruſtica,vt vxor ei non ſit,vel quia nōdum ducta eſt: vel quia aliq̃ caſu adempta ſit,Sacrum vetuſtis extruat lignis focum.Proprie hoc vitæ ruſticæ ē, focum amare.Sacrum autem dixit, quia ara deorum penatum eſt focus: Et horna dulci vina promens dolio, Horna vina dicuntur huius anni,non ergo dulci dolio,vt dictū eſt ſed tranſlato epitheto dulcia vina intelligamꝰ hoc quoq; autē ad idioma ruſticę ſimplicitatis pertinet,hornum vinum bibere. Dapes inemptas apparet, Virgilianum eſt, ſic & ille quum de vita ruſtica loqueretur ait. Dapibus menſas onerabat inemptis.Nō me lucrina iuuerint conchylia magis ve rhombꝰ aut ſcari.Siquos heois intonata fluctibꝰ hyems ad hoc vertat mare.intelligi vult Scaros piſces in orientali mari eſſe:& difficile fieri vt etiam in Italia capiantur,niſi quos inde violentia tempeſtatis adduxerit.Non Afra auis Afram autem gallinam numidicam dicit.nō Attagen Ionicus,quum Attagenas fœminino genere vulgo dicant,attendendū ꝙ maſculino genere hic dixerit. Attagen autem auis aſiatica inter nobiliſſimas habita.Ionicus vero ab Ionia dictus,quę eſt regio Aſię in qua eſt vrbs Epheſus.vel agna feſtis cęſa terminalibus Vel hœdus ereptus lupo.iucū de expreſſit ruſticorum frugalitatem.Videre feſſos vomerē inuerſum boues Collo trahentes languido: hoc Virgilianum illud eſt. Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci.Languido autem collo,laſſo,& vtiq; voluptas ãnō hoc cogitanti quantum vtilitatis ex aratione agrorum contulerint.Poſitoſq; vernas ditis examē domꝰ:hoc eſt qui vernę ditem domū faciunt.hic ditem frequentem ac familioſam accipe, ne vltra ditem domū nūc intelligas: quū de ruſtico patre familias loquitur.Hæc vbi locutꝰ fœnerator Alphiꝰ iam futurus ruſticus & reliqua.vrbaniſſimę poſtremo finxit hæc non de ſua perſona dicta eſſe,ſed de cuiuſdam fœneratoris,per qđ vult intelligi neminem neſcire quid iucunditatis habeat ruſtica vita,nec tamen quiſq̃ ab ea in qua conſueuerat pōt diſcedere. Omnem relegit idibus pecuniam quæ, calendis ponere.exigit inquit a debitoribus pecuniā comparaturus prædia cogitans iucunditatē vitæ illius,quā in ruſticis laudat,ſed rurſum ſtimulatus cupiditate pecuniarum quærit eā fœnori dare.

hornum vinum.

ANTO ¶Quid ſi pudica vel qđ:vtrūq; eī eſt in antiquis codicibus. Quid ſup.erit, quaſi dicat,voluptas maxima,quod autē pro ſed ex-

Collo trahentes languido
Poſitoſq; vernas,ditis examen domos
Circum renidéteis lares?
Hęc vbi locutus:fœnerator Alphius
Iamiam futurus ruſticus,
Omnem relegit idibus pecuniam
Quęrit calendis ponere,

¶Quid ſi pudica:Ordo eſt legendo quid, Quid. ſup. erit aut dicas,ſi.&c.vel legendo ꝙ:quæ particula conditionalis eſt:ſic ꝙ ſi mulier:ideſt vxor pudica iuuet domū in partem,ideſt pro parte,hoc eſt partim ſubeat onera domꝰ,atq; iuuet liberos dulces,ens talis qualis Sabina:ſcilicet mulier a caſtitate multum olim iam laudata,aut vxor Appuli pernicis,ideſt ſtrenui ad curſum & laborem,peruſta ſolibꝰ extruat lignis vetuſtis,ideſt diu conſeruatis & ita ſiccis:vnde a prouidentia laudanda venit:focum facrum ſcilicet penatibus,aut anteq̃ tāq̃ aras penatum nihil impudicum, aut facere, aut loqui auſa ſit, aut vbi parcum conficiat ignem:& ita lignis ſolita ſit parcere tanq̃ ſacris, ſub. ideſt paulo ante aduentū viri laſſi,ſcilicet labore:Bonfinis vult addendam eſſe vocabulo Appuli particulā &,vt ſit,& peruſta ſolibus &c.quā tamen non appoſui,quia in vetuſtis exemplaribus nō ē,neq; neceſſaria eſt, quando eī multa dicimus ſatis eſt vltimo addere copulam,vt homini neceſſaria ſunt victus amictus,& domicilū,tam recte dicitur q̃,victus & amictus & domicilium.Sic hoc loco:iuuet domū:extruat focū:& ſiccet vbera,pro & autem ponitur q;/quū dr̄ claudenſq; &c. &,claudens pecus lętum:ideſt ſanum & bene curatum,cratibus textis ,i.ſeptis ex cratibus,ideſt contextis perticis effectis, ſiccet,ideſt euacuet lacte.vbera diſtenta,ideſt vſq; ad diſtētionem lactis plena: & promens dolio dulci:non corrupto,aut dulce adhuc vinū continenti:quia vina horna, ideſt eodē anno nata,apparet:ſcilicet ad victum mariti:dapes inemptas: vt ex agro aut horto decerptas:ſi nquam hæc faciat:conchylia,i. Oſtrea & ſimilia,Lucrina,ideſt in Lucrino ſinu capta ve ꝓvt rhōbus piſcis planus apud Rhauēnam optimus,aut ſcari,ſcilicet piſces Carpathij maris rumināte:ſi hyēs,i.tempeſtas: intonata,ideſt ſonora effecta quaſi tonitru(Notandum autē tonatum dici ſicut tonitum,& ſonatum ſicut ſonitum.Nam primo ſermonum dicet Magna ſonaturum)vertat quos,id ē aliquos tales piſces,fluctibus heois,ideſt orientalibus, vt a Carpathio mari,ad hoc:ideſt noſtrū hoc eſt italicum mare,hæc in quam omnia licet delicatiſſima,nō iuuerint.i.oblectauerit magis me q̃ dapes inemptæ & ab vxore pudica & ſedula decoctæ.Et auis Afra,i.africana vt Numidica gallina,nō deſcendat iucundior in vetrem meum,& attagen.auis priuſq̃ capta eſt vocalis:Ionicus:in Ionia potiſſimū repertus: nō deſcēdat iucundior in ventrem meum,q̃ oliua lecta de pinguiſſimis ramis arborum:aut hærba lapathi,ideſt lapathum ipſum,amantis prata:ideſt ſpōte naſcentis in pratis,& q̃ maluę,ſ. hærbæ, ſalubres,ideſt ſalutem afferentes: corpori graui ſcilicet excrementis,quia mollificant ventrem:ſicut & lapathum, vt dicet ſecundi Ser.ſat.iiij.vel agna cæſa feſtis terminalibus:ideſt Termino deo ſacris,vel hœdus ereptꝰ,vulneratus tn̄,lupo.Vt,ideſt oh qualiter:& eſt cum admiratione iucunda dictum,iuuat videre īter has ſcilicet inemptas epulas,oues paſtas properantes domum,.& videre boues feſſos trahentes collo languido. ideſt languenti:& ex labore in terram demiſſo.vomerē inuerſum:ideſt contrario modo ab aratione quia ſurſum verſū,ꝓperantes domū:& videre vernas:ideſt ex ancillis ſuis natos.appoſitorie:examem,ideſt fœturam ſeruorū per modum apium eductorum,domus ditis.i.diuitis & opulentæ,poſitos circū lares.i.ignes aut focos renidentis.i.ſplēdētes & omni nidore terſos.Vbi:ideſt poſtq̃,locutus ſup.ſum inquit poeta, hæc:i. huiuſmodi laudes agriculturæ,Alphius fœnerator:id ē vſurariꝰ futurus,ideſt qui decernit fieri:iāiam:i. propediē: ruſticus id ē agricola aut ruri viuens,redegit:ideſt coaceruauit (ſic Mancinellus legit,ſed Bōfinis & antiqui textꝰ fere hn̄t relegit.quaſi recollegit,eſt eī præteriti tēporis,vt metrū docet, ſed aptior videretur vox præſētis tēporis,qualis eſſet repoſcit,receptat: aut ſimilis,niſi capiti addatur particula quā,vt ſit quā omnem

hoc ordine.quę uit calendis ponere omnem pecuniam quam redegit idibus:ſed nihil muto)idibus:ideſt ad idus alicuius menſis.quæ circa medium eius ſunt:omnem pecuniam : ideſt ſortem pecuniariam ad vſuram datam:ſed ſup.aut &:quam particulam Bon finis addendam cenſet:ego non cenſeo:quia ſine copula gratius mihi dicitur:quærit ponere:ideſt iterum ad vſuram dare(nam qui dat ad vſuram nummos,ponit eos vt accipiantur,qui autem ſe ære alieno diſſoluit reponit eos)calendis ſcilicet proxime ſequentibus:& ita non tenetur deſiderio ruris:niſi dum eius commendationem audit.

pone,ſicque ſententia iungetur:illucuſquæ Non me Lucrina &c.In partē iuuet domū tunc mulier in partem iuuat domum: quum & ipſa quoq; vt vir aliquid operatur: quod inferiora declarant.Sabina qualis. Iuuenalis etiam ſat.vi.Sabinas & Appulas mulieres laudat.ait enim.Intactior omni Crinibus effuſis bellum dirimente Sabina.Et paulopoſt inquit.Malo venuſinam:q̃ te Cornelia mater Gracchorum.Pernicis appuli;ideſt celeris & impigri.Sacrum focum:dijs enim penatibus ſacer eſt vt etiam Acron aſſerit.Porphyrio item ſcribit Focum eſſe deorum penatium oram.Sunt autem penates omnes dijqui domi coluntur de his Seruius libro ſecundo Aeneid.Vetuſtis.per id ſicca oſtendit.Sub aduentum ideſt ante vel circa.Virg. lib.iij.Georgicon.Sub lucem exportant calathis.pro ante lucem:vt etiam Priſcianus edocet.Lætum pecus. pingue.Diſtenta.plena lactis.Siccet.mulgendo ſcilicet.Horna vina.Hornum exponit.Nonius ipſius anni: Porphyrio autem huius anni.Sunt qui velint dici ab hoc & anno.dixerunt enim hornam frugam:quæ hoc anno prouenit.Dolio.dolia vaſa grandia dicuntur quibus vinum reconditur.Auctor eſt Nonius.Inemptas. ſic etiam eſt in antiquo textu.Virgi.quoq; de ruſtico ſene libro tertio Georg.dixit.Seraque reuertens Nocte domum dapibus menſas onerabat inemptis.Non me Lucrina iuuerint conchylia &c.Ordo eſt Nō me magis iuuerint ideſt delectauerint Lucrina conchylia magis vt rhombus &c.Magis.ſcilicet q̃ dapes inemptæ. Lucrina conchylia.Oſtrea intelligit:nam Sergius Orata primus optimum ſaporem oſtreis lucrinis adiudicauit.A Brunduſio poſtea aduecta oſtrea compaſcebantur in Lucrino.Auctor eſt Plin.libro.ix.Strab.etiam libro.v.ſcribit Lucrinum ſinum captandis oſtreis vberrimum.Sunt autem oſtrea piſces ſiliceatesta incluſi. Ouid.lib.v.faſt.Oſtreaque in conchis tuta fuere ſuis.Conchylia vero ſunt ex genere purpurarum.vt oſtendit Plin.lib.ix.Rhombus.piſcis eſt planus,cui dextrum latus reſupinum eſt.vt idem lib.ix.ſcribit. Et martialis ait. Quis lata gerat patella Rhombum.Rhombus latior eſt tamen patella.Plin.lib.ix.ca.lii.docet Rhombū Rhauennę optimi ſaporis eſſe.Scari.ſic eſt in antiquis codicibus:ſic etiam in Plinio,non autem Scauri.græce etiam σκαρος dicitur.Plin.ix.cap.xv. ſcribit ſua tempeſtate Scaro principatum datum fuiſſe:quia ſolus piſcīū dicitur ruminare hærbiſque veſci non alijs piſcibus:Carpathio maxime mari frequens.inde aduectos Tyberio Claudio principe Optatus Elipertius præfectus claſſis inter Oſtienſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminauit &c.Gellius præterea lib.vij.cap.xvi.aſſerit Varronem ſcripſiſſe Scaros Cilices prꝍſtantiores a'ijs Heois fluctibus.ideſt orientalibus.propter Carpathium pelagus dixit:vbi ſcarorum maxima copia,vt oſtendimus.Carpathium vero pelagus tendit vſque Rhodum Cretenq; ac Cyprum:vt ſcribit Strabo lib.ij.Heois.par aſpirationem antecedentem hic ſcribi debet:nam venit ab Heos quod eſt dies & aurora.Eos,i. mane plerięq; non aſpirant:inde venit Eous eoa eoum.ſemper producta prima.Heous vero cum h.corripit ſemper Intonata.Priſcianus lib.ix.ſcribit Horatium hoc loco intonata protuliſſe ſecundum analogiam pro intonita Intonata.ſonora effecta.Hyems.tempeſtas.Afra auis.Gallinam Numidicam dicit:vt ſcribit Porphyrio. Plinius etiam lib.x.meminit de numidicis auibus in parte Africæ Numidia.Varro autem libro.iij.ſcribit Gallinas Afras fuiſſe grandes & varias,quæ propter penuriam ſuo tempore magno venibant.idem Plinius libro decimo capitulo.xxix.ſcribit de Meleagridibus,Africæ gallinarum genus gibberum varijs ſparſum plumis. Quæ nouiſſimæ ſunt peregrinarum auium inmenſas receptæ.&c.Attagen ionicus.hanc autem maxime Ionius celebrat.vocalis eſt alias,captus vero obmuteſcens,quondam exiſtimatus inter raras aues.vt Plinius aſſerit lib.x.Ionicus.Ionia Cariæ iuncta eſt.in Ionia autem Miletus atq; Epheſus optimæ vrbes atq; clariſſimæ vt ſcribit Stra.lib.xiiij.Iucundior q̃ innuit agrorum fructus cætera alia ſuperare.Iucundior.ſup.eſt. Lapathi huius hęrbæ vis ructus facit,vrinam ciet:caliginem oculorum diſcutit:nec a Malua diſſimiles effectus habet vt ſcribit Plin.lib.xx.ſcribitur autem cum th.Maluæ:malua græce μαλάχη dicitur ab emolliendo ventre:vt innuit Plin.lib.xx pręterea μαλάσσω mollio ſignificat.μάλακος vero mollis dicitur. Oſtendit autem poeta agrum vltra pomorum commoda afferre quoq; ſalutiferas hærbas.Terminalibus.Termino ſacra fiebant quod in eius tutela fines agrorum eſſe putabant.deniq; Numa Pompilius ſtatuit eum qui Terminum exaraſſet:& ipſum & boues ſacros eſſe.Auctor eſt Feſtus:qui etiam ſcribit ꝙ termonem Ennius Terminū dixit. Eſt autem Termon gręca dictio,quę nobis terminum ſignificat.Ouidius pręterea lib.ij.faſt.x.cal.Mart.ideſt die.xx.Februarij Termino deo ſacra fieri ſolita.quem duo domini de parte diuerſa coronabant bina ferta & bina dona ferentes.inde communis terminus ſpargebatur cęſo agno:vel porca lactente,Vicinia omnis ad dapes ſupplex conueniebat cantans Termini laudes.Dionyſius item lib.ij.ſcribit. Pompiliū iuſſiſſe vnūquēq; circunſcribere fundos ſuos,ſacroq; finibus lapides apponere:lapideſq; ipſos ſacraſſe Ioui terminali:ſtatuiſſe deinde ei ſacra quotannis omnes die conſtituta facere ſuper locum ipſum coeūtes.hoc Romani Terminalia a termonibus vocant:fineſq; ipſos,vnius litteræ mutatione a noſtra lingua.inquit Dionyſius:proferētes terminos appellant.quos ſi quis occultauiſſet:aut tranſtuliſſet,ſacrum eum eſſe dei lege ſtatuit:ita vt volēti eū occidere tanq̃ ſacrilegum & ſecuritas adeſſet & purgatio pollutionis.Deos em̄ putabant terminos,ſacrificabantq; eis nō animatū aliquod,neq; enim piū eſt cruentare lapides,ſed pultes & liba atq; alias quaſdā fructuum primitias.hęc ex Dionyſio.Hœdꝰ.is vt Varro ſcribit:dictus eſt quaſi fœdus.ſic enim Sabini dicebant.illi etiā ſircus:Romani vero hircus dixerunt.Loco enim f, Sabinorum: Romani aſpirationem ponebant,,vt aiunt. Has inter epulas.poſt ciborum frugalitatem enarrantem alias etiam explicat voluptates.Vt iuuat.i. quemadmodum.ſeu q̃:vt diximus.Poſitoſq; vernas.Ordo eſt.Et videre vernas,appoſitio.examen ditis domus poſitos circum renidentis lares.poſitos autem inquit circa lares.i.focos.quoniā vt etiam oſtendit Columella libr. xij.Villicus ruſticus epulari circa larem domini focum familiarē ſemper coſueſcere debebat.Et idem Horatiꝰ ſat.vi.libro.ij.de vita etiam ruſtica ait.O noctes cœnæq; deum:quibus ipſe meiq; Ante larem proprium veſcor:vernaſque procaces Paſco libatis dapibus.Vernas autem filios intelligit.Vernas.Vernæ appellāturex ancillis ciuium Romanorum vere nati.quod tempus anni maxime naturalis fœturę eſt.hic autē vernas pro natis poſuit.Nā & Maro libro.ij.Georg.de ruſtica vita ait.Interea pendent dulces circum oſcula nati. Ditis examen domus.ideſt quod ſolet eſſe in domo diuitis,cui plures āciliæ plures vernas edūt.Renidētis lares. id eſt ſplendētes focos.Colebant enim domi lares in ipſo foco:qui deorum penatium ara eſt.vt etiam Porphyrio edocet.Vnde Naſo quoq; triſtium lib.i.de vxore inquit.Illa ſed ante lares ſparſis proſtrata capillis Contigit extinctos ore tremente focos.Cato item in re ruſtica ait.Pater familias vbi ad villam venit:vbi larē fami-

Focus. Penates.

Oſtrea. Conchylia. Rhōbus. Scari.

Carpathium. Mare. Heous. Eous.

Gallinæ numidice

Attagen. Ionia. Miletus. Epheſus Lapathū Malua.

terminus

Terminalia.

Hœdus.

Vernæ.

Lares. Focus.

liarem salutauit: fundum eodemdie si potest circumeat &c. Deinde inferius de villici officio ait. Focum purũ circũuersum quottidie priusq̃ cubitum eat habeat. Calendis: nonis: festus dies quum erit coronam in focum indat. per eos itaque dies lari familiari pro copia supplicet. Et Columella lib. xij. de villico inquit. Consuescat que rusticus circa larem domini focum familiarẽ semper epulari. Ergo lar est ipse focus. Et Tibullus inquit Vos quoque felicis quondam nunc pauperis agri Custodes fertis munera vestra lares. Hæc vbi locutus. scilicet sum: inquit Horatius. quod magis placet, vt dixi, q̃ vti Acron Porphyrioque existimant: verba scilicet fuisse Alphij. ꝙ si esset Alphius: ipse hucusque ab ipso principio dixisset: non tantum ab illo versu Libet iacere: vt putant quidam. Fœnerator. Maiores nostri in legibus posuere furem dupli condemnari: fœneratorẽ quadrupli. Quanto peiorem ciuem existimarint fœneratorem q̃ furem: hinc licet existimare. Et virũ bonũ quum laudabant ita laudabant: bonum agricolam, bonumq; colonũ: amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur hæc Cato scribit in re rustica. merito igitur in fœneratorem Horatius inuehitur. Redegit. collegit, exegitq; a debitoribus suis prædia comparaturus cognoscens iam rusticæ vitę oblectationem iucunditatemq;. Idibus. Idus vocantur dies qui diuidunt mensam. iduare enim hetrusca lingua diuidere est. Vñ vidua
Idus. quasi valde idua. Aut vidua, idest a viro diuisa. Auct. Mac. lib. i. sat. Calendis. Calẽdę initia mensium dicũtur
Calendę a καλῶ idest voco. nam minor pontifex nouæ lunę primum obseruabat aspectum, visam regi sacrificulo nunciabat. itaque sacrificio ab rege & minore pontifice celebrato: idem pontifex calata: idest vocata in capitoliũ plebe iuxta curiam Calabram quot numero dies a calendis ad nonas superessent ꝓnũciabat. hinc & ipsi curię ad quam vocabantur: Calabræ nomen datum est. ideo autem minor põtifex numerum dierum: qui ad nonas superessent: calando proferebat: ꝙ post nouam lunam oportebat nonarum die populares qui in agris essent confluere in vrbem: accepturos causas feriarum ab rege sacrorum: scituros q; quid esset eo mensæ faciẽdum vnde quidam hinc nonas æstimant dictas: quasi nouæ initium obseruationis. vel ꝙ ab eo die semper ad idus nouẽ dies putentur. Auct. Macro. libro. i. sat. Ponere. apud alios scilicet fœnoris causa. per quod ostendit poe
Nonæ. ta non facile quemq̃ discedere posse ab auaritia & solita fœnoris cupiditate.

¶Parentis olim si quis impia manu. Si quis
ACR: ergo inquit parricidium fecerit comedat allium pro pœna: quia est veneno nocentius. Senile. ad augmentum sceleris dixit senile. quia etiam si occisus non esset mori tamen potuerit. vt Luca. Iam senis extremum piguit vergentibus annis. Edat. sic enim veteres declinabant. vt Te nectãtus edet dolor tacitam. O dura messorum ilia. fortia. vt Durus amor. Num viperinus. viperinum sanguinem venenum dicit. Incoctus. permixt⁹ Canidia tractauit dapes. Canidiam pro Gratidia posuit. non enim proprium nomen notari decebat in carmine. vt Nulli grauis ẽ percussus Achilles. fuit autem Gratidia vnguẽtaria Neapolitana: quasi malefica. Mirata est adamauit. quem super omnes malefictorũ hęrbas alio perunctum tauros ignem spirantes naribus iunxisse significat. Hoc delibutis vlta donis pellicem. Glaucem dixit Creõtis filiam, quam dum reuersus a Colchis Iason voluisset accipere vxorẽ: propter amorem Iasonis Medea repudiata victa dolore oblatione coronæ maleficia artæ composite incendit. & occisis filijs Medo & Mermero dolorem suum vlta pennatis draconibus fugit vecta: & Medeam constituit ciuitatem.
¶Parentis olim si quis impia manu Senilæ
POR. guttur fregerit. Execratur alliũ: significans se grauiter vexari. Edat autem dicendum poti⁹ q̃ edit: quoniam sic declinatur: edo es est. deinde modo optatiuo tempore futuro vtinã edam edas edat. pluraliter autem edam⁹ edatis edant. Et alium dicendum: vt solium dolium: non vt vulgo aleum. O dura messorũ ilia. qui fœtidum allium prandent. de quibus & Virgil. in Buco. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia serpillumq; hærbas cõtundit olentes. Edat cicutis. cicuta hęrba est venenatissima. An. m. c. t. d. sub hoc Canidiæ nomine Gratidiam Neapolitanam vnguentariam intelligi vult: quam veneficam Hora. semper insectatur. sed quia nõ licet probrosum carmen in quemq̃ scribere: idcirco fere poetæ similia effingunt. sic & Virg. in bucco. pro Citheride Lycoridẽ appellat. Candidum Medea mirata est ducem Iasonem signat. Cãdoris autem nomine & Virgil. in significatione pulchritudinis semp vtitur. vt Candidus insuetum miratur limẽ

Tertia Ode Dicolos Distrophos.
Ad Mecœnatem in Allium.

Parentis olim siquis impia manu
Senile guttur fregerit:
Edat cicutis allium nocentius.
O dura messorum ilia,
Quis hoc veneni sęuit in pręcordijs.
Num viperinus his cruor
Incoctus hęrbis me fefellit: an malas
Canidia tractauit dapes?
Vt Argonautas præter omnes candidum
Medea mirata est ducem
Ignota tauris illigaturum iuga
Perunxit hoc Iasonem.
Hoc delibutis vlta donis pellicem
Serpente fugit alite.

¶Parentis Allij morsu læsus poeta dire ipsum execratur dicens. Siquis fregerit olim, idest quouis tempore manu impia: idest contra pietatem maxime faciente: guttur senile parentis: edat quasi pro Iulia pœna: allium nocentius cicutis: idest quã sint cicutæ hærbe succo frigidissimo necantes: cuius succi haustu Socrates extinctus dicitur. O dura ilia idest intestina messorum: quis idest quibus: vt Bon finis legit: hoc veneni sæuit in præcordijs: & tamen ipsos non cruciat: immo refrigerat: vt in buco. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia serpillumq; hærbas contundit olentes. Si legatur quid, vt exemplaria habent: dicamus sic: o dura ilia messorum quæ allio non leduntur. deinde addatur: quid .i. quæ res: aut quis seruit: vt sit a sero: hoc veneni in præcordijs? vel quid idest quantum hoc veneni sæuit &c. Num: idest nunquid cruor viperinus: idest viperæ serpentis venenosissimę. incoct⁹. idest. idest immixt⁹ aut innatus his hærbis: hoc est alijs: fefellit me: qui scilicet hærbas putabam esse? an Canidia hoc est Gratidia venefica tractauit idest infecit contactu hærbas malas: idest noxias mihi/ Medea venefica illa notissima apud Colchos: vt idest postq̃ mirata est Iasonem ducem scilicet argonautarum: candidum, idest formosum præter: idest supra omnes argonautas scilicet reliquos perunxit ipsum illigaturum: idest qui erat illigaturus tauris scilicet ferocissimis iuga ignota: idest insolita & non prius imposita: hoc scilicet veneno allij. Et sup. ipsa vlta pellicem scilicet Glau

cam Creontis regis Corinthiorum filiam ab Iasone ductã, donis:idest quibusdam munusculis a filijs ad Glaucam allatis:delibutis:idest iunctis atque infectis:hoc scilicet veneno quod in allio est(Non tamen putat id allio effectum:sed tantã vim allio esse:vt talia fieri possint)fugit serpente alite:idest alato post incensam regiam.vt Mancinellus recitat.

olympi.& Candida Dido:& Candida Maia.Notam autem historiam hunc in locum conuertit:quasi Medea allio perunxerit Iasonem,vt eum muniret aduersus vim taurorum flammam spirantiũ qui iussu regis subigendi erant si vellet pellem auream accipere.Hoc delibutis vlta donis pellicem Setpete fugit alite.vt cũ ait.Rues voles aderat!

Argumeneum Odes.III.

¶Parentis olim.Hac Ode Mecœnatem alloquitur Allium detestans.Eo siquidem eso offensus poeta fuerat vnde dicit illud cicutis viperinoq; sanguine esse nocentius.Metrum vero idem est cum superioribus.Senile guttur.Sunt enim senes morosi:& anxij:grauesq; omnibus.hinc Iuue.sat.x.inquit.Vsq; adeo grauis vxori: natisque sibique,Vt captatori moueat fastidia Cosso.Cicutis.Cicuta venenum est:publica olim Atheniensium pœna inuisa.semini & folijs refrigeratoria vis:quasi enecat:incipiunt algere ab extremitatibus corporis Venerem extinguit testibus circa pubertatem illita.hæc & plura Plinius libro.xxv.Allium.idest asperi sapo ris:& quo plures nuclei fuere hoc est asperius.tædium huic q̃q; halitu vt cæpis:serpẽtes abigit & scorpiões odore.bestiarum omnium ictibus medetur.Antiqui & insanientibus dabant crudum:oculos hebetat:inflationes facit,stomachum lędit copiose sumptum:sitim gignit.Auctor Plin.libro.xx.Galeni autem auctoritate: Allium est theriaca rusticorum.Dura messorum ilia.Virgi.etiam in Buco.ait.Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia serpillumque hęrbas contundit olentes.Hoc allium scilicet.Præcordijs.Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membranis,quę præcordia appellant:quia cordi prætenduntur. Plinius libr.xi.Canidia sub hoc Canidie nomine:inquit Porphy.Gratidiam Neapolitanam vnguentariam intelligi vult quam veneficam Hora.semper insectatur.Vnde etiam tertia Ode sequenti in eam scribit.Vt Argonautas.Ordo est.Medea vt:idest postq̃ mirata est Iasonem ducem candidum præter omnes argonautas.illigaturum tauris ignota iuga perunxit hoc:scilicet allio.id autem poetæ fictio est,vt allij vim ostendat.Argonautas.Iason Aesonis filius iuxta Pelion montem nauim ædificauit ingentem:postea optimos eorum qui secũ irent elegit numero.liiij.quorum clarissimi erant:Castor & Pollux:Hercules:Thelamon:Orpheus:& ipse Iason.Nauis Argo dicta est ab Argo eius architecto:vel ab eius velocitate:quã ἀργὸν appellabant. Deinũ in Colchos appulerunt:vt aureum vellus arriperent.communicato autem consilio cum Medea regis Aeetæ filia:illa se adiutricem ad perficiendum certamen pollicita est.Iason iure iurando data fide vxorem sibi eam futuram perpetuo spopondit.inde Medea argonautas ad templum duxit Martis :qui peremptis custodibus erepta aurea pelle ad nauem reuersi sunt.Medea draconem pellis custodiæ incubantem: semperque vigilem veneno perimens cum Iasone mare conscendit.Cum ipso demum Medea annis x.Corinthi cõiũxit:ex quo filios etiam peperit.postea vero Iason Glaucæ Creontis Corinthi regis filiæ amore captus virginem nuptui a patre petijt.qua sumpta Medeam Iason vrbe expulit.Sed noctu regiam ingressa medicamentis quibusdam immutata faciem:domum incendit radice quadam ab Circe inuenta:ea virtute vt incensus ignis nequiret extingui.Iason tamen euasit:Glauca Creontesque igne absumpti sunt.Quidam scriptores volũt Medeæ filios dona quædam sponse attulisse venenis illita:quæ quum illa corpori applicuisset:incidisse in morbum:& patrem auxilium filiæ ferentem:quum corpori illius hæsisset ilico expirasse.Irata autem medea q; Iason euaserat:in eius calamitatem omnes iugulauit natos,excepto vno qui fugit:is Thessalus dicebatur. deinde fidissimis socijs fugę assumptis Medea noctu ex Corintho fugiens Thebas ad Herculem iuit.Iason vero sibi ipsi mortem consciuit.Relicto Hercule Athenas ad Aegeum regem se contulit:inde Phœniciam petijt.postea ad superiores Asiæ partes transiens clarissimo hęsit regi.Ex quo Medum filium peperit:a quo Medi populi dicti sunt.Tragici postmodum miranda quædam de Medea variaq; ediderunt.hæc omnia ex lib.v. Diod. Diximus & plura in Iuue.sat.i.& in Buco.æglo.iiij.videto item Naso.epistolam vbi Creusam appellat non Glaucam.videto item lib.vij.met.Mirata est ducem.ipsa Medea apud Ouid.inquit.Cur mihi plus æquo flaui placuere capilli:Et decor & linguæ gratia ficta tuæ:Et formosus eras:& me mea fata trahebant.Abstulerant oculi lumina nostra tui.Ignota iuga.Medea Iasoni inquit.Dixerat interea tibi rex vt dura ferorum Insolito premeres vomere colla boum.Martis erant tauri plusq̃ per cornua sæui.Quorum terribilis spiritus ignis erat.Aere pedes solidi:pretentaq; naribus æra,Nigra per afflatus hæc quoq; facta suos. Hoc delibutis. Ordo est.Vlta pellicem donis delibutis hoc,scilicet allio &c.Delibutis:hoc est vnctis.a delibuit idest vnxit. Serpente fugit alite.vbi Medeæ venenis noua nupta arsit cum regia Creontis illius patris:filios Medea iugulauit ense in Iasonis patris vltionem:inde draconibus ablata est:Athenasque adijt,vbi ab Aegeo rege etiam thalamo recepta fuit.Hæc ex libro septimo metamor.

ANTO

Cicuta.

Allium.

Præcordia.

Argonautę.

Iason.

Argo

Thessal⁹

Nec tantus vnquã siderum insedit vapor
Siticulosę Appulię,
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius.
Atsi quid vnquã tale concupiueris
Iocose Mecœnas:precor
Manum puella suauio opponat tuo:
Extrema & in sponda cubet.

¶Nec tantus vapor:idest exhalatio ignea:siderum idest vi siderũ demissa:insedit vnq̃ appuliæ siticulosæ:quia æstuose, q̃tus sup.ardor allij insedit mihi,nec munus Herculis efficacis,id

¶Nec tantus vnq̃ siderum insedit.v.s.Ap. nõ tanto ardore solis siccari Appuliam dicit quanto ardore allium comedentium viscera perurit.Nec munus humeris efficacis her.i. æ.Nessus Centaurus vulneratus ab Hercule eo quod Deianiram vxorem eius rapere voluisset,dũ eã susceptã ab Hercule Euenũ fluuiũ traijceret:vt se de eo vlcisceret ,lanã tinctã sãguine suo Deianirę dedit:dicẽs eam ab Hercule satis amãdã,si ex accepta lana cõfectum vestimẽtũ Herculi dedisset:hoc illa muliebri facilitate seruauit.quando autem se amari minus cognouit ab Hercule : pallium factũ ei vt idueret dedit.Quo tacto Hercules tãto ardore correptus est:vt ipẽ laniaret

ACR.

nec ardorem vinceret: nisi quod pyram sibi in monte Thessaliae fecit se iniiciens. purgatus corpore, inter deos afflatus receptus. Deianiram autem Hercules acceperat victo Acheloo fluuio Calydoniae, quae Deianira fuit Oenei filia, Tydei soror: hanc autem fabulam ideo commemorauit vt ardorem Herculis incendio allij comparet. Tale: idest aliquid simile. Iocose. laete: iocunde. Manum. p. s. o. t. i. refutet puella suauium tuum pro allij foetore: & in sponda lecti fugiat olentem virum. Quidam volunt Terentiam concubinam esse ad Herculem efficaris virtutis virum missa tunica: quam camisiam vocant, venenato semine & sanguine infecta: inaestuet humeris idest in humeris Herculis: aestuosius: idest ardentius: quam sup. allium inaestuat praecordijs meis. At o Mecoenas iocose: i. qui iocis gaudes: ego precor si concupiueris vnquam quid: idest aliquid, tale: idest allij esum: puella opponat tuo suauio: idest osculo aut ori: manum: ne scilicet os ipsius contingas: & cubet extrema sponda idest parte lecticae vltima: hoc est eam des poenam vt ab amica spernaris. Mecoenatis eum significare voluisse.

POR. ¶ Nec munus humeris efficacis Herculis. de veste illa loquitur sanguine Nessi delibuta. quam a Deianira coniuge oblatam Hercules cum se induisset incendio eius absumptus est. Efficacis autem perpetuum epitheton vult esse Herculis. At si quid vnquam tale concupiueris iocose Mecoenas precor. oportune iocosum appellat cui velit iocos suos commendatos esse.

ANTO ¶ Vapor. aestus hoc loco, alibi fumus: vel nebula, vel odor. Siderum vapor. Caniculae exortu accendi solis vapores quis ignorat: inquit Plinius lib. ij. Cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur: feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina. Canes quidem toto eo spatio maxime in rabiem aguntur. Canicula autem

Canicula dicitur procyon idest anticanis, quia ante canem maiorem exoritur. Vtque Columella docet. vij. cal. Augu. canicula apparet. quo tempore caligo fit aestuosa. Siticulosae. quae semper sitit. Appuliae. accolae tractum omnem post Calabros Appuliam vocant. vt scribit Strab. lib. vi In ea vt scribit Ptolemaeus vrbes sunt Theanum Nuceria: Arpi: Canusium: Mons Garganus. Munus Herculis. Hercules Eurynomum puerum ministran-

hercules. tem sibi in coena a vino calefactus pugno occidit inuitus Qua ex re dolore perculsus Calydonia cum vxore Deianira Hiloque puero ex ea orto recessit. Quum in itinere ad Euenum peruenisset flumen: Nessum Cen-

Nessus. taurum repperit praecio viatores flumen transuehentem. hunc traductam Deianiram violare conantem muliere viri opem implorante Hercules sagitta transfixit, cum prius tamen Deianiram cognouisset. Moriturus ex vulnere pollicitus est ei se amoris medicamentum traditurum: quo nullam praeter se mulierem Hercules aliam appeteret. iussit itaque semine quod ex eo excideret cum oleo & sanguine ex sagitta defluente immixto Herculis tunicam vngere. quo dato consilio quum expirasset: illa clam Herculae quod mandatum erat assumpsit. longo post tempore Hercules captam Iolen secum ducens Euryti filiam ex Euboea in montem profectus est nomine Cyneum, ibique sacra facturus Lycam domesticum quendam ad vxorem Deianiram in Trachinam misit, vt ei vestem: qua in sacris vti consueuerat: afferret. Quae quum a Lyca amorem Ioles percepisset cupiens se omnibus amore praeferri tunicam iuxta Centauri consilium tinxit. hanc a Lyca rei inscio delatam Hercules indutus medicamenti vi paulatim inualescente torqueri maximo dolore coepit. Virus enim sagittae veneno vipereo infusae corpus conficiebat. itaque Lycam vestis latorem primum occidit. Deianira vero in-

Herculis mors. tellecta re laqueo vitam finiuit. Hercules autem constructa pyra in Oeta monte ex responso Apollinis: & desperata salute in pyram ascendit: rogans vt ignem subijcerent. tunc Philoctetes in gratiam sagittarum: quas ei Hercules reliquerat. pyram succendit: subitoque fulminibus circumcadentibus pyra exusta est. Accedente Iolao vt ossa colligeret, quum nullum penitus repertum esset: credentes Herculem secundum oraculi responsa ad deos translatum, illi vt heroi sacra quaedam fecerunt. haec meminit Diod. libro quinto. Quod etiam libro. ix. meta. Ouid. amplissime scribit. Efficacis Herculis. id quidem Herculis perpetuum est epitheton. Effi-

Efficax. cax enim dicitur qui facile potest efficere & implere quicquid voluerit. Iocose. iocis gaudens. Sponda. externo re parte lecti.

Quarta Ode Dicolos Distrophos. In Menam Cn. Pompeij libertum.

Lupis & agnis quanta sortito obtigit,
Tecum mihi discordia est,
Ibericis peruste funibus latus,
Et cura dura compede.
Licet superbus ambules pecunia:
Fortuna non mutat genus.

ACR. Lupis & agnis. Hic quem alloquitur libertus fuit Cn. Pomp. Magni. postea mortuo Pompeio: filio eius exercente piraticam: ad Augustum relicto Sexto confugit. iterum ad Sextum reuersus est rursus illo relicto ad Augustum redijt: & ab eo tribunus militum factus est. Quanta sortito. Inimicitiae aut naturales sunt: aut voluntariae. Sibi ergo cum isto naturales inimicitias esse dicit: sicut agnis & lupis. Sortito autem aduerbium qualitatis est idest ex sorte idest naturaliter euenit. Ibericis per. f. l. Cruciatibus afflicte & vinculis Hispanorum: qui sunt districti ad resecanda delicta. Peruste la. absolute dixit. Vt Lachrymis oculos suffusa ni. Dura compede. ferrea aut cruda. Licet superbus. a. p. i. libertum te esse diuitiae excusare non possunt.

POR. ¶ Lupis & agnis quanta sortito obtigit tecum mihi discordia est. Hanc eclogam in Menam scripsit Libertum pompeij magni: qui praefectus classis fuit Sexto Pompeio bellum aduersum Augustum Caesarem gerente. Hic cum classe ad Caesarem transierat: deinde ad Sextum redijt: & rursus refugit ad Cesarem Tecum mihi di. est intelligendum hic extrinsecus tanta. Sic enim consequens erit elocutio. quanta sortito obtigit discordia lupis & agnis: tanta mihi tecum est. Ibericis peruste

¶ Lupis & agnis. Menam libertinae conditionis hominem quanto odio prosequatur ob superbiam eius, commemorat hac Ode dicens. O sup. Mena peruste latus: idest habens latus perustum funibus ibericis idest chordis nauium ex spartio iberico factis frequente ictu quasi igni induratum: & peruste crura idest habens crura perusta & compressa dura compede (cum scilicet ad transtra alligatus remigaret) tanta sup. discordia est mihi tecum: quanta discordia obtigit sortito idest ex sorte: idest natura quam animalium quodque nascendo sortitur: lupis & agnis, qui inter se inimicissimi sunt. Causam addit: nam licet tu ambules superbus pecunia: idest propter pecuniam adulatione & fraude partam, tamen fortuna non mutat genus: idest propterea non minus es degener & minime generosus.

funibus latus.restibus cæsum sæpe ac per hoc malum seruum fuisse vult intelligi.Ibericos autem funes ideo. dicit,quia in Iberia idest Hispania plurimum spartum nascitur.

Argumentum Odes Quartę.

¶Poeta in Menam libertum inuehitur.is enim pecunia superbus erat:& in ordine equestri receptus tribunusque militum factus. Acron autem & Porphyrio scribunt Menam Cn. Pompeij magni libertum fuisse. Deinde apud Sex.Pompeium magni filium mansisse.quo quidem exercente piraticam ad Augustum prefectus classis relicto Sexto confugit:iterum postea ad Sextum reuersus est.rursus illo relicto ad Augustum rediit.a quo tribunus militum factus est.Suetonius etiam scribit:neminem vnq̃ libertinorũ adhibitum ab Augusto cœnæ excepto Mena,sed asserto in ingenuitatem post proditam Sexti Pompeij classem.Metrum vero est primæ Ode Epodon simile.Sortito,ex sorte & naturali dispositione.Naso quoq; in Ibin ait. Pax erit hæc nobis donec mihi vita manebit,Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.Ibericis funibus. græci eandẽ Iberiam & Hispaniam nominabant:sic etiam Romani:vt Strab.lib.iij.Ptole.item lib.ij.sic ait.Hispaniæ quę apud græcos Iberia dicitur:tres sunt regiones:Betica:Lusitania:ac Taraconensis. Ibericis funibus. ostendit eum fuisse Pompeij remigem in Iberia.Pompeius enim in Iberia sæpe contra Sertorium pugnauit:a senatu quidem missus cum Metello in Sertorium & Perpennam.demum obtruncato Sertorio a Perperna amico, quem & hæredem instituerat:Pompeius ipse plenam victoriam habuit.nouissime contra Perpenam pugnauit:qui captus & occisus Iberici belli finis extitit.scribit ea Apia.lib.i.Libro item.ij.asserit:quo tempore Pompeius Brundusium se contulit timore Cæsaris,eius exercitum in Iberia consedisse:omnibus in promptu paratis:quocunque necessitas ire cogeret.Erant autem illic Petreius & Afranius Pompeij prætores:contra quos Cęsar ipse pugnauit,ac vicit:eosque ad Pompeium liberos redire concessit,relicta Hispania sibi possidenda propter hæc igitur ostendere videtur Hora.Menam Pompeij remigẽ in Iberia fuisse.Ibericis funibus.Spartum hærba est sponte nascens:& quæ non queat seri.Carthaginẽsis Hispaniæ citerioris portio:nec hæc tota montes quoq; sparto operit.id in aquis marique inuictum est.in sicco præferunt e cannubi funes.in vsu est nauium armamentis.iunco græci & ad funes vsi sunt.inde translatus a pœnis Sparti vsus.Plinius auctor li. xix. Meminit item Gellius libro xvi.c.iij.Dicens igitur Hora.Ibericis funibus:sparti funes intelligit, quibus nautæ vtuntur.Peruste latus.perustum habens:funium videlicet flagris.per quod eum vilissimum ignauissimumque fuisse remigem ostendit.Crura.Tibias intelligit.Crus enim nunc coxa nunc tibia dicitur.Dura cõpede.ferreis anulis & pedicis.quales quidem remiges ipsi ferre soliti.

ANTO

Iberia.

Spartum

Vides ne sacram metiente te viam
Cum bis ter vlnarum toga
Vt ora vertat huc & huc euntium
Liberrima indignatio?
Sectus flagellis hic triumuiralibus
Preconis ad fastidium
Arat Falerni mille fundi iugera,
Et Appiam mannis terit:
Sedilibusq; magnus in primis eques
Othone contempto sedet.
Quid attinet tot ora nauium graui
Rostrata duci pondere
Contra latrones atq; seruilem manum
Hoc hoc tribuno militum?

¶Vides ne. Arguit eum excæcatum strepitu fortunæ nõ videre importunitatem suam dicens. Vides ne o Mena:vt:idest qualiter liberrima:idest nullo metu dissimulata indignatio sup. est cum toga scilicet tua:bis ter idest sex vlnarum: vertat idest vertere faciat huc & huc:idest in quamlibet partem: ora euntium:idest transeuntium:& hoc te metiente:idest eundo mẽsurante:viam sacram quæ ducit in capitolium: Indignatio aũt populi est dicentis.hic scilicet qui tam pomposus incedit: sect⁹ idest concisus:flagellis triumuiralibus idest iussu triumuirorum incussis:ad idest vsq; ad fastidium idest tedium & contemptũ præconis scilicet inflantis tubas & pronunciantis crimina ipsius tantisper dum cedebatur:arat mille iugera fundi Falerni.s. fertilissimi:præcipue vini.sed potest videri ad superbiam eius dictum:q; optimi vini fundum aret.& terit mannis:idest equis in delicijs habitis appiam scilicet viam:huc illucq; obequitãdo & ipse effectus magnus eques sedet in primis sedilibus scilicet quatuordecim,equitibus assignatis in theatro:Othone scilicet L.Roscio:qui eam legem tulerat:spreto idest contempto:quia libertinæ conditionis cerdo eum locum occupauit.Quid attinet idest ad rẽ pu.facit:& quid prodest tot rostrata ora nauium duci idest educi graui pondere contra latrones idest piratas atq; contra manũ seruilẽ idest seruorũ sub Syro,Spartaco & similibus grassantiũ: hoc hoc idest tam vili homine tribuno idest existente tribuno militũ:q.d.hunc potius debellandũ: q̃ illos.

¶Sacram metiente te viam.Cum indignatione ait videntes eum togatũ incedere:permoueri.Metiẽtẽ dixit ambulantẽ. vt Stabili gressu metit littora cornix.Cũ bis ter vlna. c.Sex eñ vlnis habebat diffusã togã. Liberrima indignatio.iustissima & libera. Sectus flagellis.Tanq̃ qui ad maius dedec⁹ vitæ publico sit vindice verberatus.Nã vt tribunis plebem: ita triũuiris ius erat alienos seruos cædendi.Sectus ergo cæsus.vt Iuue.Secat ille flagellis.Arat Falerni.m.f.i. Falernũ regio est Cãpaniæ vini boni fertilis.Sedilib. m.i.p.e.hoc est in ordine equitũ Othone cõtempto inter primos sedet. quia L. Roscius Otho legem theatralẽ tulerat,vt in.xiiij. ordinibus sederent equites.de quibus in duob⁹ sederent tribuni:non tamen serui.quia Menas tribunus factus erat ab Augusto.vt Iuue.Sic libitum vano qui nos distinxit Othoni.Quid.a.t.hoc est quid prodest superatos piratas:si is qui piraticã exercuit inter Sexti Pom.seruos tribunus factus est militum.

ACRO

¶Vides ne sacram metiente te viam Cum bis ter vlnarum toga Vt ora vertat huc & huc eum.liberrima indignatio.idest vides ne vt euntes ora huc & illuc vertant?Ordo est Vides ne vt liberrima indignatio vertat huc & huc ora euntium te metiente sacram viã cum bis ter vlnarum toga.Liberrima indignatio.Signat autem populum ex indignatione,q̃ ille oblitus cõditionis tam magnificus incedat:detorquere ab illo aspectum. & bene liberrimã indignationẽ dixit: q; libere ac palam hunc videntes in seruitutem inuehuntur.Cum bis ter vlnarũ toga.hoc est cũ sex vlnarũ toga.hanc autem iustæ togæ mẽsuram intelligendum est.Sectus.f.h.t.Triũuiralibus autem q; dixerit speciali elocutiõe vsum esse pro generali puto.neq; enim triũuiris tantum:sed etiam alijs potestatibus ius est alienos seruos flagellare.Præconis ad.f. aspere donec aliud agentibus triumuiris præco cum vellet desinere iuberet. Et appiã mannis.t.elegãter mãnis.quia nimiarũ deliciarũ affluentia est equos burrichos habere. Mannos aũt equos vulgo Burrichos appellant.

POR.

Appiam.pro qualibet via posuit.Arat.proprie.quia Falerni agri meminerat:quo scilicet Appia via necesse est ire.Sedilibusque magnus in primis eques Othone contempto sedet.& magnus eques & sedilibus in primis cum vehementi indignatione profert:exquatuor autem ordinibus: quos lege Roscius Otho tri.ple.in theatro equestri ordini dedit:duo primi versus tribunitijs vacabant.Quid attinet tot ora nauium graui Rostrata duci pondere Contra latrones atque seruilem manum.Sensus est.quid prodest classem rostratis nauibus ducere abuersum latrones ac fugitiuos:quos Sextus Pompeius armauit,cum hunc patimur tribunum equitem Romanum esse.

ANTO ¶Sacrem viam.Via sacra illa quidem erat vt legitur:quæ a capitolio tendit ad Titi arcum:sic dicta vt Varro scribit. quia sacra quotquot mensibus ferebantur in arcem idest capitolium: & per quam augures ex

Via sacra arce profecti solebant inaugurare. Scribunt alij in hac via:quoniam iuxta forum Romanum erat,fructus & poma vendi solita.Vnde ait in arte Ouid.Rure suburbano poteris tibi dicere missa Illa:vel in sacra sint licet empta via.Cum bis ter.Ordo est.Cum toga vlnarum bis ter.per quod amplam fuisse ostendit.hinc et ait Ammianus.Sudant sub ponderibus lacernarum.Iuuenal.quoque sat.i:Crispinum eiusdem fortunę cum Mena de toga sic taxat.Cum pars niliacæ plebis cum Verna Canopi Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas Ventilet ęstiuum digitis sudantibus aurum.Vlnarum.Seruius in buc.& lib.iij.Ghorg.sic ait.Vlna se

Vlna. cundum alios: vtriusque manus extensio est licet Sueto.vnum cubitum velit esse tantummodo: quod magis verum est.hęc ille.hic,vero conuenit magis prima significatio:vt intelligamus amplitudinem togæ,non longitudinem,vt aliqui sentiunt.Liberrima indignatio idest:iustissima & ingens.Libere enim non timidæ agebatur in eum Sectus flagellis idest virgis cæsus.Iuue.sat.vi.de mulierum sæuitia in seruos ait.Hic frangit ferulas,rubet ille flagellis.Hic scutica &c.vbi non secat sed rubet in omnibus legitur.Flagella autem dicunt

Flagella. summæ arborum partes,ab eo q̃ ventorum crebros flatus sustineant.Virg.lib.ij.Geor.Neue flagella Summa pete.Triumuiralibus:Innuit Menam publice quoque in maius dedecus fustigatum Triumuiri enim sup

Triūuiri plicijs pręerant.hinc sic Sallu.in Catil.ait.Triumuirosq; ad supplicium postulabat.Sosia autem in Plauti Amphi.sic inquit.Quid faciam nunc si tres viri me in carcerem compegerint,Inde cras e prōptuaria cella depromat ad flagrum:Plin.quoq; lib.xxi.c.iij.sic ait.Atq; ob id duci eum in vincula Triumuirj iussissent. Vtquæ Liuius lib.xi.scribit.Triumuiri capitales tunc primum creati sunt:vbi Curius Dentatus consul Sannitibus cæsis Sabinisque victis bis in eodem magistratu triumphauit.Pręconis ad fastidium idest tandiu cæsus donec etiam præconi fastidio esset.Per quod intelligendum:dum nox ij cędebantur præcones tubas inflare solitos

Falernū. Qui mos adhuc mea in patria Velitris seruari solet.Falerni fundi.Secunda vini nobilitas Falerno agro erat:

virum. qui ager a ponte campano læua petentibus vrbanam coloniam Syllanam nuper Capuæ contributā incipit vt scribit Plinius libro.xiiij.In agrum vero Falernum Appia via ibatur.propterea Appiæ quoque meminit

Iugerum Iugera.iugeri mensura in ducentos & quadraginta longitudinis pedes dimidioq; in latitudine patet. Auctor Quintilianus libro primo.Teste autem Plinio lib.xviij.iugerum vocabātur quod vno iugo boū in die exarari potuisset.Appiam.præclarissimæ sunt viæ vt Strab.ait.lib.v.Appia:Latina:Valeria.Appia quidem ad

Viæ præclaræ. mare vsq; Sinuessam protenditur,Valeria vero in Sabiniam vsque ad Marsos.Hæc a Tyburtinis capit initium.Inter Appiam & Valeriam media Latina est:que ad Casinum oppidum coniungitur Appiæ:a Capua decem & nouem distans stadijs.Plinius autem scribit Appium Claudium Cecum in censura viam vsq; Brūdusium lapidibus strauisse.Vnde illa Appia dicta est.Mā nis.māni æq dicti q̃ māsuetudinē manū sequātur

Manni. Vulgo burrichi dicebantur:vt Porphyrio scribit.Sedilibus primis.Pedianus in oratione pro Cornelio sic ait Q̃ quā D.Roscius Otho biennio ante consul firmauit in theatro:vt equitibus Romanis.xiiij.ordines spe-

Otho. ctandi gratia darentur.Et Seneca epistola.xliiij.inquit.At mehercle multis.xiiij.gradus clausi sunt,non oms curia admittit.Lucius etiam Florus li.xcix.epi.Liuij sic ait Lucius Roscius tribunus plebis legem tulit,vt equitibus Romanis in theatro.xiiij.gradus proximi assignarentur.Othone contempto idest spreta Othonis lege,Quid attinet:Quid prodest inquit Hora.expugnasse Piratas & manum seruilem cum Mena olim & seruus & pirata cum Sexto scilicet Pompeio nunc tribunus sit militum:Rostrata ora nauium. proras intelligit habentes in fronte rostra ærata:propter scopulos scilicet ne offendantur.Contra latrones.contra piratas intelligit.Sextus enim Pompeius maria omnia deprædationibus infestabat,ita vt Romani maxima fame augerentur.In Sicilia autem nauali pręlio eum Agrippa deuicit:vt lib.v.Apianus ait.de quo latius Ode. vi. lib.i.

Syrus. iam diximus.Seruilem manum.Syrus quidam in Sicilia ad libertatem & arma seruos concitauit.Itaque sexaginta seruorum milia collegit iure belli refractis ergastulis.Inde castella:vicos oppida miserabili direptione vastauit:cepit & castra prætorum.Tandem Perpenna imperatore supplicium de eis sumptum est apud Aetnam.Iterum postea insurrexere:vt prius sęquientes.Aquilius tandem deleuit.Tertio duce Spartaco & gladiatores:& serui multo peiora fecerunt.demum Licinius Crassus eos circa Brutium angulū superauit. Hæc oia late habentur apud Lucium Florum.Hoc hoc tribuno militum idest & latrone & seruo.

ACR. At o.d.quicquid.i.c.r.In Canidiā veneficam scribit inducta persona pueri:qui ad immolationes captus vociferans rogat:ne mulierum consciarum turba pereat inclusus.At o deorum. At vacat: vt At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis.Necromantiam factam detestatur a Canidia maga.quæ in fosso puero regio animā extorquere non ambigit.Aut quid omnium Quasi etiam vultus crudelitate turbentur. Per liberos te.vult intelligi:aut nō peperisse Canidiam:aut de adulterio sobolē suscepisse.Per.h.in.p.d.p.velut pretextat⁹ puer apd̄ eas purpuræ decus mane dixit:quia non proderat perituro.Per imbrobaturum idest vindicaturum.humanæ.n.victimæ Ioui acceptę esse non poterant:quia a iuuamine hoim Iouis dictus est.

¶At o deorum quicquid in cælo.r.t.Verba prętextati vociferantis in domo Canidiæ,q̃ significat ab ea furtim raptum:vt Necromā

V.Ode Dicolos Distrophos. In canidiam veneficam.

At o deorum quicquid in cęlo regis
Terras & humanum genus,
Quid iste fert tumultus? ecquid omniū
Vultus in vnum me truces?
Per liberos te(si vocata partubus
Lucina veris affuit)
Per hoc inane purpurę decus precor,
Per improbaturum hæc Iouem.
Quid vt nouerca me intueris? aut vti
Petita ferro bęlua?

¶At o deorum. Canidiam veneficam quæ puerum pretextatum ad veneficium rapuerat: taxans inducit ipsum puerum in raptu sic querritantem. At. q. d. vt humanas opes non implorem o quicquid deorum idest quicunq; existens deus in cælo: regis terras & genus humanum, quid iste tumultus idest mulierum furor fert idest affert noui: aut quid sibi vult: ecquid vultus truces omnium scilicet harum veneficarum scilicet Saganæ Veiæ Folię & Cratidiæ seu Canidiæ: supple conuertunt in me vnū ego precor: o Canidia supple: te per liberos: scilicet tuos: quorum memoria quia illis simile contingere posset: mihi parcere debeas si lucina vocata idest inuocata a te: affuit veris idest nō simulatis partubus idest siquos liberos habes: & ij qui tui dicuntur non sunt suppositi sed tui: precor etiam per hoc decus purpurę idest per hanc prætextam quam vt nobilis puer ferebat: inane idest nihil mihi proficiens: quia nihilominus rapior: & per Iouem imbrobaturum idest damnaturum hæc & ita de te supplicia sumpturum: quid intueris me vt nouerca: aut vt belua. s. leo: petita. i. lacessita ferro: hactenus sunt pueri verba.

tiā ex eo faceret. Et bene abrupta exclamatio in cælū. hoc. n. dicit: peremptum est, quicquid in cælo est regens terras. Quid iste. f. t. Tumultum autem dicit rapinæ ipsius quā passus est: Aut quid omnium vultus in vnum me truces. Earum dicit quæ cum Canidia consciæ ministræ sceleris huius fuerant. Per hoc in. p. d. p. quo magis oneret atrocitatem sceleris huius, prætextatum ac per hoc honestum ac delicatum facit hunc puerum esse. Inane ergo decus purpuræ: apud eam inane intellige, quæ scilicet sine respectu æquitatis eius in eum sęuiat.

Argumentum Odes. V.

¶Hęc Ode in Canidiam veneficam scribitur. ea quippe adamās Varum, a quo spernebatur: prætextatum puerum cum Sagana Veia & Folia veneficis mulieribus clam ceperat: spoliauerat: in fossam vsq; ad mentum cum incantata aqua immerserat: quo ex illius fame deficientis medulla & iecore amoris poculum parare posset. puer autem salutis expes diris impræcationibus illas est insecutus. De eadē vero Canidia latius Epodo tertio diximus. Præterea de Canidia & Sagana late idem Hora. scribit in Satyra octaua primi libri: vbi incipit carmen. Vidi egomet nigra succinctam vadere palla Canidiam &c. Est autem metrum primo simile. ANTO

At o deorum. Timentis pueri verba ad deos. At. n. timoris interiectio est: quæ quidem plenam affectus motusque animi significationem habet. Deorum quicquid idest quicunq; dei in cælo regitis terras & homines. Fert. appetit. Tumultus. mulierum furor. Ecquid ferunt idest appetunt. Per liberos te. Canidiam puer orat iam se capientem. Veris partubus idest legitimis filijs: vel non fictis partubus. p qđ innuit eam vel nō peperisse: vel ex adulterio concepisse. Lucina. hanc grauidæ inuocabant, quoniam exactis mensibus lucem nascentibus Iuno præbet, vnde appellatur Iuno Lucina: ab iuuando & Luce: vt Varro docet. Macr. lib. vij. scribit quomodo Diana que luna est ἀρτεμισ dicitur quasi ἀηρότεμισ: hoc est aerem secans. Lucina a parturientibus in uocatur, quia proprium eius munus est distendere rimas corporis, & meatibus viam dare: quod est accelerando partui salutare. Inane. vanum. non enim sibi proderat. Purpuræ decus. prætextam intelligit. Patricij enim bulla aurea cum toga cui purpura prætexebatur: vtebantur. Cordis autē figuram in bulla ante pectus annectebant: vt illam inspicientes se homines cogitarent si corde prestarent. Togā vero prætextam ferebant, vt ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore tegerentur: vt Macrobius lib. i, Sat. scribit. Petita ferro bælua. Leonem intelligit. vulneratus enim obseruatione mira percussorem nouit: & in quātalibet multitudine appetit. Eum vero qui tela quidem miserit: sed tamen non vulnerauerit. correptum raptumq; sternit nec vulnerat. aucto. Pli. lib. viij.

Iuno Lucina. Artemis. Lucina. Bulla. Pretexta Leonis natura.

Vt hęc trementi questus ore constitit
Insignibus raptis puer,
Impube corpus quale posset impia
Mollire Thracum pectora,
Canidia breuibus implicata viperis
Crines & incomptum caput
Iubet sepulchris caprificos erutas
Iubet cupressos funebres:
Et vncta turpis oua ranę sanguine,
Plumamq; nocturnę strigis,
Hærbasq; quas & Colchos atq; Iberia:
Mittit venenorum ferax:
Et ossa ab ore rapta ieiunę canis
Flammis aduri Colchicis.
At expedita Sagana per totam domum
Spargens auernales aquas
Horret capillis vt marinus asperis
Echinus: aut currens aper.
Abacta nulla Veia conscientia
Ligonibus duris humum
Exhauriebat ingemens laboribus,
Quo posset infossus puer
Longo die bis terq; mutatę dapis

¶Insignibus raptis. p. Spoliatus prætexta puerili. Impube. c. aut delicatū: aut pulchrū quod & crudelitatem potuisset flectere barbarorum Breuibus illigata viperis. tanq̄ ipa venefica furiali habitu crines haberet viperis implicatos. Iubet sepulchris caprificos erutas. ligna etiam infelicia & sterilia e sepulchris collecta præparata significat tanquam sacris inferis profutura. Cupressos funebres vt Ferales ante cupressos Constituunt. Et vncta. t. o. r. s. non ranæ oua: sed vncta ranę sanguine. Rana. n. in fernum & venenosum animal est. vt Iuue. Et Stygio ranas in gurgite nigras. Turpis. grandis. vt Cui turpe caput. tales. n. ranæ vulgo rubetæ dicuntur & magis venenosæ sunt. de quibus ait Iune. Ranarum viscera nunq̄ Inspexi. & idem alibi. Miscet sitiente rubetam. Hærbasq; quas & Colchos atq; Ib. m. Colchos ciuitas Pōti est hærbis veneficis abundans. vt Has hærbas atq; hæc ponto mihi lecta venena Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto. Nā & hic quidam volunt Ibariam non Hispaniam dictam, sed Ponto ciuitatem vicinam. vnde Et ferrugine clarus Ibera. Et illic pro pontica. Et ossa ab ore rapta ieiunę. c. vt Luca. Morsusq; luporum Expectat siccis p. f. a. Flāmis aduri. c. quales Medea tractauit apđ Colchos de lignis infœcundis. Expedita. succincta. Sagana. nomen veneficæ alterius. hæc fœneratoris cuiusdam vxor fuit. Spargens auernans a. vt Sparserat & latices simulatos fontis auerni. Asperis. erectis ipso sacrorum furore. vt Luca. Erectis discissa comis. Currens. furens. vt Inhorruit armos. Abacta Veia nul. c. Veiam etiam aliā noīe ACR.

Inemori spectaculo:
Cum promineret ore quantum extant aqua
Suspensa mento corpora,
Exerta vti medulla & aridum iecur
Amoris esset poculum:
Interminato cum semel fixę cibo
Intabuissent pupulę.

veneficam sacrificio ipsi ait interfuisse: quã nonnullo scelere misceri commemorat. Exhauriebat.aperiebat.vt lat⁹ hausit apertum vt infoderetur puer: Ingemens.l. animosita te operis laborantem significat. Quo.p.i.p. vt extante capite in fossi dum diuersos cibos porrigant diu animam reseruaret. Execta vt in.m.vt de visceribus eius amatorium poculum facerent, vel ex medulla. Interminato. interdicto iam cibo moreretur. Intabuissent defecissent.vt Et sale tabentes artus in littore ponunt.

POR. ¶Insignibus raptis puer Impube corpus.insignia pueri intellige raptam pretextã ac bullam.& est σχῆμα ἐπεξήγησις puer impube corpus.hoc est impube corpus erat. Qualæ posset.i.m.th.p.etiam Thracum. sic dicitur illud apud Virgil. Quis talia fando. Myrmidonum Dolopum ve: aut duri miles Vlyssi pro etiam Myrmidonum Dolopum ve Breuibus implicata v.c.&.i.c. Furiali habitu eã descripsit.& breues viperę ppetuo ἐπίθετον dicitur.nam sunt tales. Nota autem est figura elocutiõis: illigata crines: & illigata caput Iubet sepulchris.c.e.non inde iubet: sed ex sepulchris notissimis erutas accipe: quoniam inferna ac venefica esse hæc sacrificia intelligi vult. Alia denique sunt & quæ subijciũtur Iubet cupressos funebres &c. Herbasque quas Colchos.vrbs est Thessaliæ. Thessalia autem venenorum ferax est. Iberia autẽ nunc quæ in Ponto est: intelligenda. porro autem: vt Virg. Nascuntur plurima Ponto Plumamque.n.st.sic dicuntur vulgo strigiæ. quia a nominatiuo Strix nõ strigia. hæc aũt auis est nocturna malominis. Flammis aduri.c.per veneficia accedisse vult.sed hoc propter Medeam dicitur: quę Colchis fuit. At expedita.s.p.t.d. Saganam hanc ex conscijs ac ministris veneficij illius accipe. Expeditam.succinctã videtur dicere. Abacta Veia nulla conscientia.ablatiui casus est.& est sensus: Veia quæ nulla mala conscientia remota est. Lõgo die bis terque.m.d.i.s.vt magis incitaretur puer, ait illi anteponi epulas: & sæpe mutari. Execta vti.m.&.a.i. nunc videtur causam tanti facinoris epithetis dolo malo consciturã. significat autem Canidiã amoris potionem Varo preparare. infert enim, non vsitatis Varo potionibus interminato.

¶Vt hæc tremendi. Verba sunt poetę narrantis quomodo veneficæ illæ duce Canidia puerum indulgentem inclementer abripuerunt: dicentisque sic: Vt idest postq̃ puer questus idest conquestus hęc idest huiusmodi quæ dicta sunt: ore tristi constitit insignibus, scilicet nobilitatis & generis, videlicet prætexta & bulla aurea raptis: existens corpus ipube supple tale qua le posset mollire impia pectora Thracum idest Barbarorũ ferocium: quales sunt Thraces: Canidia magistra veneficarũ implicata crines & caput incomptum idest habens ea implicata seu implicita more furiarum: viperis idest serpentibus veneno sis breuibus: pro modulo capillorum vetulæ: nam vult illi viperas pro capillis fuisse, iubet caprificos idest ficus syluestres: erutas idest euulsas sepulchris, vt ad Necromantiam aptæ sint & iubet cupressos funebres idest ad funera pertinẽtes: & oua vncta sanguine ranę turpis idest rubente: & plumam Strigis.s. auis nocturnæ idest noctu pueros auferre solite: sicut & lamię: & herbas scilicet venenatas ad Philtra aptas: quas Colchos scilicet insula patria Medeæ & Circes, atque Iberia quæ est ad Põtum: non Hispania hoc loco: ferax venenorum: quia nascũtur plurima Ponto, mittit: & iubet ossa rapta ab ore canis ieiunæ aduri flammis Colchicis idest a Colchicis veneficis edoctis: vt a Medea quæ regiam Creontis incenderat. At idest sed: Sagana idest secunda venefica spargens per totam domũ aquas auernales idest ab Auerno lacu: quo ad inferos descẽditur, haustas horret idest horrida est capillis asperis idest erectis: vt Echinus marinus scilicet piscis habens testam tam asperam vt est calix castaneæ (Est & Echineis piscis: qui quod naues immoratur: Remora dicitur) aut aper scilicet syluester currens.quia tunc spinosas setas erigit. Veia, quæ tertia venefica: nulla, idest non vlla: non abacta idest depulsa ab incepto: vlla conscientia: cum scilicet nullam recti aut pietas haberet conscientiam quasi dicat animi humanitate seclusa (sunt autem abacta & Veia nominatiui nulla & conscientia ablatiui casus) exhauriebat idest effodiebat humum duris ligonib⁹: quo scilicet loco: vel quo idest ideo vt puer scilicet prætextatus ille raptus in fossus posset emori in longo spectaculo dapis bis terque idest frequenter mutatę dię idest per singulos dies.volebat enim puerum desiderio cibi tantum ostensi emori: vt eius medullæ desiderij explandi vim haberent, cum scilicet puer promineret idest extaret ore suppletã tum quantum corpora suspensa aqua idest ab aquis extãt idest eminent mento idest cum esset infossus mento tenus: ideo vti idest vt medulla pueri exerta idest extracta (Ab ex & sero fit exero) & iecur aridum exertum: esset poculũ amoris idest philtrum: nam in iecore, & medullis putatur summa vis amoris: cum pupulę idest paruæ imagines oculorum pueri intabuisset idest in mortem resolutę essent semel cibo interminato idest non ad terminum idest os perducto: sed tantum ostenso.

ANTO ¶Insignib⁹. Hoc est prætexta & aurea bulla. Impube corpus.sup.tale erat. Thracũ pectora.sunt.n. Thraces bellicosissimi & crudeles. Hinc Polydor⁹ li.iij.ęne.ait Aeneę. heu fuge crudeles terras. Mela etiã scribit Thraces feroces esse & imites. vnde inquit, quidam feri sunt & ad mortem paratissimi: nec fœminis quidem segnis est animus sup mortuorum virorum corpora interfici: simulque sepeliri votum eximium habent. Est autem Thracia Europæ regio: iuxta Mysiam & Macedoniam & Propontidem: vt lib.iij. Ptolemæ. edocet Dionysius etiam asserit Thraces per amplissimam regionem diffusos: partim ad latus Propontidos maris colere: partim ad Hellespontum coniectos, partim etiam ad Aegæum tenere Caprificos est Caprificus e syluestri genere ficus nunq̃ maturescens.eius virtutes sunt plurimæ. Quarum vna est quod Caprificus ferocium taurorum collo circundata intantum rabidam naturam compescit: vt immobiles prestet. Pli.lib.xxiij.ita scribit. Nascitur autem in parietibus & saxeis monumentis.hinc aliqui dictam putant caprificum.quod parietes quibus nascitur carpit. Cupressos funebres. Cupressus diti sacra est: & ideo funebri signo ad domos posita, vt Pli.lib.xvi. scribit Seruius autem lib.vi.ænæ.sic ait. Cupressus adhibetur ad funera: vel quod cæsa non repullulat: vel quod per eam funestata ostenditur domus: sicut lætam frondes indicant festę. Varro tamen dicit pyras ideo Cupresso circundari propter grauem vstrinæ odorem: de eo offendatur populi circunstantis corona.quæ tãdiu stabat respondens fletibus præficę planctuum principi: q̃diu consumpto cadauere, & collectis cineribus dicebat nouissimum verbum ilicet.quod ire licet significat. Vnde est. Dixitque nouissima verba.hæc Serui us ibi. Et ferales ante cupressos Constituunt. Funebres luctuosas. Funereum vero dicitur quod ex funere constat. Funestum quidem quod funere inquinatum est. Turpis ranæ.de Rana rubeta intelligit, cuius & in terra: & humo

Thraces feri. Thracia. Caprificus. Cupressus Funebre Funereũ Funestũ Rubeta.

re vita plurimis referta medicaminibus v Plinius libro octauo docet:dicuntur autem rubetæ:quia in vepribus & rubis viuunt,vt idem scribit libro vigesimo nono,Et libro.xxix.de ouis,asserit quomodo ranę habēt & cum ouis societatem simul frōti impositæcontra epiphoras,Strigis: de strigibus lib.vi. Fast,sic ait Naso. Sunt auidæ volucres,non quæ Phineia mensis Guttura fraudabant:sed genu inde trahunt,Grādecaput,stātes oculi:rostra apta rapinę:Canicies pennis:vnguibus hamus inest,Nocte volant,puerosq́ petūt nutricis egentes,Et vitiant cunis corpora rapta suis,Carpere dicuntur lactentia viscera rostris:Et poto plenū sāguine pectus habent,Est illis strigibus nomen,sed nominis huius causa ꝙ horrenda stridere nocte solent.Colchos atq́ Iberia,hæ regiones sibi coniunctę sunt in Ponto prouincia ad septētrionem,de quibus late Ptolemæus libro.v.In ponto autē ꝓuentus est malorum graminum,Hinc ęgloga octaua Maronis legitur,Has herbas atq́ hæc ponto mihi lecta venena Ipse dedit Mœris,nascuntur plurima pōto,Flāmis colchicis: quales Medea Colchis tractauit,Epodo etiam penultima idem Hora.de Canidia inquit,Cales venenis officina colchicis.Sagana,alterius veneficæ nomē,Expedita,accincta.Auern ales aquas:contiguus Baijs Lucrinus adest sinus:intra quem Auernus est:In Auerno maiores nostri inquit Stra.lib.v.Homerica defunctorum vaticinia fuisse fabulis edidere,Est autem Auernus & fundo & ostio sinus commodus:& magnitudine & natura portum continens, Supercilia quædam ardua Auernū vndiq́ circuncludunt præter ostium: Strabonis tempore amœnis culta modis,olim autem agrestibus referta nemoribus:& proceris arboribus inuia: quę superstitione quadam vmbris obscurum sinum reddebant,Rumor erat indigenarum superuolantes aues,quas teter exhalans odor exanimaret,in ipsas aquas decidere:sicut in locis ad plutonem deferētibus,hāc autem locorum partem plutoni dicatam opinabantur:placatisq́ prius per sacrificia dijs manibus illuc intrabant, aderant enim qui talibus exponendis ductores essent sacerdotes locorum fructus percipientes,fōs vero ibi fluuialibus scatens aquis excurrit in mare,ab eius vsu abstinebant omnes Stygias opinantes esse aquas eo in loco constructum erat oraculū,ex aquarumq́ feruore vicinarum phlegethontem esse coniecturā factictabant,& ex Acherusia palude,iuxta Misenum,hæc ex Strabone:Auernales aquas,in Auerno defunctorum vaticinia fiebant,quę loci pars plutoni dicata existimabatur,Maro quoq́ de Didone veneficia pro amore parante dixit lib,iiij.ęne.Sparserat & latices simulatos fontis Auerni,Erat enim prope fons in mare excurrens:a cuius vsu abstinebant omnes stygias opinantes esse aquas:vt latius paulo superius diximꝰ,echinus:Echini pisces sunt e cancrorum genere,in quibus spinæ pro pedibus,ingredi est ijs in orbem volui:ora in medio corpore in terram versa.Plinius lib.ix.id scribit.Est etiam terrestris Echinus:qui Erinacius aliter dicitur,Abacta,Remota a nulla conscientia,idest cognitione surpsius cordis.Veia.alterius veneficæ nomē Ligonibus,Ligo rusticum instrumentum est,dr̄ aūt ꝙ ꝓpter latitudinem sub terra facilius legitur:vt Var. docet. Exhauriebat:effodiebat,euacuabat,Quo posset,Ordo est,quo loco puer infossus posset emori in lōgo spectaculo dapis mutatæ bis terq́ die,puero enim anteponebantur epulæ sæpius,deinde mutabantur,vt spectando magis puer ipse affligeretur esuriens,quod etiam Porphyrioni est sententia, & magis quidem conueniens:q̄ aliorum quorumdam opinio.Quantum,Ordo est, tantum quantum corpora suspensa ab aqua extant mento.Exerta vti.Veneficij causam explicat,vt,s.ex pueri visceribus amatorium poculū facerent.Plin.lib.xxviij.scribit:non paucos græcos singulorum viscerum membrorumq́ hominum.s. etiam sapores dixisse.alij autem medullas crurum quærebāt,& cerebrum infantiū,Miletus oculorum suffusiones felle hominis sanari docuit,Iecur.pueri.s.quod aridū appellat Hora.Iuue.vero sat,pri.sicū.ait em̄.Quid referam quanta siccū iecur ardeat ira.quod quidem propter cholerem ait,quæ calida & sicca, Cholera aūt ab ipso hepate ad fel transmittitur:ex qua ira mouetur:hinc cholerici facilius irascūtur propter humoris tenuitatē,Interminato,sensus,ꝙ ex pueri medulla & iecore amoris poculum volebant efficere,quū semel intabuissent pupulę fixæ cibo interminato.i.quū iā moriturus esset,Interminato cibo,i.interdicto:nō em̄ fuerat terminatus in ore ipsius pueri:sed tm̄ positus ante oculos.vt magis cruciaretur,hinc ait pupulæ fixæ cibo & de hoc ostendit sensum illum Acronis & alterius non conuenire ibi:Longo die bis terq́ &c.Vel interminato.i.affixo & valde terminato:& per id immobili,Intabuissent.i.languissent.pupulæ, paruæ oculorū imagines:quas physici dicunt ante triduū morituris non apparere,plin.etiam ait lib.vij.in oculorū & narium aspectu indubitata esse mortis signa.Celsus quoq́ lib.i.de indicijs mortis inter alia scribit, esse oculos concauos,& si oculi lumen refugiunt & illachrymant quęq́ in his alba esse debent rubescunt,atq́ in ijsdem venulę pallent:pituitaq́ in his innatans nouissime angulis inhæserit.&c.

Striges.

Iberia.

Pontus.

Auernꝰ.

Echinus.

Non defuisse masculæ libidinis
Ariminensem Foliam:
Et ociosa credidit Neapolis:
Et omne vicinum oppidum:
Quę sidera excantata voce Thessala
Lunamq́ cælo deripit.
Hic irresectum sęua dente liuido
Canidia rodens pollicem,
Quid dixit?aut quid tacuit?O rebus meis
Non infideles arbitrę
Nox & Diana,quę silentium regis
Arcana cum fiunt sacra.
Nunc nunc adeste,nunc in hostiles domos
Iram atq́ numen vertite,
Formidolosis dum latent syluis ferę
Dulci sopore languidę,
Semen quo omnes irrideant adulterum.

¶Nec defuisse.m.l.a.f.Magā aliam significat Ariminensem:Foliā nomie virorū libidine calentem.Ociosa.c.n.aliena ab his curis,ocio vacans, vt Virg.Illo me tēpore dulcis.Thessala.magica,& huiusmodi ars maxime Thessalorum est,vt & lunam cātibꝰ deponant,&astra cōmoueāt.Hinc:tunc,vt Hic regina grauē gemmis auroq́ poposcit Impleuitq́ mero paterā,Canidia rodēs pollicē.habitū & modū Canidiæ expressit furentis, petronius,vt mōstraret furentē,pollice ait vsq́ ad periculum roso.O rebus meis,Nūc verba sunt idūctę canidię. Arbitrę, cōscię,testes.Sallu,Atq̄ ibi ꝓcul amotis oībus arbitris,Nox & Diana:ꝓ luna posuit. Arcana cum fiunt sacra,i.dū secreta nocturna sacra celebrantur.In hostiles domos. variicuiusdā,aduersū quē amore eiꝰ iflāmata sacrificabat.Formidolosæ,c.l,s.f.vt nocte vexaretur:quæ etiā feris quieti e it.vt cū tacet omnis ager pecudes pictæq̄ volucres,Quęq̄ lacus late liquidos q̄q́ aspera dumis Rura tenēt.Senemq́ omnes:vsq́ in senectam amet:&risui sit.Latrēt suburbanę canes,vt per amoris impatientiā nocte ambulans a

ACR.

canibus suburbanis latret,Nardo.p.vt placēdi studio nardo vteretur:quale nec ipsa habere poterat/quæ vnguentaria erat Quale antiptosis,pro quali: Quid accidit,miratur cur in capiendo Varo preces suæ tardius audiantur,& aut se Medeam ponit .p pfectione artis,aut Medeam ideo nominauit, quia quasi inuenerit & docuerit sacrum,Supba. potens,vt hinc populū late regem belloque superbum,Vlta dolorem morte Glauces.

Latrent suburranę canes
Nardo perunctum,quale non perfectius
Meę laborarunt manus,
Quid accidit?cur dira barbarę minus
Venena Medeę valent,
Quibus superba fugit vlta pellicem
Magni Creontis filiam?

POR. ¶Non defuisse masculæ libidinis Ariminē se Foliā,Dicit etiā Foliā noie veneficā huic sceleri interfuisse:q̄d ait masculę libidinis,ad id pertinet ꝙ dicāt q̄dā mulieres habere naturā mōstrosę libidinis coeūdi fœminis:quo crimine etiā Sappho male audijt:Et oci,credidit Neapolis, videt̄ significare scelus hoc Neapoli factum,nā vt supra diximꝰ, Gratidia hæc Neapolitana fuit.Neapolim autē ociosam .p quietā dixit.simul quia ociosis.i. vitæ quietioris aptissimus ille secessus est. Hic irresectum sæua dēte liuido. Sed illō͛ attende,vt duabus præpositionibus exaggerata sit facinoris atrocitas:irresectum pro valde & sæpius sectum.Quid dixit aut quid tacuit.Sensus est,Quæ scelera non dixit:autq̄ silentio præterire potuit: O rebus.m.n.i,a, hæc iam Canidiæ verba sunt:Nunc in hostiles.d.i.atque nu.Varo hæc imprecatur:a q̄ fastidiebatur:Quale non perfectius meæ laborauere manus.hinc scias illam vt diximꝰ vnguentariam fuisse: Attende autem elocutionem constitutam:quale non perfectius, cum sit dicendum quo nō perfectius: Quid accidit cur dira barbaræ minus venena Medeæ valent,indignatur venena Medeæ esse quibus illa vsa sit cum se de pellice sua vlta est.

ANTO ¶Foliam:hæc alia venefica erat: Ariminense fuit ariminum Vmbrorum Colonia,sicut & Rhauenna:verum vtraq̄ Romanos accepit inquilinos:habet autem Ariminum portum & eiusdem nominis amnem:auctor est Stra.libro v.Neapolis ociosa,innuit prædicta Neapoli facta esse.Nam Gratidia Neapolitana fuit,vt superius dictum est,Ociosa autem Neapolis a poeta dicitur,quoniam vt Stra.lib.v.edocet habebat Neapolis calidarum aquarum scatebras & apparatissima balnea,inde plurimi e Roma secessum faciebant,aut quietis atq; ocij gratia:præsertim qui eruditioni operam darent, aut remissioris vitę desiderio,maxime quos senectꝰ affligebat,vel aduersa valetudo.&c.Voce thessala.i.magica.Thessali.n.cantibus Lunā cælo ducere dicebātur,hinc tibullus elegia.viij ait.Cantus & e curru Lunam deducere tentat:Et faceret,si non æra repulsa sonent,

¶Non defuisse.Docet & quartam veneficam Foliam nomine affuisse: dicens.Et Neapolis ociosa,i.fabulis & nugis vacās& talium rerum credula,aut ociosa ꝙ .ppter amœnum secessum multos ocio deditos alliciat,vnde Ouidius.xv,Metamor. Et in ocia natā parthenopen.vt Bonfinis adnotauit,& omne oppidum vicinū.i.tota vicinia,quia a Gratidia Neapolitana hæc gerebantur:credidit Foliam Ariminensem.i.ab Arimino illuc vsq̄ ascitam,mulierē sup.libidinis masculæ,i.fortis sicut mascula bilis dicitur,aut in masculos,aut reuera superne more masculorum incumbere solitæ,non defuisse:immo affuisse. quæ scilicet Folia venefica deripit.i.deorsum rapit cælo sidera decātata,i.carmine deorsū tracta, voce Thessala.i. magica qua Thessali plurimum valuisse creduntur:& Lunam supple decantatam.vnde Maro in Buc. Carmina vel cælo possunt deducere Lunam.Hic,idest hoc loco & tempore cum sic veneficæ congregatæ suas quæq̄ partes explerent: Canidia quæ p̄ceps erat,sæua.i.immitis,rodens pollicem.s.suum quem ferentes & impatientes rodere solent.vnde Petronius vt recitat acron:Pollice ait vsque ad periculum roso,irresectum:idest valde sectum:aut certe non sectis vnguibus:quod immundæ veneficæ conuenit:dente liuido.idest inuido aut obscœno,quid dixit aut quid tacuit.idest non dixit?q,d.fas non esse dicere scelera quæ dixit,quia nihil ꝙ execrabile esset:tacuit. aut furentis morem exprimit, cui neq̄ quæ dicat neq̄ quæ taceat compertas sunt:dixit autem tandem:O nox & Diana:idest Luna quæ regis silentium.idest silentē noctē,cum sacra arcana:qualia sūt magica a Romanis prohibita fiunt,non infideles immo fideles arbitræ meis rebꝰ:idest quæ res meas pro arbitrio aut celare& perficere aut reuelare & frustrari potestis,adesto nunc nūc,& vertite nūc in domos hostiles.s.Vari:iram atq; numen,id ē vestram potentiam nocendi:dum:idest donec feræ languidæ,idē prostratæ dulci sopore,latent syluis formidolosis,canes suburranæ,idest quæ sunt in suburra regione Romana, latrent senem,s.Varum:quo.i.vt omnes irrideant senem adulterum p̄unctum nardo,idest vnguēto nardino sup.tali quale(vt Mācinellus vult)pro quali:ex Prisci.auctoritate malim tamen dicere non rectum a perfectius sed a laborarunt,vt sit.s.vnguentum nardinum meę manus non laborarunt perfectius,s.q̄hoc sit laboratum,Quid accidit.s.noui quod impediat vim incantandi:cur dira venena:idest Philtra Medeæ barbare.idest qualibus illa vsa est:minus,idest non valent sup.modo: aut minꝰ valent q̄ tunc valuerunt,quibus,s.venenis:ipsa superba:quia voti compos,fugit vlta pellicem.s.Glaucam aut Creusam filiam Creontis magni.s.Corinthiorum regis.

Thessali venefici. Et Plautus,in amphi,inquit,Ego pol hodie vlciscar illum Thessalum veneficum,qui peruerse vertit familiæ mentē meæ,diximus & plura in iuue. Sat.vi.ibi Vna laboranti poterit succurrere Lunę:& illic:Thessala Philtra:Irresectū pollicē,i.valde & vsq; ad periculū rosū:de vngue aūt intelligit,per hoc demū Canidiæ atrocitatē & furorē ōndit Liuido:atro,inuido:molesto,& rabido. Sequēti Epodo ait.An si quis atro dente me petiuerit,Quid dixit,aut quid tacuit:q.d.omnia scelera protulit, nec quicq̄ pręterijt.Arbitræ:iudices mediæ,consciæ,testes:Quæ silētiū regis,Nocte enim omnia silent:sed tunc potissimum quum Luna latet.vnde Plinius lib.xvi.ca.lv.ait.Inter omnes conuenit vtilissime in coi-

Diana luna. tu eius sterni.sup.arbores,quem diem alij interlunium,alij silentis Lunę appellant.Diana,Dianā &.Lunā eandem esse putant.Luna a lucendo nominata est,Diana vero dicta,quia noctu quasi diem efficeret. auct. Tul,in lib.de nat.deo.in veneficijs autem ac magicis Diana semper inuocabatur,q̄d itē lib.iiij.& li.vi.æneidos late patet.Numē.vestrā potentiā:Hostiles domos.in Varum est imprecatio:aquo ipsa spernebatur:vnde orat noctem & Dianam efficiant illum senem quoq; adulterum esse,& ita cruciari amoris impatiētia, vt nocturno tēpore q̄ etiā feræ quiescunt vnguento perunctus per vrbem vagetur ad visendas amicas,canes allatrēt,& oēs irrideant,Formidolosis,Ordo est:Dum feræ dulci sopore languidę latent syluis formidolosis canes suburranæ latrēt senē nardo perunctū,quo:i.vt omnes irrideant adulterum.Quale:i.tali nardo quali,

Suburra. & cętera:Suburranę canes:erat Suburna celeberrima in vrbe regio:sic dicta ꝙ sub muro terreo carinarū esset:vt scribit Var.qui deinde ait,Suburra Iunius scribit ab eo ꝙ fuerit sub antiqua vrbe:cui testimoniumpotest esse ꝙ subest & loco qui terreus murus vocat̄,Nardo perunctum,i.nardino vnguēto: Summa commē

datio vnguentorum est vt transeuntem fœminam odor inuitet etiam aliud agentem, Nardi folium principale est in vnguentis, frutex est graui & crassa radice sed breui ac nigra, folio paruo densoq;, cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote Nardi spicas: ac folia celebrant, Syncerū quidē leuitate deprehendit & colore rufo odorisq; suauitate & gustu maxime siccante os sapore iucundo: laudatur Syriacū, mox Gallicū tertio loco creticum, ita Plinius li. xij. scribit. Quale pro quali: inuenies tamen a crudele etiam & a perenne & abimestre, de quibus nostram spicam declinationis videto: prisc. etiam lib. xvij. dicit Horatium hoc loco posuisse tale quale pro tali quali, Meæ manus: per id vnguentariā fuisse apparet. Quid accidit, miratur cani dia cur voti compos veneficijs suis nō fieret contra Varū spēm spernentē: Venena Medeæ, i. qualibus medea vsa est in Glaucā creōtis filiā & Iasonis spōsā, Supba, i. potēs. Vlta pellicē: expulsa Medea Iason Glaucā seu creusā creontis regis corinthi filiam duxit vxorē, quapropter irata medea per filios dona quædam venenis illita sponsę misit. quæ quum illa corpori applicuisset: incidit in morbum, p̄rq; auxiliū filię ferens quū corpori illius hęsisset illico expirauit, auctor Diodo. lib. v. Nosq; plurima diximus in Epodo tertia. Ablatiui in e.

Cum palla tabo munus imbutum nouam
Incendio nuptam abstulit?
Atqui nec hærba, nec latens in asperis
Radix fefellit me locis.
Indormit vnctis omnium cubilibus
Obliuione pellicum.
Ah ah solutus ambulat venefic̨ę
Scientioris carmine.
Non vsitatis Vare potionibus
O multa fleturum caput
Ad me recurres, nec vocata mens tua
Marsis redibit vocibus,
Maius parabo, maius infundam tibi
Fastidienti poculum:
Priusq; cęlum sidet inferius mari
Tellure porrecta super
Q̄ non amore sic meo flagres vti
Bitumen atris ignibus,
Sub hęc pueri iam non vt ante mollibus
Lenire verbis impias,
Sed dubius vnde rumperet silentium
Misit Thyestias preces,
Venena magnum fas nefasq; non valēt
Conuertere humanam vicem,
Diris agam vos. dira detestatio
Nulla expiatur victima.
Quin vbi perire iussus expirauero,
Nocturnus occurram furor:
Petāq; vultus vmbra curuis vnguibus.
Quę vis deorum est manium.
Et inquietis assidens prę cordijs
Pauore somnos auferam:
Vos turba vicatī hīc & hīc saxis petens
Contundet obscoenas anus.
Post insepulta membra different lupi
Et exquilinę alites.
Neq; hoc parentes heu mihi superstites
Effugerit spectaculum,

¶Cum palla: Connectitur superioribus sic, Cum. i. quando: palla. i. vestis honesta mulieri apta sicut pallium viro, apposito rie munus, idest donum: imbutum, idest tīctum, tabo, idest veneno tabificatiuo, abstulit nouam nuptam: idest sponsam Iasonis Creusam au Glaucam, incendio scilicet ignis ex veneficio oborti, Atqui, idest sed quomodo non efficio quod volo?

ACR. ¶Cum. p. t. alij vestimētū: alij coronā oblatam a Medea volunt infectā venenis, quæ sumpta perirent incendio. Atqui nec h. dicit se dum nihil prætermiserit de his quæ a Medea facta sunt: cur ipsa nihil obtinet: admirari. Indormit vnctis. ita nihil valere dicit actionē suam, vt Varus aduersū quē oīa fecerit, immemor sui odoratis pellicum cubiculis teneatur quietus. Ah ah solutus. a. v. actionem suam credit inuenta doctiore venefica spretam, Non vsitatis Vare potionibus. ab amoris sui vinculis Varum dicit nouis & magicis potionibus absolutum. O multa. f. c. tāq̄ ad uersum quē aggredi vehemētiora disponat: ita vt alienat⁹ mēte volūtati eius velut nescius obediat. Vocib⁹, incātationib⁹. Fastidienti. p. vt etiam vis poculi carminibus adderetur. priusq̄ cęlū sidet inferius mari. ante inquit ipsis elementis rerum natura mutabitur, q̄ non ita varus amore meo ardeat: vt igni bitumen appositum. Iam non vt a n. vt cui adderet desperatio libertatem. Mollibus blandis, vt Manditq; trahitq; Molle pecus. Misit Thyesteas preces, diras. Et tales infossus puer preces cœpit effundere, quales ī tragœdijs inducitur Thyestes cognitis filij mēbris in Atreum locutus. Venena magnū fas nefasq; non. v. c. h. v. lex. n. humana habet malis pœnā, bonis præmia pollicenda, & iō furens puer dicit, hoc eas carminibus mutare non posse, Diris agam vos, promittit se ī eas sæuiturum post mortem, vt Oībus vmbra locis adero: dabis improbe pœnas. Quæ vis deorum est. vt insomnes faciant, & malis gaudeant, Post insepulta. m. d. l. vt iā qa eum ipsa pœna sepeliebant, illæ grauius aliquid paterētur, expositæ feris & auibus insepultæ. Et exquilinæ alites. Romanæ, idest vultures: Vos turba vicatim, Missurum se populo promittit furorem, vt ex omnibus vicis turba concurrens eas saxis obruat pro fatorum carmine. Neq; hoc. p. pœnas earū etiam a parentibus suis ait videndas. quod cum dolore promittit, qui se viuere magis voluerit q̄ vindicare.

POR. ¶Cum palla tabo munus infectum. Palla munus, figura est quæ ἐπεξηγήσις dr̄, Tabo autem nūc veneno. aliter Vir. Huic atro liquuntur sanguine guttæ, Et terram tabo maculant. Indormit vnctis omnium cubilibus obli. pellicum: & reliqua, obscura elocutio: quæ sic ordinanda est: indormit cubilib⁹ vnctis obliuione omniū pellicū, & est sensus, nescio quare sunt p̄sentiora veneficia q̄ cubile vngunt medicaminibus, per quę medicamina obliuio ei datur omniū pellicum, pellices autem Canidia pro se sola dixit. ah ah solutus, a. v. s. c. hoc est q̄d igemuit: q̄ alia scientior venefica inuenta sit q̄ ipsa est. Ad m. r. n. v. m. tua Marsis redibit vocibus, voces suas Marsas dicit quasi magicas, vt sit sēsus, Mens tua magicis meis vocibus semel

¶ Romanus. Prosequitur victoriam Augusti cū detestatione Antonij dicēs. Eheu posteri vos negabitis id qđ dicturus sum quia monstrosum est. videlicet q Romanus miles emancipat⁹ i. liberatus omni seruitute. & quā Sext⁹ Pōpeius, & quā Parthi minitabantur: fert vallū & arma fœminę. s. Cleopatrę, & potest seruire. i in animum inducere vt seruiat: Spadonibus. s. Aegyptijs, quia illic Eunuchi & Spadones sēp plurimi facti rugosis, qa succo virili exhausto rugas fere cōtrahūt, & sol aspicit Conopeum. i. velū ad arcendos culices turpe. s. Martijs viris: inter signa militaria. s. Romana. Galli. s. Galatiæ Amyntę regis milites: canētes. i. laudātes Cæsarē. s. Augustum: vertere ad hūc. s. ad expugnādum: hoc est ad Romanum sic degenerātem: bis mille equos frementes: quia bellicos et animosos. Et puppes. i. posteriores nauium partes citę. i. veloces ad fugā: nauium hostiliū. s. Cleopatræ: quas sexaginta habuit ociosas: latent. s. dū bellum gerebatur: in portu. i in loco tuto: sinistrorsum. i. post naues sinistri cornu. Exclamat ergo p gaudio poeta dicens. Io, quæ exultantis aut ouantis vox est: triumphe. s. Augusto debite: tu moraris. i. i mora tenes: currus aureos: saltē auratos: et boues intactas, scilicet iugo, quas mactaī ē destinauit. Io triumphe nec reportasti ducem parem scilicet Augusto sup. e bello Iugurthino vnde Marium triumphātem reduxit: neq; reportasti parem Africanū. s. Scipionē. cui virtus condidit sepulcrum. i. titulum super Carthaginem. s. deuictā. Acron autem dicit sic. Deuicta Carthagine virtute Scipionis Africani cum Afri aduersum Romanos denuo rebellarent: consulto oraculo responsum est vt sepulcrū Scipioni fieret qđ Carthaginem respiceret. tūc leuati cineres eius sunt pyramide in Vaticano constituta: & humati in sepulcro eius in portu Carthaginem respiciente.

næ qđ supra lectū tēderetur aduersum culices, inter vexilla portatū. Ad hunc. s. cōtra Antoniū. quia ad Cæsarem confugerunt: et equos aduersum Antoniū cū sistro couerterūt. Canētes. laudātes: vt Regēq; canebāt. Puppes sinistrorsum citæ. veloces ad fugiēdum: vt Prima citę Teucris ponā certamina classis. Intactas paratas ad sacrificandum p triūpho. intactas autem integras & sinceras: vt Et intacta totidē ceruice iuuēcas. Nec Iugurthino parē. Nō tāta ait gloria triūphauit Marius de Iugurtha. Sup. cōtra: deuicta. n. Carthagine virtute Scipionis Africani, cū Afri aduersum Romanos denuo rebellarēt consulto oraculo responsum est: vt sepulcrum Scipioni fieret: qđ Carthaginē respiceret: tūc leuati cineres eius sunt pyramide in Vaticano cōstituta: et humati in sepulcro eius in portu Carthaginē respiciente.

¶ Heu heu posteri negabitis. non credent inquit posteri Romanos milites velut dotales Cleopatræ datos. tam fœda sunt hæc vt non videantur ab vllo Romano admitti potuisse. Ordo. est Romanus miles & Spadonibus seruire rugosis potest. adiuuādū hoc pnūciatione: vt et res indignatione dicētis exprimatur. Sol aspicit conopeum. quasi retis genus est ad culices prohibēdos: quo maxime Alexandrini vtuntur: quia ibi ex Nilo culices abundant. Ad hunc frementes vertunt bis mille equos Galli canentes Cæsarē Significat equitum Gallorum duo millia ab Antonii partib⁹ ad Cæsarē trāsfugisse: quorum mentio iam facta est: vt Romanos qui sub prępositis Spadonib⁹ æquo animo militarēt magis oneraret per cōparationē Gallorum: qui hoc dedignati ad Cæsarem se cōtulerunt. Hostiliumq; nauium portu latent puppes sinistrorsum citę. Ordo est. Puppes hostilium nauium latēt portu. Elocutionem attēde mirandam, συνεκδοχὴν περιφρασιν POR.

Sinistrorsum citæ autem quod dixerat, manifestum est Alexādriam versum esse. intelligendum aūt e littore Epiri vbi pugna naualis cum Antonio fuit. Si Italiam petas, in dextra necesse est: si Alexandriā in sinistra. Io triumphe moraris aureos currus. quasi deū inuocat triūphū. tu inquit moraris currus: q iam parati sūt. Et intactas boues. i. indomitas. nō sic dixit, quasi fœminis tantū triūphātes sacrificēt: sed quia metro quid gratius fœmino genere boues: quā masculino dicuntur. Deniq; vt Vir. Ille meas errare boues vt cernis. Io triūphe, nec Iugurthino parē bello reportasti ducē. nō tāta inquit gloria. C. Marius de Iugurtha triumphauit. ANTO

Romanus. Ordo est. Romanus miles emācipatus fert vallum & arma fœminæ, & potest seruire rugosis spadonib⁹. Eheu posteri negabitis. sunt pterea qui dicant ehu duarum syllabarum esse. ego vero in antiquis codicibus eheu repperi. Romanus miles. M. Anthonius intelligitur. is em potest Parthos exosus arma ī ocio agebat: sed captus amore Cleopatræ quasi bene gestis rebus in regio se sinu reficiebat. Aegyptia mulier ab ebrio imꝑatore pciū libidinū Romanū Imperiū petijt: promisit Antonius. Itaq; in patriā arma parauit. Pugnatū est ab Augusto cōtra eū, & Cleopatrā apud actiū Epiri promōtoriū. Prima dux fugæ regina cū aurea puppe, veloq; purpureo in altū se dedit. mox secutus Antonius. Sed instabat vestigijs Cæsar. demū vsq; in Alexādriā ꝓsecutus est. Qua capta Antonius sibi ipsi mortem consciuit. cleopatra quoq; iuxta suum Antoniū admotis ad venas serpentibus sic morte quasi somno soluta est. hic finis armorū ciuiliū fuit. Hæc oīa ex L. Floro. Emancipatus. i sui iuris: & nullius potestati subiectus. ꝓprie antē fili⁹ vel nepos, q ab iugo a potestate vel manu patris vel aui est relaxatus: & sui iuris effect⁹, emācipatus dicitur. Manumissus vero seruus dicit̄ a seruitute ereptus vel emissus. Itaq; emācipatio ptinet ad liberos, manumissio vero ad seruos. Marcus aūt Antonius emācipatus dicitur a poeta: qm̄ sui iuris erat, & nulli subiectus. Erant em̄ duo tūc simul orbis īperatores, Augustus. s. & ipse. M. Antoni⁹. qđ latius ostēdit Plutarchus ī Antonij vita. Subiecit tn̄ se Cleopatræ amoris gratia. posset etiā hoc referri ad oēs milites Romanos cum Cleopatra sentiētes. quos appellat emācipatos. i ab militia emissos et relaxatos. Nā Antonius post Parthos exos⁹ arma apud Cleopatrā quiescebat cū suis omnibus. Negabitis. sunt em̄ adeo fœda & indigna hæc: vt. s. Romanus miles fœminę & spadonibus seruierit, vt vix credi ab vllo possint aut debeāt. Fert vallū & arma fœminę. gerit curā bellici apparatus Cleopatræ. Vallū aūt ipsa munitio dicitur. nā valli sunt fustes qbus vallū munit. Seu p vallū & arma fœminæ intelligit aureū sceptrū & diadema reginæ: q oīa Antonius gerebat cū purpurea veste īgētibus gēmis astricta, vt scribit Florus. Spadonibus. Spado castratus aliqs dicitur, a σπάω vel σπάζω: quod est aufero traho, diuello. testes em̄ euellūtur. Aiūt pterea q Eunuchus adolescēs est. Spado vero ętate grādior. dicitur aūt Eunuchus ab εὐνὴ. i. cubile, & ἔχω custodio: qa id hoīm genus adhibebatur seruādis cubilibus regū & pricipū. εὐνουχίζω tamē castro significat. Rugosis. longęuis. Et spadonibus seruire rugosis potest. cū admiratione, indignatione q; id legendū est. Erant aūt Spadones bello ꝓpositi cū Antonio. Plutarchus enim in Antonij vita sic scribit. Addebat Cæsar hęc verba. Antoniū quidē amatorijs poculis infectū ne se quidē regere ac gubernare posse. Pugnaturos aūt cōtra ipm̄ fore Photinū & Mardionē Eunuchū & Chardionē & irādē

Emancipatus. Manumissus. Spado.

Cleopatrę constricem:quibus Antonij imperiū plurimū gubernaretur.In vita aūt Pompeij ostendit idē auctor Photinū quoq; Eunuchū fuisse,& Ptolemęi regnū administrasse dū Ptolemęus iunior esset. Hic etiā senatū primorū coegit ad cōsultādū quid de Pōpeio agēdū esset:itaq; cędendū esse iudicarunt.Conopeum. id velum erat quo in Aegypto ad arcēdos culices vtebātur:vt scribūt Herodotus & Porphyrio κώνωπ au-tē χώνωπος culex dicitur:hoc vtebatur in sua naui Cleopatra.q̄ nauis Antonias dicebatur:vt scribit Plutarchus.Florus vero asserit Cleopatræ nauim auream puppem,velumq; purpureum habuisse. Turpe ,haud enim decebat ijs delicijs vti in tanto bello. Ad hunc.i.aduersus Romanum militem,videlicet.M.Anto.,Galli.multi reges Antonio fauebant:sed inter alios ab eo desciuerūt āteq̄ pugna inciperet Deiotarus & Amyntas,qui quidem rex erat Lycaoniæ & Galatię:vt Plutarchus edocet.Ephorus autem Stra.teste.li.iiij.Galliæ. magnitudinem tradidit vsq; ad Gades.Ergo Galatia Galliæ pars erat.Propter Amyntę atq; agmen hoc loco poeta inquit Gallos in Antonium versos fuisse.quos poeta ipse idcirco memorauit:vt Romanorū ignauiam magis argueret.nam cum Galli indignarentur spadonibus seruire:multo magis Romani hac eadem re indignari debebant.Addit etiam aliud q̄ hostium naues.i.Aeptiorum latebant dum pugnaretur apud Actū: & inter pugnandum fugerunt.Romani vero contra patriam ipsam certabant. Quorum fuere duces cum ipso Anto.Publicola,Cęlius.M.Octauius.M.Nisteius.Canidi⁹.Hostilium puppes.Sexaginta Cleopatræ naues intelligit:q̄ quidem dum nauale certamen haberetur,erant in tuto loco nihil agentes.Plutarchus id ostēdit his verbis.Sed quum Agrippa lęuum cornu circūduceret,coactus est publicola longius se extendere q̄obrem quum media Antonij classis abrupta esset:turbatis ordinibus & īplicatis parūper trepidatū est,Erat tn̄ commune certamen pugna vtrinq; æqua,quum naues.lx.Cleopatrę,quæ post magnas naues collocatæ erāt velis sublatis per medios pugnantes fugam arripiunt,suosq; perturbant:Portu latent. id est in tuto loco, erāt em̄ post magnas naues collocate ostēdimus,Aegyptiorū naues,lx.i.fugaces,veloces.& fugæ aptiores Sinistrorsum:intellige post naues sinistri cornu in quo Cælius erat tanq̄ in tutiori.Anto.em̄ & Publicola dextrū habebant.econtra vero Cæsar dextro cornu sibi reseruato.sinistro Agrippam præfecit. auctor est Plutarch⁹.Io triumphe,Io vox est ouantis,Naso lib.ij.de arte.Dicite Io Pæan,& Io bis dicite pæan. Decidit ī casses p̄da petita meos,Romulus aūt prim⁹ triumphum instituit sua in vrbe,Triumphauit enim de Ceniensib⁹

Triūph⁹ & Antennatibus hoc modo. Vltim⁹ ip̄e post pōpam ibat purpurea veste amictus,comāq; lauro coronatus: & vt dignitatem regiam seruaret curru quadriiugo inuectus.Alię vero equestres,pedestriesq; copiæ sequebantur instructæ egregie deos laudantes patrijs carminibus,sicq; vrbem intrarunt.Post pompam autem & sacrificium Romulus extructo tēplo in vertice Capitolini collis Ioui quē Feretrum Romani vocant: Ceniēsium in eo regis sua manu interfecti spolia consecrauit,Hæc omnia ex Dionysij lib.ij.Quo autem pacto posteri triumpharint latius diximus in iuue.Satyra.x.Iugurthino bello.Bellum populus Ro. cū Iugurtha rege

Iugurthinū bellū Numidarū gessit:q̄d magnū fuit & atrox.Demū a Boccho Maurorū rege & pacis auctore insidijs captus ē & vinctus Syllę traditus,& ab eo ad Mariū deductus,quē tādē victū in triūpho Marius duxit Kal. Ianuarij cū magna gl̄ia,q̄ die etiā sc̄d'm cōsulatū Marius inijt fauēte pp̄lo ēt cōtra leges,Auctores Plutarchus & Salustius.Africanū.P.Cornelius Scipio primus noīe victæ a se gentis Afri.est dict⁹:vt scri.Liui.& Plutar.Is natus annos.xxiiij.Procōsul in Hispaniā missus Carthaginē nouā vrbē opulētissimā:vbi Carthaginēsiū duces oēm belli apparatū & q̄cquid p̄cio dignū habebāt cōgesserant,expugnauit: diripuitq;: Asdrubalis in castra vi cępit eo fugato cum paucis,Masinissam Numidię regem Roma. Po.sua virtute iūxit,Hispaniæ pp̄li omnes aut imperiū aut societatē Romanorū acceperūt.Gaditani etiā spōte se Roma.dedidere. Scipio receptis oīb⁹,pulsis Carthaginēsib⁹.L.Lentulo & Manlio Acidino prouīcia tradita Romā redijt.vbi paulopost cōsul declaratus est.Cōtēdit postea in Siciliā.e Lilybœo deinde in Aphricā ijt.vna nocte Syphacis Numidię regis castra,& Asdrubalis altera cepit atq; icēdit.Post hęc. C.Lęliū.& Masinissā cōtra Syphacē misit: quare in p̄lio ille captus est:& ad Scipionē duct⁹.Annibal itaq; ex Italia reuocatus fuit in patriam:vbi apud Zamam victus est a Scipione,sed e media cęde cum paucis effugit.Scipio autem Carthagine Romano populo tributaria effecta exercitum in Italiam reduxit.itaq; celeberrimo triumpho vrbem est inuect⁹.Auctores Liuius & Plutarchus.Super Carthaginem.hic Horatium allusisse puto ad illius sepulcri inscriptionem Nam vt Plutarchus memoriæ tradidit,Frequētior fama est Literni Africanū mortuū,ibiq; ex sua institutione sepultum esse,ne patria parum memor beneficiorum suum funus celebraret:monumentumq; ei factum ac statuam superpositā:quam postea tempestate disiectam Liuius se vidisse testatur,Præterea apud Caietā in marmoreo sepulcro ęneaq; vrna hæc inscripta reperiuntur,Deuicto Hannibale,capta Carthagine,& aucto Imperio,hos cineres marmore tectus habes,Cui non Europe:non obstitit Africa quondam,Respice res

Epitaphium Scipionis hominum q̄ breuis vrna premit.Ad hæc igitur allusit Hora.Quod autem Acron scribit,apud alios non legi intercepta historia presertim Liuij.Quod quidem si ipse olim ita legisset placeret vtiq;.

ACR. ¶Hostis Antonius:Punico purpureo sago aut patrio,Ille Metellus,siue Antonius vnde & Metellus creticus dictus est. Centum n.c. v. vt Centum vrbes habitant magnas vberrima regna.Ventis iturus non suis.non prosperis.non optatis, Exercitatas aut petit Syrtes noto.non noto petit:sed noto exercitatas:hoc est vento tempestuosas & naufragas.Aut fertur incerto mari,pro ipse incert⁹ & iturus quo casus attulerit.vt Ibant obscuri sola sub nocte per vmbram, Capaciores pro læticia maiores,Fluētem: imminentem aut præ potu nimio flentem: Metire nobis c.imple vinum bonum·quod aduersū nauseam prosit,Curam,sollicitudinem & metū de absentia Cæsaris venientem ebrietate sopiri,Dulci Lyeo soluere.pellere, vt Nunc vino pellite curas.

Terra mariq; victus hostis punico
Lugubre mutauit sagum.
Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus
Ventis iturus non suis.
Exercitatas aut petit Syrtes noto.
Aut fertur incerto mari.
Capaciores afer huc puer scyphos.
Et chia vina aut Lesbia.
Vel quod flentem nauseam coerceat
Metire nobis Cæcubum.
Curam metumq; Cęsaris rerum iuuat
Dulci lyeo soluere.

POR. ¶Terra mariq; vict⁹ hostis punico Lugubre mutauit sagum,hoc est deposuit coccineam chlamydem Antonius,qua.s.imperator

¶Terra.Redit ad Antonium dicēs.Hostis.s.Antonius vict⁹ terra per defectionē Canidij:& mari per fugā Cleopatrę,mutauit punico.i.pro punico:idest.purpureo seu tyrio dibapho

accepit sagum.i.paludamẽtum militare:lugubre:quia nigrum. Ille scilicet hostis victus,vt pote Anto,aut iturus est Cretam nobilem idest insignem centum vrbibus:ventis non suis idest non secundis,neq; quo velit pellentibus. aut petit Syrtes exercitatas idest sinus illos maris vexatos noto.i.vento illo humido.aut fertur mari incerto idest incognito aut ipe incertus quo fata ventiq; trahant.Et ideo puer affer idest apporta mihi scyphos capaciores idest multum capaces,& vina Chia aut Lesbia quæ transmarina sunt:vel metire idest mensura & propina nobis idest Mecœnati & mihi,Cæcubũ vinum Italicũ qđ coerceat idest restringat nauseam fluentem.i,vomitum ex vino externo prouocatum iuuat scilicet nos soluere dulci Lyęo .i.vino:a dissoluendo enim dicitur Bacchus Lyęus. curam & metum rerum Cæsaris.i.quem pro Cæsare suscepimus.

vtebatur: & accepit lugubrem idest nigrã. & verum ob luctum victarũ partiũ hoc facit:an vt in fuga lateat? Exercitatas aut pesyr.noto.Nam et alibi ait. Vndas exercet auster incerto mari.ἀναφορὰ ad ipsum,idest ipse fertur incertus consilij. Vel quod fluentẽ nauseam coerceat,Metire nobis cæcubum. quia austerismum est cæcubum vinum merito nauseam coercet.& metire inquit:quia Cyatho hauriebat ex cratere vinum.

¶Terra mariq; victus hostis.iam ad Antonium poeta redit quẽ dicit terra mariq; victum accepisse pullatum sagum :in variaq; fugisse loca : vt Augusti victoriã ostendat, dixerat enim Victore lætus Cæsare. Terra mariq;.quo tempore apud Actiũ Naumachia pugnatum est,terrestribus copijs ab Anto.Canidius præerat cum.xviij.legionibus:& viginti duobus milibus equitũ.a Cæsare Taurus.qui vtriq; instructa acie inlittore quiscebant:euentũ naualis pugnæ expectãtes.Inter pugnandũ fugit Cleopatra cum nauibus.lx.secutus est eam Anto.cum sola quinqueremi:Alexa & Siculo duntaxat comitibus.Eius classis quũ diu Cæsari restitisset decima hora superata est.Canidius postea noctu e castris fugit:suosq; prodidit:itaq; illi se victori dedidere.auctor est Plutarchus.Sagũ.erat sagũ vestimẽtũ militare:vt scribit Nonius.Dicit autem Hora. Antoniũ post amissam classem pullatũ vestimentũ accepisse relicto punico.i.Tyrio & purpureo.Aut ille.hostis scilicet Antonius.qui fugiẽdo varia loca adijt.Petit Cretã iturus ventis non suis.Hoc ait poeta.qm̃ Antõ. fugiens quinqueremi vt Cleopatrã assequeretur,ab illa in sua naui receptus est:sicq; ad Tænarũ appulit: vt docet Plutar. Vel vẽtis nõ suis.i.nõ ꝓsperis.nõ secũdis.nõ exoptatis. Vnde et Sappho inquit.Nõ agitur vẽto nostra carina suo.Est autẽ Tęnarus ꝓmõtoriũ Laconicæ regionis Pelopõnesi:cuius limites sunt a Septẽtrione Corinthiacus sinus & Isthmos:deinde Creticũ pelagus.ab ortu solis etiã Creticũ mare vt Ptolomęus lib.iij.scribit.propter hęc igitur poeta inquit.Aut petit Cretam &c.Exercitatas aut petit Syrtes noto.Anto. enim ab Tænaro discedẽs in Lybiã ꝑuenit.Cleopatra vero in Cyprũ remissa est.vt aũt hę quæ in Lybia erãt copiæ ab Antonio desciuerũt,voluit ille quidẽ sibi mortẽ cõsciscere:sed ꝓhibuerũt hi qui secũ erãt.delatus est igit Alexãdriã.Syrtes.Sallust.in Iug.scribit Syrtes duos esse sinus ꝓpe in extrema Africa impares magnitudine:pari natura.quorũ ꝓxima terre plana sunt:cætera vti sors tulit alta:alia in tempestate vadosa.nam vbi mane magnum esse,& sæuire ventis cœpit:limum arenamq; & saxa ingentia fluctus trahunt:ita facies locorum cum ventis simul mutatur.Syrtes a tractu noiatæ.Inter eas situm oppidum Leptis a Sidonijs cõditum.hæc ex illo.σύρω autem traho nobis significat.Solinus vero scri.ꝙ vtræq; Syrtes ducentis quinquaginta milibus passuum separantur.sed aliquanto clementior q̃ minor est eas inaccessas vadosum ac reciprocum mare efficit.cuius sali defectus vel incrementa haud promptum est deprehendere:ita incertis motibus nunc in breuia rescindit dorsuosa:nunc æstibus inundat inquietis.De Syrtibus etiam Stra.lib.iij.meminit.multaq; Luca.lib.ix.Incerto mari.pro ipse incertus.vel per incertũ mare/cuius nomen ignorabat:adeo remotũ erat. Capaciores.Postq̃ Antonij fugam victore Cæsare patefacit:letitiæ gratia vina optima iubet afferri. Capaciores.valde capaces & amplos.seu mauis ampliores alijs:Scyphos:scyphus Herculis poculum erat:ita vt liberi patris Cantharus.Herculem vero fictores veteres non sine causa cum poculo fecerunt,& nõnunq̃ cassabundum & ebrium.non solum ꝙ is heros bibax fuisse ꝓhibetur:sed etiam ꝙ antiqua historia est Herculẽ poculo tanq̃ nauigio ventis immensa maria transisse.auctor est Macro.lib.v.Sat.Chia vina aut Lesbia.Chia vina Aruisia intelligit.Est enim Aruisium promontorium Chij.ex quo vinum quod Aruisium vocant: vt scri.Pli.lib.xiiij.c.x.Chios aũt insula est vna Cycladum teste Solino,Homeri sepulchro alijs ãtecedẽs. Strab. etiam docet lib.xiiij.Chium & Lesbum vina optima ferre.De Lesbo plura diximus Ode.i.Nauseam coerceat.nausea ꝓprie vomitꝰ dicitur,qui fit ꝓpter sentinæ fœtidam aquã.vnde & nauis dicitur.Tradunt aũt optimo vino comprimi vomitum.vtq; Celsus lib.ij.ait,stomacho idoneum est vinum austerum licet iã asperũ sit.Item resinatum.& Pli.lib.xiiij.scribit vini naturam esse ex haustu accendere calore viscera intus,foris infuso refrigerare.Dulci lyęo soluere.Lyęus Bacchi nomen:ab λύω quod est soluo.eo ꝙ mentem & mẽbra vinum dissoluat:vnde sequitur Paralysis.de quo etiam Ode.vij.diximus.Pli.præterea lib.xiiij.scribit nimio potu gigni fere rerum omnium obliuionem,mortemq; memoriæ:furoremq; etiam.

ANTO

Sagum.

X.Ode Dicolos Distrophos.Imprecatur tempestatem in meuium.

Mala soluta nauis exit alite
Ferens olentem Meuium.
Vt horridis vtrũq; verberes latus
Auster memento fluctibus.
Niger rudentes eurus inuerso mari
Fractosq; remos differat.
Insurgat aquilo quantus altis montibus
Frangit trementes ilices.
Nec sidus atra nocte amicum appareat
Qua tristis Orion cadit.
Quietiore nec feratur æquore
Q̃ Graia victorum manus
Cum Pallas vsto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.

Mala soluta.Solui dr̃ nauis qñ de statiõe vel portu dimittit:vt Soluite vela citi.Alite.hic & hæc ales.sed hic ꝓ auspicio posuit alite.Olentẽ, putẽtẽ: vt Allia serpillũq; hęrbas cõtũdit olentes,de quo & Virg.Qui Bauiũ nõ odit,amet tua carmina Męui.Horridis v.v.l.Tẽpestatem imprecatur Męuio nauigãti.Differat.Cessare faciat.Mõtibꝰ altis.q maiori tẽpestati subiacẽt altitudine sui.Tremẽtes cõmotas et vi venti inclinatas.Nec sidus atra nocte.nigra, sine amico nauigantibus lunæ lumine,hoc ẽ prospero.vt Nec candida cursum Luna negat.Qua tristis Orion.tẽpestuosus.in occasu enim signi ipsius maximę tẽpestates emergunt:vt Nimbosus Orion.Cadit.occidit.vt Suadentq; cadentia sidera somnos. Quietiore nec.f.æ.pro minus concitato. Qua graia.v.m.Talem nauigationis optat errorem qualẽ post Troiæ excidium laborem Gręci victores ꝑtulerunt:aut naufragium reuertentes in monte Caphareo,Cũ Pallas vsto

ACR.

vertit irā ab Ilio. Minerua.n. sacerdote sua ab Aiace viciata iram verterat a Troianis in Græcos. vt, Pallas ne exurere classem Argi uum atq; ipsos potuit submergere ponto Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei. Et illa non virilis eiulatio. planctus rationis ex pers, & magis fœminis conueniens: vt Fœmineum clamorem ad sidera tollunt. & Iuuena. Flagrantior æquo Nū debet dolor eē viri. Auersum. non audiētem & iratum: vt Auersa deæ mens. Ionicus. Hadriacus. Carinam rupit. nauem soluerit tēpestate. a pte totum. Carina.n. totius nauis compago est. Opima. pcipua, aut pinguis. Porrecta mergos iuuerit. hoc est si cadauer Mæuii in litto re eiectum marinis auibus iacuerit cibus. Porrecta. extenta. vt Quaq; iacet medium Rhodope porrecta sub axē. Libidinosus immolabit caper. Similitudini ipudici & petulantis poetæ aial comparat immolandum: si mortis eius voti compos extiterit.

POR. ¶ Mala solute nauis exitalite Ferens olantem Mæuium. Hic est Mæuius importunissimus poeta, quem & Virg. cō simili cōtumelia nominat. Qui Bauiū non odit amet tua carmina Mæui. Olētem autem p putido dictum accipe. Est.n. σχημα λειπτότης Mala alite. hoc est malo auspicio. & attēde alitē hic fœminino genere dixisse. alibi masculio vt Qualem ministrū fulminis alitē. Vt horridis vtrūq; verberes latus Auster memēto fluctibus. Iucunde, quasi vento presenti pcipiat. & vtrūq; latus nauis vtiq; intelligēdū est Niger rudētis eurus inuerso mari. qd est inuerso mari: an cōtrarijs fluctib⁹: Qua.t.o. cadit. qua nocte. s. Cum Pallas vsto vertit iram ab Ilio In impiā Aiacis ratem. hoc est ex Virg. lectione satis notum. Et illa nō virilis eiulatio. eiulatio poti⁹ id dr̄ qd᷑ est q̄si gemitus flētis. τρόπος ὀνοματοποιΐα Ionius vdo cū remugiens sinus Noto carinam ruperit. vdo aūt noto hoc ē aquoso ac pluuioso. Opima q̄ si præda curuo littore. opimā predā corp⁹ ipsi⁹ Mæuij itelligam⁹: ex quo apparet pinguem fuisse.

Argumentum Odes. X.

ANTO ¶ Mæuius poetarū pessim⁹, tū Maronis tū Horatij ęmul⁹ vti & baui⁹, erat. huic męuio nauigaturo tēpestatē poeta īpcat hac Ode.

O quantus instat nauitis sudor tuis
Tibiq; pallor luteus:
Et illa non virilis eiulatio:
Preces & auersum ad Iouem
Ionius vdo cum remugiens sinus
Noto carinam ruperit,
Opima q̄ si præda curuo littore
Porrecta mergos iuuerit:
Libidinosus immolabitur caper
Et agna tempestatibus.

¶ Mala. Sicut amico Virgilio bonam nauigationem primo carminum precatus est: ita hic malam Mæuio vtriq; inimico. Nam in Buco. dicit Maro. Qui Bauium nō odit, amet tua carmina Mæui. Ordo est. Nauis ferens Mæuium olentem. i. fœtidum hominem exit soluta. s. a littore: mala alite, id est aue: hoc est auspicio. Et o auster vente memento vt verberes vtrum q̄ latus. s. nauis eius fluctib⁹ horridis. & eurus vetus ab oriēte flans niger. i. nubilosus & inimic⁹: differat. i. distrahat & i diuersa ferat: rudētes. i. funes nauiū & remos fractos: & hoc mari inuerso. i eo quod imū est sursum verso. Et aqlo ventus a septētrione flans a latere orientali: q vehemens dictus est q̄ vt aqla volat: insurgat sup. tantus, quantus frangit ilices trementes supple in altis montibus. Nec sidus. pgit dicens. Nec sidus sup. vllū amicū. i. benignū appeat nocte atra. i. caliginosa & ad uersa: q Oriō. i. sidus Orionis i ortu & occasu/sed poti⁹ i occasu tēpestatē ciens: cadit tristis. i. inimic⁹ nauigātib⁹. Nec Męui⁹ ferat æquore qetiore, q̄ sup. vecta ē: manus Graia. i. Graiorū victorū. s. Troiæ: cū Pallas vertit iram ab Ilio vsto in impiam ratem Aiacis. s. Oilei. quam cum cæteris apud Caphaream pfligauit, q̄ Aiax ille cum Cassādra in templo deæ cōcubuerat. O quantus sudor instat nauitis tuis O Męui: & quātus pallor luteus. i. croceus a luto pro colore cuius prima longa: instat sup. tibi. & illa eiulatio. i. exclamatio: non virilis: qa muliebris: sup. instat, tibi: & preces instāt tibi: ad Iouem aduersum. i. indignatū & non audientem: cū sinus Ionius. i. Ionij maris remugiēs noto. i. vento illo vdo. i. humido: ruperit carinam. i. ventrē nauis tuæ. Q. si preda opima. i. pinguis: videlicet cadaueris tui: porrecta curuo littore. i. circum curuū littus: iuuerit. s. ad esum mergos. i. aues marinas facile mergentes: caper. i. hircus: quia tu fœtidus es: libidinosus, qa pro te libidinoso: & agna, quam vt gratiorem iam deuoueo: immolabitur scz a me tempestatibus quæ te obruerunt.

Mala soluta nauis. metrū est simile priorib⁹. Mala alite. malo auspicio. Differat. dispgat. Oriō cadit. i. occidit. de hoc autē supi⁹ in Odis. Graia victorū manus. de hac re legito Maro. lib. i. ęnei. ibi. Pallas ne exurere classem Argiuū: atq; ipsos potuit submergere ponto Vnius ob noxā & furias Aiacis Oilei: Pallor luteus. Violaceus pallor & croceus. vnde etiā Hora. lib. iii. car. Ode vero. x. inqt. Nec tinct⁹ viola pallor amantiū. Et Maro in Buc. Mollia luteola pingit vacinia calta. Et Apuleius lib. xi. inqt. Nunc albo candore lucida. nūc croceo flore lutea: nūc roseo rubore flāmidā. Opima præda. Cadauer Mæuij itelligit: qd᷑ pingue fuisse innuit. Opimæ hostiæ præcipue pingues dicebantur: vt Festus ait. Et opima magnifica & ampla spolia. Libidinosus caper. hunc olentem Mæuium aptecōparauit.

XI. Ode Dicolos Distrophos. Ad pectium.

Pecti nihil me sicut antea iuuat
Scribere versiculos amore percussū graui.
Amore qui me prȩter omnes expetit,
Mollibus in pueris aut in puellis vrere.
Hinc tertius December ex quo destiti
Inachia furere, syluis honorē decutit.
Heu me per vrbem, nā pudet tanti mali,
Fabula quanta fui, conuiuiorum & pœnitet:
In quis amantem languor & silentium
Arguit, & latere petitus imo spiritus,

ACR. Pecti nihil me sicut antea iuuat. Metrū primo versu ternariū iambicū. Secundus ex pentemimeri dactylica & iambica. Alii dicūt eē ternariū iābicū q̄dratū a dactylico & iābico, pecti nihil me sicut ātea iuuat. s. v. dicit se amore detētū ad faciēdum versus nec delectationem habere nec animū. Expetit: exeqt. Syluis honorē decutit hyemē significat p cas⁹ foliorū, vt cū syluis aquilo decussit honorē. Heu me per vrbem nā pudet tanti mali. s. q. s. nō cōuiuiorū pœnitet: sed q̄ fabula fuerit, cōuiuiorū quod vt finē amoris ei⁹ oñderet sub pœnitudie recordatur, In quis, in quib⁹, Lāguor, stupor, siue aī torpor, siue cruciat⁹, qui solet amatoribus euenire. Arguit, pbat, vt degeneres aīos ti/

Contraq; lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium querebat applorans tibi,
Simul calentis inuerecundus deus
Feruidiore mero arcana promorat loco
Quod si meis inęstuet pręcordiis
Libera bilis vt hęc ingrata ventis diuidat
Fomenta vulnus nil malum alleuantia:
Desinet imparibus certare submotus pudor
Vbi hęc seuerus te palam laudaueram,
Iussus abire domum ferebat incerto pede
Ad non amicos heu mihi postes: et heu
Limina dura, quibus lumbos & infregi latus
Nunc gloriantis quālibet mulierculam
Vincere mollitia, amor Lycisti me tenet:
Vnde expedire non amicorum queant
Libera consilia, nec contumelię graues
Sed alius ardor aut puellę candidę
Aut teretis pueri longam renodantis comam.

¶ Pecti. Pectio amico familiari amores suos fatetur satis inuerecunde dicens. O Pecti scribere versiculos nihil iuuat sicut antea me percussum amore graui, scilicet Lycisti pueri amore (repetit) qui expetit, i. persequitur & excruciat me præter, i. super omnes scilicet alios amatores. vrere aut in pueris mollibus aut in puellis. hic idest presens December tertius ex quo idest post q̄ destiti idest desij furere Inachia, idest amore Inachiæ puellæ: decutit syluis honorem idest frōdes. i. iam tertia agitur hyems postq̄ dereliqui Inachiam: heu me quanta fabula fuit per vrbē cum scilicet furerem amore Inachiæ. q. d. quid dico? Nam pudet tanti mali et pœnitet conuiuiorū: in quis, idest in quibus lāguor & silentium idest q̄ in conuiuijs languens amore silerē: et spiritus idest anhelitus meus petitus idest attractus: imo idest profundo latere: arguit idest euidenti argumēto probauit sup. me amantem. Et querebar scilicet tibi & alijs applorans ingenium pauperis scilicet poetæ. nil valere contra lucrū candidū idest auaritiam quę meretricibus candida videtur: applorans dicit simul, idest statim postq̄ deus inuerecundus, idest Cupido vel potius eius prouocator Bacchus immodicus: promorat. i. promouerat loco idest statione sua: mero feruidiore, idest acri vino, arcana scilicet mea idest intima præcordia calentis idest ardentis amore. Quod si bilis libera, idest stomachatio et indignatio vera inæstuet meis pręcordijs idest me ad veram iram compulerit sicut tunc simulabam iratum: ita vt diuidat, idest dispergat ventis hæc fomenta idest medicamenta ingrata idest has querimonias inutiles: quia nil alleuantia, idest imminuentia vuln⁹ scilicet amoris. malum/idest perniciosum: pudor submot⁹ idest qui nunc clanculum a me amotus est. desinet certare imparib⁹ idest potioribus, idest nō amplius victus cedet: sed vincet. Vbi ego seuerus. idest tanq̄ seuerus: hoc est rigide sequens verum laudaueram hæc, idest huiusmodi propositum, palam idest coram te: aut te conscio: ego iussus scilicet a te: abire domum ferebar pede incerto idest titubante: ad postes heu mihi non amico idest ad ostia Inachię & heu ad limina dura: vt pote quibus infregi lumbos & latus meum: cum neque lachrymis neq; precibus cederent. Amor Lycisti pueri gloriantis vincere mollitia quālibet mulierculam tenet nunc me: vnde idest a quo: libera consilia amicorum nec graues contumeliæ amicorum, non queant expedire idest soluere me, sed ardor idest feruens amor alius puellæ candidæ aut pueri teretis idest proceri: renodantis idest religantis longam idest prolixam, comam.

aliquotiēs amor producitur. vt ille. Suspirās imoq; trahens a pectore voces. Contraq;. l. contra meretriciā cupiditatem, q̄ lucrum captans riualē pferebat Horatio, quæritur īgenium poetę optimi nil valere. Inuerecūdus deus. Dionysius. Simul. postq̄: vt Quæ sif inuersum cōtristat Aquarius annum. Feruidiore mero. a. p. hoc est vino accendebatur in amorē. Quod si meis inęstuet pcor. vt iracūdia cōmotus amatā a qua spernebatur et ipse contēneret. Ingrata. sine effectu insita. vt Frustraq; laborē, ingratū trahit. & ibi. n. de equi coitu loquebatur. Fomēta. v. nil malū al, q̄relæ in solatia doloris nec desiderio afferunt fructum. Ferebat incerto pede. ebrius, vt Ter. Neq; pes neq; mens. Dura implacabilia: quia exclusus limine est dum amaret, ait: infregi latus. Lycisti. delicati pueri. cuius amor superbiā meretricis me fecit cōtēnere quam amabā. Vnde expedire non a. queāt l. c. nullis ait consilijs a pueri eius amore nisi forsan alio amore reuocabor. Candidę. pulchræ, vt candida Dido. Teretis. gracilis.

¶ Pectinihil. m. s. a. i. Pectiū contubernalē alloquitur indicans occupato sibi amore Lycisti pueri non libere versus scribere. Hic. t. d. ex. q. d. i. f. s. h. d. syluarū honorē, folia arborū, & Vir. dixit: Frigid⁹ & syluis aquilo decussit honorē. Reuera aūt mēse fere Decembris spoliātur arbores folijs. Heu. m. p. v. f, q f. hoc aūt quasi iuxta se posito illatū est: nam pudet tāti mali. quod ideo intulit vt ostēderet cur ingemuisset. In quis. a. & l. & f. a, argu it media syllaba pducte pnūciādū. quia prītis tpis est. Et latere p. i. f. spūm latere peti nō pectore ait: quia in suspirando cōstat latera laborare. Cōtraq; lucrū nil. v. c p. i. cōtra lucrū, cōtra studiū lucri. i. cōtra auaritiā. Sens⁹ aūt est. querebar tibi plorās: q̄ cādor animi mei & honesta simplicitas sine diuitijs nihil grāe hr̄et apud auarā puellā. Querebar aplorās tibi simul calētis inuerecūdus de⁹ Feruidiore mero. a. p. loco. & vtiq; amore calentis accipiēdū. Sensus verus est. Cū ebrietas seueritatem pepulerat pectore: meo: tū ego amoris mei iniuriā flens apud te q̄rebar. inuerecūdū ergo deū liberū vult intelligi q̄ inuerecūdū se p vinolētiā faceret. Quod si meis inæstuet. p. l. b. cōfūdit lectorē varietas elocutiōis. Obliqua. n. mō rōe trāsiuit ad rectā nā supra obliq̄ dixerat, q̄rebar tibi nihil valere cādidū paupis ingenium. At hæc iā est recta: q̄ si meis inæstuet pcordijs. Desinet. i. c. s. p. Imparibus, æmulis. s. qui largiri multa possunt cū ego non possim. Imparibus aūt certare p datiuū casū figuratū est: vt Virg. Tibi certet Amyntas. Vbi hæc seuerus te palā. hoc est seuere dixerā arrogās mihi cōstantię laudē. Iussus abire domū a te. s. Quibus lūbos & infregi latus. Vn̄ expedire nō a. q. l. c. Bene libera, quia veri amici bene solēt delicta amicorū reprehēdere studio emēdatiōis. Nec cōtumeliæ graues: nō iā amicorū sed ipsi⁹ pueri q amatur. Aut teretis pueris. i. recta crura aut brachia habentis. Teres autem in longum rotundum dicitur. POR

Argumentum Odes. XI.

¶ Amico Pectio scribens hora, ait. vers⁹ cōponere non iuuare se vt olim. est enim graui amore perculsus Lycisti pueri. Pecti nihil. primus versus hexameter iambicus est. secundus vero duos habet dactylos cum cæsura post: & quatuor de iambico versu. Hic tertius December, Ordo est. hic tertius December decutit honorem syluis: ex quo destiti furere Inachia. In decembri autem folia cunctis pene arborib⁹ excidunt paucæ enim excipiuntur. Inachia. de hac eadem sequenti etiā Ode meminit, Heu me. Ordo est. heu me quanta fabula fui per vrbem: nam pudet tanti mali: & pœnitet conuiuiorū. Arguit. oñdit. Latere imo. latera em̄ gemitu laborāt. Spūs. anhelitus. Contra ne lucrum. Ordo est. querebar ne tibi applorās o Pecti nil ANTO

valere contra luctum candidum ingenium pauperis calentis: simul deus inuerecundus mero feruidiore promorat arcana loco. Lucrum.i.auaritiam meretriciam.ob quã diues riualis Horatio pferebatur. hinc & Ouid. lib.ij.de arte inquit. Ipse licet venias musis comitatus Homere, Si nihil attuleris ibis Homere foras. Calentis. amantis. Inuerecundus deus.vel Bacchus vel cupido.ij enim reddunt inuerecundos. Arcana promorat.latiꝰ iamiam superius de vini effectu patuit. Est autem sensus: ꝙ vbi vino incaluerat, secreta sua Pectio manifestabat: conquerens ꝙ eius ingenium candidum nil valeret apud auaram meretricem. Libera bilis.i.ira libera.libera quidem ab amore, Ingrata foměta.querimonias intelligit nil amori ꝓficientes. Foměta.medicaměta. Sũmotus pudor.i.honestas nunc ab amore summota desinet amori potentissimo certare. Est autem sensus: ꝙ si liber erit: nõ magis amori vacabit. Vbi hæc: scilicet me nolle iterum amori subijcere: Te palã Coram te Pectio. Seuerus.grauis: continens. Hæc laudauerã.ꝙ summotus pudor desinet certare imparibus, idest ꝙ constãs eẽ volebã. Iussꝰ.a te Pectio. Postes. Inachiæ.s. Nũc gloriãtis. Lycisti amore pueri se ardere nũc inuit.

XII. Ode Dicolos Distrophos. In mulierem libidinosam.

Quid tibi vis mulier nigris dignissima
Barrhis?
Munera cur mihi, quid ve tabellas
Mittis nec firmo iuueni neq́ naris
obesę?
Nanq́ sagacius vnus odoror
Polypus: an grauis hirsutis cubet hircus in alis:
Quã canis acer vbi lateat sus.
Qui sudor vietis, & q̃ malus vndiq́ membris
Crescat odor: cum pene soluto
Indomitam properant rabiem sedare: nec illis
Iam manet humida creta, colorq́
Stercore phucatus Crocodili, iamq́ subando
Tenta cubilia tectaq́ rumpis:
Vel mea cum sęuis agita fastidia verbis.
Inachia langues minus ac me.
Inachiam ter nocte potes, mihi semper ad vnũ
Mollis opus. pereat male quę te
Lesbia quęrenti Taurum monstrauit inertem
Cum mihi Cous adesset Amyntas,
Cuius indomito constantior inguine neruus.
Quam noua collibus arbor inhęret
Muricibus Tyriis iteratę vellera lanę
Cui properabantur? tibi nempe.
Ne foret æquales inter conuiua magis quem
Diligeret mulier sua q̃ te.
O ego non felix quem tu fugis, vt pauet atros
Agna lupos: capręq́ leones.

ACR. 
Quid tibi vis mulier. Eadẽ quã supra alloquitur, impudẽtẽ in amorem suũ. Nigris barrhis. elephãtis a barrhitu dictis. aut certe nigris, Indis siue Mauris qui nigri sunt. Munera quid mihi quid ve tabellas, quid mihi inquit munera aut codicillos amatorios dirigis: dũ libidini tuę nec sicut iuuenis sufficiã nec fœtoris tui nescius sim. Poly.an.g. dicit se nec putorẽ nariũ, nec hircorũ ferre: quo illa laborabat. ab hircorũ em̃ fœtore dicti sũt & olentis titilli. Quã canis acer vbi lateat sus. Sagacitatẽ suã inueniẽdo muliebriũ mẽbrorum putorẽ cani cõparauit feras q̃renti. Vietis, m. vt Terẽ. Vietus, veternosus. siue rugosis & vetustate confectis. Crescit.o.c.p.s. penẽ tam mulieris q̃ viri posuit. coitu finito. Humida. hũefacta sudore. stercore. f.c. hoc .n. ad conseruandã cutẽ vel candorẽ faciendum mulieres vti dicebãtur. Iamq́.s. Metaphora a sue quæ subare dicitur. dum ergo tu cales tanta libidine, rumpis stratũ vt in coitũ properes. Vel mea.c.s.a.f.v. Tanq̃ eũ nõ satisfacientẽ furori suo verbis increpet. Inachia.l. verba Canidię inducit. Inachiã.t.n.p. aliam puellã nominat: de qua illam fatigare consueuerat. Mol. debilis. Opus ꝓ coitu posuit periphrastice. vt Vir. cum de coitu boum loqueretur: hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsꝰ sit genitali a. Pereat.m.q.t.l. mala Lesbiæ imprecatur q̃ sibi eũ ostendit: dũ illa validiorem q̃reret taurũ.i.iuuenẽ satisfacientẽ. Cũ mihi Cous. nomẽ pueri de Co ciuitate: cuius inguinis nimietatẽ arbori cõparat. Muri.t.i.v.l. Africę purpuræ. hoc est p̃ciosę: q̃ scdo fucabatur. vt Tyrioq́ ardebat murice lena. Cui ꝓperabãtur. interrogatiue ꝓnũciãdũ est. Magis quẽ.d.m.s. Tanq̃ quę propterea vestibus pręciosis ornaret. vt etiã e mulieribus alienis amaretur.

POR. Quid tibi vis.m.n.d.b. In mulierẽ fœdam atq́ anum hæc scribit. Barrhi aũt elephãtis dicuntur. Vnde & vox eorũ Barrhitus appellatur. porro autẽ elephanti ferũtur auersi coire. ex quo videtur poeta dicere cũ his eã concũbere debere: qui illã non videant, propter deformitatẽ ipsius. Nec.f.i. hoc est non valido, qui sufficere libidini tuæ possit. Neq́ n.o. hoc est: neq́ occlusę nares vt possim putorẽ tui corporis ferre. Polypus an.g.h.c.h.in.a. Polypus: non in alis sed in naribus intelligendũ. Qui.s.v.&.q̃.m.v.m.c. Vieta autẽ dicũtur ex necessitate cõtorta: vt Terẽ. ostendit. Vietus veternosus senex necessitate cõtortus. Malus vn.m. hoc iam pronũciandũ vel efferendum cũ admiratione. Cũ p.s.in.r.p.s. aspere. cum ex fastidio tui penis languet: tu tãtũ cupiẽs libidini tuæ satisfacere dũ moueris sudas diluisq́ cretã: & stercꝰ Crocodili: quibus faciẽ fricare cõsueuisti. Iãq́.s.t.c.t.r. Subare ꝓprie sues dicuntur cũ libidinantur, inde translatio facta in cętera aĩalia. Tenta aũt cubilia lectum dicit restibꝰ siue fasciolis subtentum. Vel.m.c.s.a.f.v. vel

Quid tibi vis. Petulanter petulantẽ anũ carpit dicẽs. O mulier dignissima barrhis, idest elephantibus nigris (sunt em̃ oẽs nigri. vnde de ipsis primũ dictum est. It nigrum cãpis agmen coeunt autem auerse: vt ab coitus fœtore & obscœnitate minus offenderentur (quocirca illam ipsis dignam argute censet) quid vis tibi? idest quid prætendis: cur mittis mihi munera? ve pro vel quid.i. ad quid mittis mihi nec iuueni firmo, idest satis potenti ad libidinẽ tuam explendã: neq́ naris obesæ.i. occlusę & pinguis seu crassæ? hoc est neq́ habenti narem obtusam et occlusam ita vt parum olfaciã. Obesum ꝓ pingui etiam apud Maronẽ legunt illic: Obesaq́ terga, aut obesæ.i. circumesę aut circũrosæ naris, ita vt virtus odoratiua perierit. Dicit ergo cur mittis mihi neq́ te exaturare neq́ fœtorem tuum sufferre valenti munera & tabellas.i. triplices pugillares in quibus amores & res amatoriæ inscribebãtur. Docens ẽt se non obesæ naris addit. Nanq́ ego vnus, idest solus, odoror, idest olfacio (pro quo vulgariꝰ dicitur odoro) sagacius, idest maiore sagacitate & peritia nasi (Nam sagacitas nasi est. vnde Plautus. Sagax nasũ habes) an Polypus supple sit causa fœtoris in naso. Est autem

vt Mancinellus recitat/caruncula quædam putida in naso. An hircus,idest hircinus fœtor grauis:idest molestus & difficulter tolerabilis:cubet.i.qete maneat(Alludit aūt ad cubilia hircorū q̄ fœtidissima sūt)i alis.i.sub axillis,hirsutis.i.pilosis, sagacius dicit q̄ canis acer.i.strenuo olfactu,sup.odorat aut sētit,vbi lateat sus:i.aper(Posset dici vbi lateat sus acer/sed pl9 roboris ē dicendo canis acer,vt se vel acri cani præferat)Odoror etiā sagacius.q.i.qualis sudor(qa sequit.f. suaui9 qui q̄ quis legit)& qui.i.q̄tū malus odor crescat vndiq3 membris vietis.i.flaccidis & vetustate laguescētib9:cū.i.qñ ipsa mēbra vetulæ pperāt se dare rabiē indomitā.f.libidinis,pene.i.cauda virili,soluto.i. ab intentigine emisso semine,aut soluto e subligaculis.Neccreta humida.i.Chia terra cretici coloris,& color phucat9.i. phuco & adulterino colore quæsitus,stercore.i.oleto:Crocodili illius aīalis in ægypto frequētis,manet illis.f.membris tuis vietis quia sudore & anhelitu resoluitur,tā.f.i coitu:& tu rūpis iam subādo,i.subeūdo more suū diuturno coitu,cubilia tēta.i. strata,& tecta.i.cooperta tapetis aut lineis cooperimētis.i.tā imodice te agitas vt cubile pene rumpas,alludit aūt ad tētoria q̄ superne tegunt,vt vir mulierē,tenta aūt dicit propter penem.q.d.tu me & mēbrū meū rūpis.vel,i.ēt dū tu agitas(ita reposuit Bonfinis,nā alij agitat legunt).i.moues mea fastidia.i.quibus te fastidio & cōtēno,verbis sæuis.i.supbis dicēdo.f. o Horati tu langues minus Inachia.i.minus fatigaris subagitando Inachiam,ac,idest q̄ me.tu potes ter nocte.f. vna Inachiam sup. cognoscere, aut(honor sit aurib9)futuere,q̄d ex more subtricuit sicut Comici miles,Ego Eunuchum illū vel sobri9.Tu autem es mihi semper mollis,idest languens & impotens:ad vnum opus scilicet Veneris,Pereat Lesbia male q̄ mihi q̄renti taurum:i.fortem subactorem mōstrauit te inertē.i.ignauū & torpentem,præcipue cum Amyntas Cous,ex Co insula iuuenis,adesset:idest præsto esset mihi:cuius neruus.i.mētula/ihæret constantior in inguine.i.membro muliebri,indomito.i. indomabili & semp prurienti:q̄ noua arbor inhæret collibus Cui putas o Horati.q.d.ne gratis a te stuprū q̄sisse dicar (vnde prius Munera cur mihi)vellera lanæ iteratæ.i. bis tinctæ, muri cibus.i.purpuris Tyrijs:pperabātur.i.cito parabātᵭ nēpe.i.si nescis certe supple pperabātur tibi.Ne cōuiua foret inter æqualis.i.coæuos sodales:quem sua.i.ppria mulier,idest amica/aut potius vxor, diligeret magis q̄ sup.ego te.O ego leuis,i.incōstās & imprudēs quā tu fugis, vt agna pauet, id est pauore fugit lupos acris,aut vt capræ sup.pauent leones.

illud ait quale est,cū me quasi pblāditiascorripit,q3 fastidio cū ea cōcubā, iputās q3exercitationem Venerē cū Inachia amica q̄cū ipsa agam, Per.m.q̄.t.l.q.t. Mihi quærenti taurum, Taurū autē p valido ac forti concubitore dixit.Cū mi.c.ad.am.hoc ē quū nōde esset mihi sagacissimi adolescentis occasio: Mu.ty.it.v.l.purpurā Tyriā,quæ iterū idest bis tiguit cōchylio. vn hodie Διβάφας appellant. Ne.f.æ.i.c.m.q. diligeret mulier sua q̄ te blanditur dicens se magnopere festinare illi preciosis purpuris vestem confixere:vt ex hoc inter contubernales eius probaretur q̄ illum diligeret.

Argumentum Odes.XII. ANTO

¶In mulierem & deformem & olentē hic inuehitur,q̄ quidē sæpe Horatio tū munera tum literas mittere solebat Veneris gratia. Quid tibi vis.Ode est similis.vij.lib.i. Barrhis.i.elephantis,quorum quidē coit9 auers9 est,vti & leonum:lyncum: Camelorum.tigrium,& Rhinocerotum. auctor est Solin9 Dicit autem illam elephantis dignam,q̄m auersi coeuntes eius deformitatē videre non possent.Tabellas: Pugillares triplices intellígit,o tribus.f.folijs,qui quidē rebus amatorijs& leuiorib9 seruiebāt.Martialis lib.vlti. Tunc triplices nostros non vilia dona putabis, Quum se venturam scribet amica tibi. Nec firmo iuueni:erat em̄ natus annos. L. vt superius ostēdit.Neq3 naris obesæ.i.crassæ:nā interdū etiam in naribus carunculæ q̄dam similes mulieribus mām̄is nascunt.eq3 imis partibus q̄ carnosissimæ sunt inhærent,Auct.est celsus lib.vi. Habentes itaq3 talia odorem aliquē non facile sentiūt.Nāq3 sagaci9 vnus:ordo est:nāq3 vn9 ego.i.solus &c.Polypus.i.caruncula modo alba modo subrubra,q̄ nariū ossi inhæret, & modo ad labra pendens narē iplet,mō retro p id foramen q̄ spiritus a narib9 ad fauces descendit,adeo increscit, vti post vuā conspici possit, strāgulatq3 hominē maxime austro aut

Pugillares triplices.

Polypus

euro flante: fereq3 mollis est:raro dura. Auctor est Celsus lib.vi.Hircus,idest hirci fœtor,qui sub brachijs esse aliquibus solet ob humorem illuc defluentem,vnde Alexander Aphrodiseus in problematis ait. Cur axilla inter alia loca multo grauissime olet:vtrum q3 spiramentis fere caret:grauis autem odor in his præcipuus est propter putredinem quæ ibi gignitur ob humiditatis moram,q̄ nec dimouetur nec exercetur. Philosophus item particula decima problematū scribit.Cur alæ omniū maxime partium nostri corporis male olent Vtrum q3 omnium minime respirare possunt:malus autem odor locis huiusmodi contrahi maxime solet: quoniam putredo quiete interioris qualitatis consistit:an ideo q3 immobiles inexercitatæq3 habentur:Scribit etiam ibidem,cur homines qui virus redolent:fœdius q̄ hirci oleant,quū se odorifice vnguentarint, an hoc in multis accidere solet:velut cum acido dulce commixtum est,dulcius totum exultat:tum etiā omnes post q̄ sudarunt grauius olent:vnguentum autem concalefaciēdi vim habet,itaq3 sudorem potest prouocare. vietis membris,i.languidis,sine vi,& naturalibus priuatis viribus:quod Festus edocet,Soluto pene.emisso virili semine.Penem enim caudam vocabant,inquit Festus a pendendo quidem,Humida creta.Erat in medicaminibus & Chia terra candicans,vsus ad mulierem maxime cutem.lactei coloris est hæc. auctor Plinius libro.xxxv.Humida ob coitus sudorem.Phucatus.φυκος color dicitur.latine phucum dicunt,verso υ græco in u.Stercore croco.est Crocodilo vita in aqua terraq3 communis.Duo autem sunt eorum genera,aliqs multum infra magnitudinem:in terra tm̄:odoratissimisq3 floribus viuit:ob id intestina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore refarcta:Crocodileam vocant,oculorum vitijs vtilissimam cum porri succo iunctā: & contra suffusiones vel caligines,illita quoq3 ex oleo cyprino molestias in facie serpit in facie:nitorem reddit,lentigines tollit:ac varos omnesq3 maculas,Auctor Plinius libro.xxiij.Subando.subagitando,Est enim a suibus tractum: quum libidinem prouocant.Tenta strata.Tecta,linteis ac culcitra.vel mea quum,ordo est,vel q̄ malus odor vndiq3 crescat vietis membris:quū sæuis verbis agitat mea fastidia.Inachia langues,verba sunt illius anus ad Horatium. Ac me idest q̄ me.Mollis.f.es.Ad.v.o.ad vnum coitum.Pereat,ordo est:male pereat Lesbia,quæ querenti/scilicet mihi taurum monstrauit te inertem.Taurum:idest virum venereum ac fortem vt taurus est, Nam vt Philosophus scribit libro quinto de animalibus,vaccæ tauros non patiuntur propter rigorem genitalis, nimiamq3 tentiginem:sed clunibus subsistentibus semen recipiunt genitale:id autem & nos vidimus,Cous,Cos insula est in Caria,vt scri.Mela.Strabo.libro.x.inter Cycladas numerat,lib.autem.xxiiij docet & insulam & vrbem Con appellatam,vrbs vero non magna est/sed optime omnium habitata:& aspectu iucundissima his qui eo nauigant,Insulæ magnitudo est ad.cccc. &.l.stadia, tota fertilis, & quemadmodum Chius& Lesbus optimo vino abundans,Viri Coi illustres fuerunt Hipocrates:item Simus medicus, Philetas poeta simul:ac iudicialis Nicias: qui Coorum tyrannus fuit, & Ariston,hinc fuit Thenomestus vir clarus:in

crocodili.

Cos & Coi.

administranda repu. Niciæ æmulus. Iteratę. de purpura Dibapha, ideſt bis tincta intelligit: de qua latius i O dis. Tibi. Horatio. ſ. Mulier: Volebat enim Horatium purpura enerare ita optima vt inter conuiuas æqua les etiam ab alienis vxoribus magis diligeretur.

ACR. ¶ Horrida. t. hortatur amicos ſuos, vt pluuio aere quo aliud facere non poſſunt: licentiæ & poculis indulgeant. Cæ lum. c. pro nubibus, vt iam cęlum terramq́ meo ſine numine venti Miſcere. Et imbres: vt Effuſis i bribus atris Tempeſtas ſine more furit. Dũ q́ virent genua, hoc eſt quando iuuẽtus viret ſenectus arida deponatur. vt Genua labant: vaſtos quatit æger anhelitus artus, de iuuene, Ille pedum melior motu fretuſq́ iuuenta. Obducta. ſ. f. ſ. lætitia tendatur frons obducta merore. Tu. v. t. m. conſule. Cõſule vina repoſita proferri iubet quo ipſe nat⁹ eſt Manlio Torquato. Deus hæc. f. b. r. in. ſ v. ſique minus læta ſunt, vt quæ ſollicitudinem moueant: de deo ſperanda dicit vt i melius mutẽt, dũ mõ lætitiæ nõ pretermittatur occaſio, Achæmenio. perſico. Et fide cyllenia. lyra, chorda, quã traditur Mercurius inueniſſe qua accepta ab eo Amphion cantu dr̃ muros feciſſe Thebanos. Grãdi cẽ. alumno, vt Iuue. Iã grãd: s Achilles canebat patrijs i mõtib⁹. Nobilis vt. c. nobilẽ Chironẽ dicit cuius vmbrã ponit Achilli pdicẽtẽ fata ſua, Aſſaraci. t. Aſſaracus auus Anchiſę: a q̃ & Troiani: Tellus, in quã ſepeliendus erat Fidũt ſc. ſ. Scamãder fluuius Europã ab Aſia diuidere dr̃: iõ poſuit fidũt. Lubric⁹ & ſ. fluuii⁹ Troianorũ. vt vbi tot Simois correpta ſub vndis Scuta virũ galeaſq́ & fortia corpora voluit. ſiue pro natura aquæ lubricus, Certo ſubteg. vt rũpunt ſtamina parcę Cęrula nomẽ a colore maris: id eſt marina: vt Cæruleus Nereus. Aegrimoniæ, animi, vel ęgritudinis.

Volente Circe membra, tum mens & sonus
Relapsus atq̧ notus in vultus honor.
Dedi satis superq̧ poenarum tibi
Amata nautis multum & institoribus.
Fugit iuuentas, & verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida,
Tuis capillus albus est odoribus.
Nullum a labore me reclinat ocium,
Vrget diem nox & dies noctem, neq̧ est
Leuare tenta spiritu prçcordia,
Ego negatum vincor vt credam miser
Sabella pectus increpare carmina:
Caputq̧ Marsa dissilire nęnia.
Quid amplius vis? o mare & terra: ardeo
Quantum neq̧ atro delibutus. Hercules
Nessi cruore. nec Sicana feruida
Vrens in Aetna flamma: tu donec cinis

Dedi satis supq̧. p. t. vt parcere subiectis ACR.
Lurida. tabida: nigra. Nullum a labore me. r. o. nullum tempus sibi præstari carmine ei⁹ ad requiē ostendit. Increpare. dirūpere: siue incitare. Caputq̧. m. d. n. vt tanq̄ mortuum canā. O mare O terra. Sub indignatione exclamat: vt Teren. O cęlum o mare o terra o maria Neptuni, Ardeo. dicit se nō volūtate amare, sed vi magici carminis. Aetna. mōs est Siciliæ semper ignitus. Q̄d' me manet stipendiū. Certis em̄ stipendiis milites ocia merebātur. Siue mēdaci lyra. tanq̄ de ea falsa cāneret per timorē. Infamis Helenæ. c. o. Stesichorus poeta siculus dū vituperationē Helenæ dixisset, indignatiōe Castoris & pollucis oculos amisit: sed placati postea lumina ei reddiderunt. Tibi hospitale pectus & puræ man⁹. Ironicos autem laudat omnia: hospitale pectus: puras manus: & puerperiū: cum pollutam eam humanis sacrificiis retulisset. Tuusq̧ venter. p. partum eium dicit filium Canidię: quem habere se fœcunditatis gratia lætabatur. Et tuo cruore rubros obstetrix pannos lauit. Cacephaton in sensu.
Amata nautis mul. & in. amata vocatiui casus est, o amata. sed hoc vrbanissima contumelia dicit: quia sub illa laude q̄ adeo pulchra sit: vt a multis ametur. Fugit iuuentas: POR.

& verecundus color. sibi dicit Hora. hæc fugisse per cruciatum quem de carminibus illius patiatur. Verecundum autem colorē eleganter pro rubore dixit, ex quo significat se pallere. Tuis capillus albus est odoribꝰ. nūc ostēdit quare supra dixit Fugit iuuētas. Nullum a la. m. r. o. laborem animi vult ītelligi: quasi quibusdam tormentis animi per veneficia illiꝰ crucietur. Neqꝫ est leuare. figurata elocutio. pro neqꝫ cōtingit. Adductus sum vt credam Sabellis carminibus defigi mentes humanas. Sabella aūt carmina pro Marsis posuit: & Nęniā ꝓ incātatione. alioquin Nęnia ꝓprie carmē est qđ mortuis cātatur Cales venenis officina Colchicis. ipsam mulierem officinam venenorum diserte dixit. Colchicis aūt manifestū est ꝓpter Medeā dici. Quę finis, aut quod me manet stipendium. quod vult ītelligi. quod apparet ex eo quod statim īfert: Iussas cū fide pœnas luā. Infamis Helenæ Castor offensus vice. Stesichorum ferunt cęcum factum esse ꝙ infamia carmina in Helenam fecisset: deinde oraculo admonitum palinodiam fecisse. i. cōtrario carmine eam laudasse: & lumina recepisse. Solue mede. Ordo est. solue me demētia. nam & tu potes. O nec p. o. sordibus. vrbanissime obscura dicitur Ironia. in contrariū nāqꝫ accipienda hæc. quis enim sic laudat qui simpliciter agit: o quę non es sordidi generis: nec ossa humana ad maleficia colligis, & reliqua. Nouendiales dissipa. p. cineres reliquiarum vult intelligi. nam Nouendiale dicitur sacrificium: quod mortuo fit nona die ꝗ sepultus est. Nec illud sine amaritudine est in superiori versu: ꝙ anū illam appellet: quæ adhuc amari velit. Et ad notandum pluraliter dixisse pulueres. Tuusqꝫ vēter Patumeius. per Ironiam hæc dicuntur. vult intelligi illum Patumeiū: qui filius eius existimabatur, supposuisse sibi non peperisse. Et tuo cruore rubros obstetrix pannos lauit, Vtcunqꝫ fortis exilis puerpera: secundū veterem declinationē pręsenti tempore dicitur lauit. vtcunqꝫ autē quotiēscunqꝫ significat: & est sensus. quotiēscūqꝫ paris puerperio sanguinatos pannos obstetrix lauat. Sed illud argute, dictum: exilis fortis puerpera: quia fortem vult intelligi, eam scilicet quæ non peperit. Exilem autem sub illa specie, quasi puerperio facta sit deformis per exilitatem corporis ad maciem naturalem, dicit.

ANTO Remiges Vlyssei. quo pacto ij cōuersi fuerint in apros & alias feras a Circe, legito li. xiiij. Met. apud Nasonē. Sonus. sermo. Notus honor in vultus. i. vultꝰ hominū. Amata nautis. ostendit quid passus fuerit Canidiæ veneficio. Institoribus. mercatoribus. Verecundus color. i. rubor. ipse nāqꝫ pallidus effectus erat. Reclinat. remouet. Vrget diem. ostēdit se noctesqꝫ diesqꝫ cruciari. Negatum pectus. amori. s. alicuius. Sabella carmina. Marsos intelligit Samnitibus vicinos: qui valebāt carminibus vt superius patuit. Increpare. effringere consumere: cruciare. Dissilire. turbari: corrumpi. Nęnia. incantatione. De qua late superius Quid amplius vis. tu Canidia. s. Atro. venenosa. Delibutꝰ. perunctus. Nessi cruore. de hoc supra latiꝰ. Nec sicana. Ordo est. nec quantum ardet feruida flamma vrens in Aetna sicana. Tu donec cinis. Ordo est. Tu: scilicet Canidia tāꝗ officina cales venenis Colchicis donec ferar aridus cinis ventis iniuriosis. Aridus cinis. i. exustus. Colchicis. qualibus Medea Colchis

Iniuriosis aridus ventis ferar:
Cales venenis officina Colchicis.
Quæ finis, aut quod me manet stipendium.
Effare: iussas cum fide pœnas luam
Paratus expiare seu poposceris
Centum iuuencos, siue mendaci lyra
Voles sonari, tu pudica, tu proba
Perambulabis astro sidus aureum.
Infamis Helenę Castor offensus vice
Fraterqꝫ magni Castoris victi prece
Adempta vati reddidere lumina.
Et tu, potes nam, solue me dementia,
O nec paternis obsoleta sordibus,
Neqꝫ in sepulcris pauperum pudens anus
Nouendiales dissipare pulueres.
Tibi hospitale pectus. & purę manus,
Tuusqꝫ venter partumeius. & tuo
Cruore rubros obstetrix pannos lauit.
Vtcunqꝫ fortis exilis puerpera.

Setosa. Alijs exēplis & argutioribꝰ cōtendit Canidiā debere placari & ignoscere supplicanti: cum Circe Solis filia: & veneficij peritissima Vlyssis socijs veniā cōcesserit. eosqꝫ in pristinam formā reduxerit: dicens. Remiges Vlyssei. i. socij Vlyssis, qui illi remigandi officiū prestiterunt: laboriosi: quia decēnali nauigatione afflicti: exuere. i. exuerunt: hoc est deposuerunt mēbra setosa. i. varijs setis obsita: versi enim erāt plurimi in sues: pellibus duris: quia etiam ferinis: & hoc Circe volente. i. cōcedēte vt in pristinam formā redirēt: tū. i. tunc quum Circe id voluit, mens & sonus. i. loquela humuna, & honor notus. i. pristinus decor humanus: relapsus est in vultus. i. in facies eorum. O amata multū nautis & institoribus. i. mercatoribꝰ: ego dedi tibi satis superqꝫ pœnarum. i. satis a te punitus sum ꝙ in te scripseram: quia iuuentas. i, iuuenilis ętas: fugit. s. me, & color verecundus. i. rubens, qualis est verecūdia perfusis & pueris: reliquit ossa. s. mea: amicta. i. obsita pelle lurida. i. multū pallida & obscœna. Capillus sup. meus: est albus tuis odoribus. medicamentis, aut Philtris. Nullū ocium reclinat me a labore i. sum in continuo labore. Nox vrget diem: & dies vrget noctem. i. neqꝫ noctu neqꝫ interdiu requiem habeo: sed noctu diem & interdiu noctem desidero: neqꝫ est. i. & non datur mihi leuare spiritu. i. respiratione: præcordia tēta. s. Philtris tuis. Ego miser vincor: ita vt credam pectus sup. meum negatum, scilicet amori tuo: increpare. i. incusare crepitu quodā carmina Sabella, id est Marsica: hoc est fascinatoria: & caput meum dissilire, id est diuersa salire: nænia, id est magico cantu: Marsa, id est diuersa salire: mænia, id est magico cantu: Marsa, id est quo Marsi valent. Quid vis amplius: deinde quasi impatiens exclamat tragice. O mare & terra: ego ardeo sup. tantum quantum neqꝫ arsit sup. Hercules delibutus. i. perunctus in subtunica seu camisia, atro cruore Nessi quo Deianira ipsam imbuerat nec quantum ardet feruida flamma vrens in Aetna sicana, id est monte Siciliæ. Tuo Canidia officina, id est tanꝗ officina aut fornax cales venenis Colchicis, id est qualibus Medea vsa est vteris in me: donec ego ferar, id est auferar a vētis iniuriosis cinis, id est effectus cinis aridus hoc est totus exhaustus. Quę finis, sup. erit: aut quod stipendium manet, id est expectat me: effare. i. eloquere, edoce me. Ego luam. i. persoluam cum fide. i. fideliter pœnas iussas. i. quas iusseris: paratus expiare, id est purgare me tibi. seu poposceris centum iuuencos: seu voles sonari. i. prædicari mendaci lyra. i. falsis carminibus: quibus virtutē tuam prædicem: in hac forma: tu pudica: tu proba: sidus aureū i. translata in sidus aureum: perambulabis astra. i. incedes inter sidera per media astra: Alio autem exemplo docet ob carmina ignoscendum: quia Castor offensus a Stesichoro vice Helenę infamis. i. infamatæ per eū: & frater magni Castoris. s. Pollux etiam offensus vice sororis infamatæ: victi prece. s. Stesichori reddere vati. i. poetæ lyrico. s. Stesichoro, lumina adempta. i. vi

sum prius ablatum. Et tu o Canidia solue me dementia .i. furore: nam tu potes: scilicet me soluere: o nec obsoleta, id est inquinata sordibus paternis .i. maiorum tuorum: neq; anus prudens .i. præ pudore verita: dissipare pulueres nouendiales .i. cineres defunctorum peractis exequijs post nouem dies: in sepulcris pauperum: quia eos dissipare pro magico vsu solebat. Meminerimus autem omnia per amaram irrisionem dici: ita vt dum laudare videatur summopere damnet. vnde addit. Pectus sup. est tibi hospitale .i. mite & placidum vt hospitem decet: & manus puræ .i. innocentes: & venter tuus est partumeius .i. fœcundus partu frequenti. videtur autem deductum vocabulum a partu & meio. nam parturientes micturiunt. sic legit Philologus: non partumeius. Ironicos itaq; Partumeius dicitur: nam partus suppositus erat. Et obstetrix lauit pannos rubros tuos cruore: quem .s. cum filio in partu emiserat: quæ tamen nihil pepererat: tu puerpera vtcunq; .i. quacunq; virtute fortis .s. præter morem aliarum puerperarum: exilis .i. extra stratum salis veluti nullo labore fatigata: quod etiam indicium est nō veri partus. est ergo exilis media breui secundæ personæ ab exilio exilis exilit: vt & ratio carminis exigit, & sententia comprobat, & Bonfinis adnotauit.

vtebatur. vel venenis Colchicis .i. venenosissimis hærbis: quales apud Colchos esse dicuntur. Stipendiū .i. tributū: vt tibi tradam. Mendaci lyra .i. falsis & fictis laudibus. Sidus aureū. Ordo est: tu perambulabis astra sidus aureum .i. inter sidera eris relata. Infamis Helenæ. Stesichorus Lyricus poeta siculus vituperationem Helenę scribēs cęcatus est Castoris & Pollucis indignatiōe: postea vero rāso Apollinis eiusdem laudes descripsit: quare oculorū aspectū recepit placatis & Castore & Polluce. Et tu potes. Ordo est: & tu Canidia solue me demētia: nam potes O nec paternis obsoleta sordibus .i. inquinata vel polluta vilibus parētibus. oīa tñ vt dixi per Ironiā dicūtur. Nouēdiales pulueres, reliquiarū cineres ītelligit. Nouēdiale .n. sacrificiū dicitur qd' nono die mortuo fit ex quo sepultus est. Hospitale. benignū: mite: placidū. Partumeius: is .n. eius filius suppositus erat. propterea id inquit. Obstetrix ea dicitur: q̄ infantes in ortu suscipit: ab obstando. Obstat enim & opponitur parturienti. Vtcunq; fortis exilis puerpera. Ordo est: tu exilis puerpera .i. quando parit: vtcunq; fortis .i. quomodocunq;: & maxime fortis es. Laudat enim eam q̄ q̄uis exilis esset: attamen in puerperio fortis erat. Omnia demum per illusionem accipe.

Stesichorus. Nouendiale sacrificiū.

Ode. XVIII. Qualis superior. De Canidię responio.

Quid obseratis auribus fundis preces?
Non saxa nudis surdiora nauitis
Neptunus alto tundit hibernus salo.
Inultus vt tu riseris Cocytia
Vulgata sacrum liberi cupidinis?
Et Exquilini pontifex venefici,
Impune vt vrbem nomine impleris meo?
Quid proderit ditasse Pelignas anus:
Velocius ve miscuisse toxicum?
Sed tardiora fata te votis manent
Ingrata misero vita ducenda est in hoc
Nouis vt vsq; suppetas laboribus.
Optat quietem Pelopis infidus pater.
Egens benignę Tantalus semper dapis.
Optat Prometheus obligatus aliti.
Optat superno collocare Sysiphus
In monte saxum: sed vetant leges Iouis.
Voles modo altis desilire turribus,
Modo ense pectus Norico recludere.
Frustraq; vincla gutturi innectes tuo
Fastidiosa tristis ęgrimonia.
Vectabor humeris tunc ego inimicis eques,
Meęq; terra cedet insolentiæ.
An quę mouere cęreas imagines,
Vt ipse nosti curiosus: & polo
Deripere Lunam vocibus possim meis:
Possim crematos excitare mortuos.
Desideriq; temperare poculum,
Plorem artis in te nihil habentis exitum?

¶ Quid obseratis. Inducit Canidia superiorib⁹ sic rn̄des. Quid .i. ad qd o Horati fundis p̄ces aurib⁹ .s. meis: obseratis .i. occlusis tibi: Quia Neptunus hibernus .i. hiberno tempore maris fluctus non tundit .i. cōcutit alto salo .i. ꝓfundo mari: saxa surdiora .i. minus pia nauitis (datiuus est) nudis .i. eiectis aut ad scopu

ACR. POR.

Quid obseratis aurib⁹ fundis preces. vt Cur mea dicta negat duras dimittere in aures. Nō .s. n .s. nauitis Inducit Canidiā p̄cibus suis implacabiliter respōdentē. Dapis. huius dapis.

¶ Quid obseratis auribus fundis p̄ces. Facit Canidiam respondentem. Obseratis auribus. suis dicit Canidia, significās se preces eius nolle audire. Inultus vt tu riseris. videtur Canidia cōmisisse Horatio sacrificia sua quæ ille ridens diuulgauerit. Corcytia autē sacrum Cupidinis esse dicit: quia maleficia hæc quæ per inferna fiunt ad amorem pertinere vult intelligi. Et liberū cupidinem dixit q̄ quasi nulli obnoxius sit: & omnes amores laudat. sic denicq; & apud Virgil. dicitur. Nate patris summi qui tela Typhoea temnis. Cocytia sacra dicuntur: quæ inferis dijs a veneficis fiūt: inde fortasse q̄ Cocytus fluuius sit inferorum. Et Exquilini pontifex venefici. pontificem nunc quasi censorem ac iudicem dicit: quia pontifices de sacris iudicant. Exquilini autem merito: quia vt ostendit sæpe, extra portam Exquilinam: hoc est ibi in aggeribus religiones & sepulcra erāt: inter quæ noctibus illa malefica sacra conficiebat. Quid ꝓderit ditasse anus. fallit sēsus hic: q̄ si Canidia dicat se pelignas an⁹ donis ditasse, & veneficiorū suorū artes se docere sed subiecta repugnāt huic ītellectui. ergo sic poti⁹ īt elligēdū. qd tibi ꝓdes Horati adhibuisse tibi magnis mercedib⁹ pelignas an⁹: q̄ veneficijs meis te p̄ carmina liberarēt: Velocius. per qd' tibi Horati arcesseris. vt tormēta vitæ carminibus meis irrogata effugeres. Sed tardiora fata. tardius morieris q̄ optasti: Nouis. hoc est vt suppedites & quasi minister sis cruciatibus. Vectabor. quid est humeris vectabor: nisi forte subaudiendū extrinsecus iactantibus, aut quid tale. sic enim iactare humeros solent qui gloriantes incedunt. q̄ si ita est: inimicis eques iungendum erit: vt si diceret: equitabo sup̄ inimicos meos. Aut nunquid humeris inimicis: quod si ita est, inimicis vectabor intelligamus: quasi super inimicorum meorum humeros ero: ac sic vectabor atq; equitabo. Fastidiosa, vt te fastidiosę. scilicet & sunt ablatiui casus fastidiosa ægrimonia, Terra cędet insolentiæ.

hūc quasi nouæ potētiæ intelligendū. Cu. & po. choro stellatū. s. Desiderij. i. amoris potione cōficere. Ploré. sensus hic est. an q̄ difficiliora facere possum. i. cęreas imagines animare, & lunā cælo, & euocare Vmbras mortuorū ab inferis elicere: ac per hoc potione mentē amore incēdere: nihil in te potero artisq̨ meæ circa te impotentiam flebo?

Argumentum Odes. XVIII.

ANTO ¶ Hac Ode Canidia inducitur respōdere superiori: ait itaq̨ illa: nullo pacto velle Horatium soluere demētia cū ipse eius arcana manifestauerit: vrbēq̨ totā eius nomine impleuerit. Quid obseratis. Carmen est simile pręcedenti. Obseratis. obstructis: tectis: clausis. Hibernus. æstuosus. Inultus vt. sensus est: patiar ne vt tu inultus &c. Cocytia. inferna a Cocyto flumine. veneficia aūt infernis fiūt inuocatiōibus. Cōmisisseq̨ Horatio sua secreta sacra Canidia videtur tanq̄ pōtifici. Sacrum liberi cupidinis. appositio est, liberi cupidinis. i. amoris in liberum aliquem & ingenuum. Exquilini venefici. pro veneficij. in exquilijs autē sepulcra erant. hincibi venificia fiebant. Pontifex. tanq̄ pontifex & iudex ac censor sacrorum. pōtifices em̄ sacrorū curā habebāt. Impune. sup. quatiar. Pelignas anus. vt te scilicet hac dementia liberarent: quia quidē meis veneficijs cruciaris. de Pelignis vero in Odis leg. to. Velocius. id est qd' te velocius perimat nec Veneficijs meis diutius crucieris. Tardiora votis. tu enim perire

los impulsis. Inultus. i. patiar ne vt tu inultus riseris. i. deriseris facrum cupidinis liberi. i. a nullo subacti & cunctos subiungētis: appositione cocytia scilicet sacra, id est quę illi a nobis quasi deo fiunt: dum philtra conficimus: vulgata. i. diuulgata a te: vt & tu pōtifex. i. a nobis pōtificio donatus & arcanis eruditus: veneficij pro veneficij exquilini. i. qd' extra portā exqlinā fieri solet, impleris. i. impleueris impune. i. sine vindicta: vrbē meo nomine, id est infamia mea? Quid proderit te ditasse. s. donis tuis: anue. i. vetulas: pelignas. i. sabinas: & miscuisse toxicū. i. venenum velocius. i. præsentius & citius enecās q.d. nihil, sed fata manent. i. expectāt te tardiora votis. s. tuis. i. q̄ velis: vita ingrata ducenda est tibi misero: in hoc. i. ad hoc vt suppetas. i. suppedites & satis sis vsq̨: id est continue nouis laboribus. Tātalus infidus pater Pelopis, qui sacra deorū reuelauit: agens semper dapis benignę: quia impias dapes vt pote filium dijs apposuerat: optat. i. apud inferos, quieté. Et prometheus obligatus aliti. s. vulturi eius cor excedenti: optat collocare saxum in monte superno: sed leges Iouis: volentis quēlibet manere vt mortuus est: vetant. s. finire labores Tu voles modo, id est aliquādo desilire altis turribus: & voles recludere, id ē aperire modo, id est aliquādo: pectus. s. tuū: ense Norico. i. durissimi ferri aut falcato, & innectes tuo gutturi vincla, id est vincula: frustra. qa nō poteris strangulari: exitēs tristis ęgrimonia: id est molestia animi: fastidiosa. Ego inquit Canidia vectabor eques: humeris inimicis. i. super humeros tuos: & terra cedet insolentiæ, id ē petulantię meæ. An ego q̄ possum: vt ipse, id est tu curiosus: nosti mouere. i. facere vt quasi perse moueātur: imagines cæreas: & deripere lunam cælo vocibus. i. incantamētis meis: & possim excitare scilicet ad vitam: mortuos crematos: & temperare poculum desideri pro desiderij. i. amoris. plorem exitiū artis meæ nihil habentis. i. potentis in te: q.d. minime.

velles, nec potes. Suppetas. suppedites: opituleris. pelopis pater. de pelope: Tātalo: prometheo: Sysipho vide to in Odis. Norico. de Noricis & norico ferro late in Odis dictū est. Fastidiosa. Ordo est. Tunc ego tristis fastidiosa ægrimonia vectabor eqs inimicis humeris. i. tuis. Insolētiæ. importunitati. ipudētiæ: audaciæ, & magnę potētiæ. Mouere. moueri facere. Desideri. p desiderij. i. cupidinis & amoris. plorē artis. sensus e. Cū tot & tata vt dixi efficere valeam. plorabo ne in te meam artem nil posse: q.d. minime: sed te maxime cruciabo quocunq̨ modo.

¶ Acronis Grammatici Commentarij in Q. Horatij Flacci Carmen Seculare.



Hœbe syluarūq̨ potēs Diana. Secularis carminis duplex deuotio esse cōsueuerat. aut enim p sedanda: aut pro vitanda pestilētia: aut pro certo & cōstituto numero annorū centesimo. ii. decimo anno in capitolio a pueris & puelis i puberibus cantabatur. ideo autē tēpora numeraturus ab Apolline & Diana principiū sumpsit: quia ipsi. in honore solis habebātur & lunæ. vt Virg. Georg. carmē dictur sub aliorum vocabulis numinū ipsos inuocauit dicens. Vos o clariss. ma mundi Numina: labentē cęlo quę ducitis annū, Liber & alma ceres. O c.s. & c. colēdi in futurū. culti in p̄teritū. Dijs quibus septem placuere colles. Romam significat in septem collibus. At Virg. Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma: Septem quæ vna sibi muro circundedit arces. Alme sol Econtrario perpetuum solis lumen ostendit dando ei & præteritum & futurum tempus dum idem alius renascitur. Sicut. n. ortu suo diē: ita discessu noctem facit. possis nihil. v. r. m. Magnitudinem suam precatur vrbi Romæ seruari.

POR. Phœbe syluarūq̨ potens Diana. Hoc carmen seculare inscribitur. cum em̄ seculares ludos Augustus celebraret: secundum ritum priscæ religionis, a virginibus pueris q̨ prætextatis in capitolio cantatum est. Lucidum cæli decus. Hoc ad ambos refertur. ad phœbum: quando idē sol est: & Dianā: quia eadē luna est. Date quæ

Quinti Horatii Flacci Carmen Seculare.



Hœbe syluarūq̨ potēs Diana
Lucidum cæli decus, o colendi
Semper & culti, dateq̨ p̄camur
Tempore sacro,
Qd' Sibyllini monuere versus
Virgines lectas puerosq̨ castos
Diis quibus septē placuere colles
Dicere carmen.
Alme sol curru nitido diem qui.
Promis & cęlas: aliusq̨ & idem
Nasceris: possis nihil vrbe Roma
Visere maius.

Phœbe. Carmine hoc seculari prosequitur laudes Apollinis & Dianæ sororis eius, dicēs. O phœbe, id est o Apollo splendide: & o Diana potens syluarum: quia montium cultos & venatrix: appositorie lucidum decus, id est ornamentum cæli: sunt enim sol & luna. O colendi semper quia nunq̄ satis culti, & tamen semper culti, id est venerati, date, id est concedite quæ precamur: date inquam quod Sibyllini versus monuere: videlicet virgines lectas: id est electas: vt pote vtrunq̨ parentem habentes, & sine macula aut mancitate: & pueros castos: dicere tempore sacro, id est centesimodecimo quoq̨ anno cum seculares agendi sunt ludi, carmen vobis & cæteris dijs: quibus septem colles quos Romanus murus inclu dit: placuere: scilicet ad inhabitandum. O alme sol, qui promis: id est profers diem nitido curru: scilicet in vehendo ipsum in nostrum hemisphærium: & cælas, id est occulis: auferendo eū: & qui nasceris alius, id est quodammodo nouus: & tamen idē: tu nihil, id est non aliquid, non possis visere, id est visum

ire aut videre aliquid maius vrbe Roma. vnde patet eam summe placere.

præcamur Tēpore sacro. non tēpore prisco dicēdum est: sed tēpore quo prisca imitātur. Dijs quibus septem placuere colles. id est quibus Roma placuit: quę in septē collibus cōstituta est. Aliusq́ & idem κακόζηλον. nam quomodo potest quis & idem esse & alius? videtur ad illud retulisse, q̄ idem quidem sol semper sit: sed renouans diē alius esse videatur. Possis nihil vrbe Roma visere maius. & hic ex superiore audiendum, precamur

Commentariolus in Carmen Seculare per eundem Antonium Mancinellum.

Seculares ludi apud Romanos, inq̄t Pōpeius Festus, post cētū annos fiebāt: q̄a seculū in cētū annos extēdi existimabāt. Hora. autē hoc loco scribit ludos seculares fieri solitos anno cētesimodecimo. fiebātq́ ī cāpo Martio: vt tradit Zosim⁹ grece referēs Sibyllinos versus sup̄ his editos: in q̄bus cōtinet: vt anno cētesimodecimo ī cāpo Martio solēnia sacra fierēt & noctu & iterdiu. Parcis aūt furuę agnę mactarētur caprigenūq́ pec⁹: s. Piter & Dianæ: terrę vero scropha: Ioui tauri cādidi iterdiu: Iunoni nitida iuuenca. Apollini pæanas latini pueri patrimi & matrimi & puellæ patrimæ & matrimæ canebāt in tēplo. Nuptæ ad arā Iunonis orabāt. Accipiebāt februa viri & fœminę: p̄sertim fœminæ. Dehinc in tēplis fere oībus primitias portabāt. sic em̄ agēdo oīs Italiæ tellus Romano iugo Romanoq́ sceptro colla subdere nō recusaret. Hæc q̄dē in Sybillinis versib⁹ cōtinebātur. Addūt alij q̄ primo die princeps ipse & quindecimuiri mane capitoliū ascendebāt: ibiq́ sacra de more agitabāt: tū in theatris cōueniebāt ad ludos in honorē Apollinis & Dianæ faciēdos. Sequēti vero die nobiles matronæ cōueniebāt in capitoliū. Supplicabant deo: frequētabant lectisternia: canebant hymnos. Tertio deniq́ die in tēplo Apollinis palatini ter noueni pueri prætextati totidēq́ virgines patrimi oēs matrimiq́ gręca Romanaq́ voce carmina & pæanas concinebāt: quibus imperium suū & incolumitatē populi dijs immortalibus cōmendabāt. Ludi aūt celebrabātur oībus theatris oīm generū: & sacrificia tēplis oībus fiebāt noctu pariter atq́ interdiu. Sed vt scribit Trāquillus: secularib⁹ ludis Augustus iuuenes vtriusq́ sexus prohibuit vllū nocturnū spectaculū frequētare: nisi cū aliquo maiore natu p̄pinquorū. Phœbe syluarūq́ potens Diana. Ordo est. O Phœbe & Diana syluarū potēs: appositio: luci dū cæli decus &c. Colēdi. venerādi. Cleanthes: vt scribit Cice. de nat. de dixit mūdū esse deū. Varro etiam scribit. Terrā & cælum vt Samothracū initia docēt, esse deos magnos Qđ Sibyllini. placet vt qđ & quo legatur. Antiqui em̄ codices vtrūq́ habēt. Erit itaq́ ordo. quo. s. tēpore sacro Sibyllini versus monuere virgines &c. At si legeris qđ: dicitur, date virgines lectas & pueros castos dicere carmen dijs quibus septem placuere colles: Qđ Sibyllini monuere versus. & sic p̄ parēthesim hoc carmen legetur. Poteris etiā ita ordinare. Qđ. s. tēpus sacrū monuere sibyllini versus. deinde iterū repetatur: date virgines lectas & pueros castos dicere carmen Dijs &c. Sibyllini autē versus vt ostēdim⁹, iubebāt vt anno cētesimodecimo ī cāpo Martio solēnia sacra fierēt. Rite igit dices, qđ. s. tp̄s sacrū Sibyllini versus monuere. Lectas. electas. nā patrimæ & matrimæ eligebantur. Septē colles. vt Tarpeius: qui & capitolinus dicitur, & olim Saturnius. item Auētinus: Palatinus: Cælius: Exquilinus: Viminalis: & Quirinalis. Alius. videtur enim quum oritur mane quoq́ alius esse cum vesperi in occidēte latuerit: attamen est idem.

Seculares ludi

Colles Romani ACR.

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia tuere matres,
Siue tu Lucina probas vocari
Seu genitalis:
Diua producas sobolem: patrumque
Prosperes decreta super iugandis
Fœminis, prolisque nouę feraci
Lege marita.
Certus vndenos decies per annos
Orbis vt cantus referatque ludos
Ter die claro totiesque grata
Nocte frequentes.
Vosque veraces cecinisse Parcę
Quod semel dictum est, stabilisque rerum
Terminus seruet, bona iam peractis
Iungite fata.
Fertilis frugum pecorisq́ tellus
Spicea donet Cererem corona.
Nutriant fœtus, & aquæ salubres
Et Iouis aurę.
Condito mitis placidusq́ telo
Supplices audi pueros Apollo.
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas,
Roma si vestrum est opus, Ilięq́
Littus Hetruscum tenuere turmę.
Iussa pars mutare lares & vrbes
Sospite cursu,

¶ Aperire. ædificare. Lenis Ilithyia. Lenis, id est propitia. Ipsam em̄ Lucinam lunā & Dianam ostendit: quā mystico noīe sicut in sacris dicebatur. Ilithyiam noīauit. sic eā & Homerus vocauit. ipsa em̄ partubus mulierū putabatur fauere. Seu genitalis. Genitalē vocauit Dianam: quā & lunam intelligi voluit: q̄a vt calore solis animātur semina: ita lunę humore nutriūtur. penes ipsā eī & corporū omniū ratio esse dicit & potestas. Patrūq́ prosperes decreta. Nuptialibus inquit legibus faueas. Feraci lege. fœcūda: quę procreandorum liberorū causa promulgata est: quę lex Iulia dicitur. Certus vndenos decies per annos. decies vndenos annos cētū dixit per orbem circuli annalis peractos: pro quibus & carmē seculare dicebatur. Ludi enim seculares ternis diebus & noctibus agebantur pro cultu solis die, & nocte lunæ. Vosq́ veraces cecinisse. p. Quæ vera mortalib⁹ p̄dicant futura. Et vos ait p̄sperate sacrū carmē: qđ p̄ p̄petuitate īperij Rōani ex Sibyllę libris in celebritate ludorū cōstitutū est. vnde est. His ego nec metas rerū nec tēpora pono. Imperiū sine fine dedi. Stabilisq́. perpetuus & immutabilis. Iā per. p̄fectis reb⁹ vberiora fata iungite: quæ nihil habeant aduersitatis. Fertilis frugū pecorisq́ tellus spicea donet cererē corona. Laudat Italiam: & optat frugum vbertatē, & prosperā pecorū fœturā. Vnde & coronas offerri Cereri p̄ messiū fertilitate p̄mittit. Et aquę salubres: dulces: serenę, vt Tū tenues dare rursus aq̄s & pascere rursus. Et Iouis auræ. seren⁹ aer. vt Solis ad occasum cū frigid⁹ aera vesper tēperat. Cōditio mitis. p. q́. t. Mitē & placidum dicit Apollinē qui est sagittis armatus. Sic enim iratus. Actius hæc cernens arcū intēdebat Apollo. Siderū regina. ita p̄ puellis lunā: vt Apollinē pro pueris precatur. Ro-

ma si veſtrũ eſt opus. Si Romã inqt numina coli iuſſiſtis turmis iliacis, ſtatutis veſtris fauete: vt ſemper felix ſit. vt apud Virgil. Si tot reſponſa ſecuti, Quę ſuperi maneſq; dabãt. ſiue ꝓpter Iliam ſacerdotẽ Romuli matrẽ. Littus hetruſcũ. propter Euandrũ qui illic prior regnauit. Iuſſa. deorum reſpõſa. vt Augurijs agimur diuũ. & alibi. Mutandę ſedes. & Italiã Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes Soſpite curſu. ꝓpter nauigationẽ. vt Bellũ ingens geret Italia populoſq; feroces Cõtũdet: moreſq; viris & mœnia ponet. Cui per ardẽtẽ ſine fraude Troiã. aut vt Troia nõ ꝓditione videtur euerſa ſed fato: aut ſine fraude: ſine læſione. vt Biſtonidum ſine fraude crines. Caſtus ęneas. pro religioſo ſiue propitio poſuit: vt Hac caſti maneant in religione nepotes. Liberum muniuit iter. vt Flammam inter & hoſtes Expedior: dant tela locum flammæq; recedunt. Daturus. p. r. poſteris maiora daturus. da ſyllaba breuis ſemper eſt, præter in imperatiuo: vt Accipe daq; fidem. Remq; ꝓlẽq; & decus omne. imperium decorẽq; optat & populum: vt & populo imperium: & populus imperio Romano pręſtetur. Quiq; vos bobus veneratur albis. vt. Hinc albi Clitũne greges & maxima taurus Victima. per quam rem deuotionem Ro. vult intelligi religioſam. Lenis. mitis. vt Parcere ſubiectis. Clarus anchiſæ veneriſq; ſanguis. per æneam Romani accipiendi. Bellante prior. ſiue Auguſtũ priorẽ dicit ad arma aduerſum rebelles: & ſubiectis mitem: vt et Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. ſiue quia Romanis mos erat vt iuſtis cauſis bella ſuſciperent: & niſi per fœciales edicta belli cauſa minime pugnarent. Albanas ſecures. Romanos magiſtratus. Albanas dixit: vt albaniq; patres. Iam Scythę reſponſa petũt ſuperbi. i. pręcepta: quę eos auctor ſeruare iuberet. vt Hic mihi reſponſum primus dedit. & hoc in laudẽ Auguſti. Nuper & Indi. vt Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.

POR. ¶Rite maturos aperire partus. pro facilis ac propitia aperiundis partubus. oſtendit autẽ eãdem Lucinam & genitalẽ deam appellari. Diua producas ſobolem patrũq; proſperes decreta ſuper iugandis fœminis proliſq; nouę feraci lege marita. Implicata phraſis: q̃ ſic ordinanda eſt. Diua producas ſobolẽ prolis nouæ: patrũq; decreta proſperes: & ſup iugandis fœminis maritaq; lege feraci. Maritã autem legem pro maritali Plautina videtur auctoritate dixiſſe. ſimiliter enim & ille locut⁹ eſt: vbi ait ſenex. Pulchra ædepol dos pecunia eſt. Alter reſpondit. Quæ quidem non marita eſt. pro eo quod eſt quæ nõ maritalis eſt. Certus vndenos decies per annos orbis vt cantus referatq; ludos orbem nũc circulum temporum in ſe. ſ. redeuntium accipe. certum autem pro pleno atq; perfecto Senſus enim hic eſt. vt perfect⁹ orbis annorũ centũ & decem cantus referat & ludos. pro eo quod eſt homines certi temporis cãtus referant & ludos. Voſq; veraces ceciniſſe parcæ Qđ ſemel dictũ eſt, ſtabiliſq; rerũ termin⁹ ſeruet ſyllepſis eſt, ex verbo ẽm ſingularis numeri ſeruet, pluralis naſcit̃ ſeruẽt. Qđ dictũ eſt ſemel ſtabiliſq; rerũ ἐπιθετον eſt termini. Bona iã peractis iũgite fata peractis. i. præteritis fatis bona iũgite fata ac per hoc cõceſſum ordinẽ facite bonorum futurorũ. Nutriant fœtus & aquę ſalubres Et Iouis auræ. fœtus generaliter omniũ re-

Cui per ardentem ſine fraude Troiam
Caſtus Aeneas patrię ſuperſtes
Liberum muniuit iter daturus
Plura relictis.
Dij probos mores docili iuuentę:
Dij ſenectuti placidę quietem:
Romulæ genti date remq; prolemq;
Et decus omne.
Quiq; vos bobus veneratur albis
Clarus Anchiſę Veneriſq; ſanguis
Imperat bellante prior, iacentem
Lenis in hoſtem.
Iam mari terraq; manus potentes
Medus Albanaſq; timet ſecures,
Iam Scythę reſponſa petunt ſuperbi
Nuper & Indi.

¶Rite. Proſequitur hoc hymno preces in ludis ſecularibus canendas, dicens O Ilithyia. i. Diana placatrix. ab ἱλάσκομαι quod eſt placo: ſeu ἱλάσκω, quod eſt deos benignos facio. vnde additur hic: lenis. i. benigna placida & parata: aperire rite. i. decenter & tempeſtiue: partus maturos: ſiue o dea tu probas. i. approbas & vis vocari lucina ſeu genitalis. i. ad generationẽ faciens: tuere. i. protege: matres. i. prægnantes: & producas. ſ. ad ortum: ſobolem, id eſt nouam propagationem: & proſperes. i. proſpera facias decreta. i. conſtituta & placita patrum: ſuper. i. de: fœminis. i. filiabus: iugandis. i. matrimonio iungendis: & ſuper marita. i. vxore: feraci. i. fœcunda: lege. i. obſeruata lege Iulia contra adulteros: prolis nouæ. i. quæ ferat nouam prolem legitime hoc eſt ſine adulterij vitio: vt orbis certus. i. certa reuolutio aut circunitio temporis: per decies vndenos. i. per cẽtum & decẽ annos: referat. i. reducat Romę cantus, id eſt hymnos & ludos: ſcilicet ſeculares: frequentes: id eſt celebratos: ter die claro, id eſt feſtiuo & ſolenni: & toties, id eſt etiam ter: nocte grata. i. etiam feſtiua. Et vos parcæ. i. deæ fatales: veraces ceciniſſe. i. in eo quod ceciniſtis & conſtituiſtis: iungite fata bona. ſ. futura: fatis ſub iam peractis: & terminus. i. exitus rerum: ſtabilis: ſeruet quod ſemel dictum eſt. i. conſeruate quod per Sibyllam dixiſtis: non perituram Romam dum hi ludi celebrentur. Tellus fertilis frugum & pecoris donet. i. muneret: Cererem. ſ. inuentricem frugum: corona ſpicea. i. ex ſpicis conſerta: & aquæ & auræ Iouis. i. venti ſalubres. i. ſalutares: nutriãt fœtus. Et o Apollo audi mitis & placidus, & hoc telo, id eſt ſagittis tuis quibus iratus peſtilentiam infers: conditio. i. incluſo in pharetra: pueros ſupplices. i. ſupplicantes: & o Luna regina ſiderum: quia noctu inter ſidera regnas: bicornis, id eſt habens dum nouilunium eſt, bina cornua: audi puellas ſupplices Audi inquam: ſi vt dicunt pro quia: Roma eſt veſtrum opus. i. vobis auſpicibus conſtituta: & ſi turmæ Iliæ. i. Troianæ tenuere littus hetruſcum, id eſt venerunt per mare tyrrhenum in Italiam (de quibus Iuno æneid. i. Gens inimica mihi tyrrhenum nauigat æquor) appoſitoriе pars. ſ. Teucrorum iuſſa. ſ. a dijs mutare lares. i. domos & penates: & vrbes curſu ſoſpite. i. proſpero & incolumi. Cui. ſ. parti iuſſæ. æneas caſt⁹. i. impollutus a dolo & proditione, ſuperſtes patriæ. i. ſuperſtans deorum voluntate dum patria ceciderat: muniuit iter liberum. i. fecit ſibi viam liberam per Troiam ardentem ſine fraude. ſ. ſua hoc eſt ipſius æneæ: daturus. i. conſeruatus vt ſtaret comitib⁹ & dijs quos ſecum auexit, plura relictis. i. q̃ reliquerant: quia melior eſt Roma q̃ Troia. Odij date iuuentę docili. i. capaci doctrinæ mores probos. i. approbandos: & date ſenectuti. i. ſenio confectæ turbę: placidæ. i. tranquillam vitam & pacem amãti: quietem: & date genti Romulæ. i. progeniem: & omne decus. Legẽdum eſt remq; prolẽq; propter carmẽ. Et clarus ſanguis anchiſæ & veneris. i. Iulia domus: qui veneratur vos. ſ. dum triumphat, vt Iulius prius & nunc Auguſt. bobus albis. i. candidis, imperet prior. i. præſtantior melior ac potentior, bellante ſi fortæ quis rebellet, exiſtens lenis. i. mitis in hoſtem iacẽ

tem.i.fatentem se victum. Medus, id est parthus timet iam manus & secures albanas.i.Romanas: potentes terra & mari: & Scythæ & Indi superbi nuper, id est paulo ante petunt nũc responsa.i.oracula parti suæ timentes.

rũ accipe & animaliũ quæ ad vtilitatem nostrã pertinent Salubres autẽ nõ tantũ quæ etiam aurę intelligendũ. Condito mitis placidusq; telo supplices audi pueros Apollo. hic sensus secundũ eorũ opinionẽ cõceptus est qui Apollinem pestilentem deum putant esse. Porro autem quidam Dij ideo placantur. vt prosint: quidam ne obsint: secundum ꝙ de Apolline dicitur. Condito mitis placidusq; telo supplices audi pueros Apollo. ne noceat.s. Videtur autem Home. sic & de illo sensisse cum ait. τον δεκλυε φοιβοσ απολλων βη δε κατ ουλυμποιο. per quod significat ab eo pestem græcis immitti & planctus. Plaut⁹ in mercatore fabula idẽ sentit cũ inducit matremfamilias precari Apollinẽ nato suo vt parcat. Siderũ regina bicornis. poeticum est dicere lunam siderum reginã. ꝙ clarior inter astra videatur. Roma si vestrum est: quare Romã op⁹ Apollinis & Dianę dicat nondum video, nisi forte ex lectione Virgiliana hoc cepit: vbi dicitur frequenter, Apollinis oraculis instructũ Aeneam Italiã petijsse, ad quẽ intellectũ & ipse nos adduxit poeta in ferendo. Iussa pars mutare lares & vrbẽ. Sine dubio enim oraculo iussa intelligit. pars iussa autẽ ad illud refertur ꝙ nõ oẽs Ilienses cũ Aenea fuerint: sed pars eorũ al.bi. Cui per ardentẽ sine fraude Troiam. cũ vtiq; fraude græcorum incensa Troia sit: sed sine sua fraude. Castus Aeneas patriæ supstes. qđ ideo videtur dictum quia a quorũdam opinione infamatus Aeneas est crimine proditionis. Daturus plura relictis.s. suis Troianis quos secũ in Italiam adduxit daturus plura ꝙ̃ in patria amissa reliquerant. Relictis ergo a nominatiuo plurali venit generis neutri quod est relicta Quiq; vos bobus veneratur albis clarus Anchise Venerisq; sanguis. hoc ad Cæsarem Augustum pertinet. quia Iulia gens ab Iulo & per hoc Venere & Anchise descẽdisse existimatur. Bellante prior.i. Lenis in hosten. & Virgil. Parcere subiectis & debellare superbos. Iam mari terraq; manus potentis subaudiendum vtiq; est Romanum. Iam Scythę responsa petunt.i. expectant præcepta Romanorũ: per quod subiectos esse imperio Romanorum intelligi vult.

❡ Rite maturos: Ordo est. O Ilithya lenis rite aperire maturos partus tuere matres. Postea vero talis erit alter ordo. O diua siue tu ꝓbas vocari Lucina seu genitalis ꝓducas sobolẽ &c. Lenis. facilis, mitis, ꝓpitia. Aperire part⁹ De Lucina & Diana partub⁹ fauẽtib⁹ & in Odis & ĩ Epodis late dictũ est. Ilithya. hoc noĩe Diana appellabat parturiẽtib⁹ præposita. vnde & Naso lib. ix. met. introducit Almenã iole ili vxori ita loquẽtẽ Faueant tibi numina saltẽ Corripiantq; moras: tũc quũ matura vocabis Pręposirã timidis parientib⁹ Ilithyiã Quã mihi difficilẽ Iunonis gratia fecit. Seu genitalis. Solis & lunæ natura ad omniũ generatiõnẽ plurimũ cõfert. Solem ĩ igneus ac spiritalis existit. Luna vero humida ac frigida. Aer vtriq; cõmunis, ab eis itaq; generari atq; nutriri corpora oĩa, rerũq; singula a sole & luna perfici dicũt. auctor est in ijs Diodo. li.i. Decreta patrũ. nuptiales leges itelligit. Iugãdis. matrimonio cõiungẽdis. Est aũt ordo. sup iugandis fœminis & sup marita lege feraci nouæ prolis. De lege aũt Iulia hic intelligit. De qua latius diximus in Iuuenalẽ satyra secũda ibi. Vbi nunc lex Iulia dormis. Cert⁹ vndenos: Ordo est: vt certus orbis ꝑ annos decies vndenos ter die claro & totiens grata nocte referat cãtus & ludos frequẽtes. Vosq; veraces. Ordo est. Et vos parcę veraces cecinisse, iũgite bona fata iã pactis: & termin⁹ rerũ stabilis seruet qđ semel dictũ est. Cõdito telo. ĩ Odis dictũ est de arcu & sagittis quas in manu sinistra tenet Apollo. Si. pro siqdẽ. Vestiũ opus. Nã Apollinis cõsilio ĩ Italiã venit Aeneas vrbis Romę auctor. Quũ eĩ apud Delõ ĩ Apollinis tẽplo dixisset Aeneas. Da ꝓpriã Tymbreę domũ da mœnia fessis: Et genus & mãsurã vrbẽ: serua altera Troię Pergama, relliquias danaũ atq; immitis Achilli. Quẽ seqmur: quo ve ire iubes: vbi ponere sedes: Da pater auguriũ: atq; animis illabere nostris. Respõdit Apollo. Dardanidæ duri quæ vos a stirpe parentũ Prima tulit tellus. eadẽ vos vbere læto Accipiet reduces: antiquã exquirite matrẽ. Hic domus Aene cunctis dñabitur oris. Et nati natorũ & qui nascẽtur ab illis. Nec Foebus &c. Ea cuncta habẽtur libr. iij. æne. apud maronẽ: vbi etiam penates dormienti Aeneæ. Appollinis iussu dixerũt. Corytũ terrasq; requiras Ausonias &c. Iussa pars appositio est. Iussa aũt diuũ oraculis. Vñ li. iij. æne. ait. Aenas diuersa exilia & desertas ꝗrere terras Augurijs agimur diuũ. Cui. se parati Traianorũ. Est aũt ordo: cui castus Aeneas patrie supstes daturus plura relictis muniuit iter liberũ per Troiã ardentẽ sine frude: scilicet ipsius Aenee. Dicẽdo aũt sine fraude, ostendit Aeneam non fuisse ꝓditorem vt aliqui scripserãt. & hoc in Augusti laudem. Plura relictis plura illis que apud Troiã reliqrat. Romulę genti. pro Romuleę. Quiq; vos. qui legẽdũ est: nõ quæ. de Augusto enim intelligit, nam de ipsa gẽte Romulea iã dixerat. Codices attamẽ aliqui antiqui etiam que habent. Q; autem queq; vos legẽdum minime sit ostendit secundũq; coniunctio: nam superabundaret in ordine, qui talis esset: & que sup. Romulea gens: appositio clarus sanguis &c. Legas igit Quiq; vos &c. Imperet bellãte. Ordo ẽ: potior bellãte.i. potior ac melior agente bella imperet lenis.i. mitis in hostem iacẽtẽ.i. euictum Vigil. lib. vi. Tu regere imperio populos Romane memento: Parcere subiectis. & debellare supbos. Medus. Parthus etiam intelligitur de quibus late superius. Albanas.i. Romanas.i. Roma enim ex Albanis originem habuit. Scythæ & Indi. De ijs etiam in Odis, hec autẽ ostendunt etiã. Quiq; vos legẽdum esse: vt de Augusto intelligatur.

Iam fides & pax & honor puporq;
Priscus, & neglecta redire virtus
Audet, apparetq; beata pleno
Copia cornu.
Augur & fulgente decorus arcu
Phœbus, acceptusque nouem camœnis.
Qui salutari leuat arte fessos
Corporis artus
Si palatinas videt ęquus arces:
Remque Romanam. Latiumque felix.
Alterum in lustrum meliusque semper
Proroget ęuum.

❡ Iam fides et pax & honor pudorq;: armis pacem: & honorẽ: pudorẽq; Romanos dicit quæsisse: & repata virtute supetiori tẽpore neglecta redijsse fortunã. ipa eĩ est quæ copiam beato.i. diuite cornu diffundit. Audet re. properat. nil iã dubitat. vt Virg. Magn⁹ ab integro seclorũ nascitur ordo. Augur & fulgẽte decorus arcu ꝓpter Auguriũ, & sagittarũ vsum, atq; musicã. Virg. Augurium cytharamq; dedit celerisq; sagittas. Accept⁹ nouẽ camœnis. dilect⁹. quia sibi cõsecrateæ sunt musæ Qui salutari leuat arte fessos. ipe eĩ est de⁹ medicine. Leuat medicinali peritia. Si Palatinas videt equus arces. ꝓpicius. vt Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. Alterũ in lustrũ. vt sequentem annũ semp meliorem exhibeat. Proroget dilatet: differat. & est tẽpus pro tẽpore, prorogabit. Queq; Auẽtinũ. Sẽsus est, & si Diana quæ

POR.

Auentinũ tenet & Algidũ quindecimuiro-rũ preces curat,& votis puerorũ aures applicat,in alterũ lustrum æuũ proroget. Algidũq;.locus est vel mons appellatus ab assiduo frigore.Quindecim Diana preces virorũ.in tẽplo enĩ Dianę deputati erãt.xv.viri tã ad respõsa captanda q̃ ad sacrificia offerenda. Amicas.propitias.Hæc Iouẽ sentire deosq; cunctos.Finis sacri carminis hoc habebat:vt ĩ hæc verba deuotio solueret:quãdo diceret sentire Iouẽ vota & deos cũctos ad oĩa etiã numina precationẽ carminis peruenisse:auditos spe se certa domũ reuerti.

POR. ¶Et neglecta redire virt⁹ audet.neglecta superiore tẽpore,nũc.i.temporibus Augusti. Apparetq; beata pleno copia cornu.quasi corporalẽ deam hic accipe Copiam:vtiq; rerũ omnĩũ abundantiam.Si Palatinas vides æquus arces.apparet iam eo tẽpore ab Augusto dedicatum fuisse in palatio Apollinis templum:cuius & Virg.sic meminit.Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi Dona recognoscit populorum. Alterũ in lustrum meliusq; semper proroget æuũ. Sensus est. si acceptas aras habet Apollo:quę in palatio dedicatæ sunt:si propitius Romanos aspicit melius seculũ tribuat futurũ.Quęq; Auentinũ tenet Algidũq; q̃ndecim Diana preces virorũ curet & votis puerorũ amicas applicet aures.hic quoq; ex superiore sensu per zeugma si particula arcessenda est: vt sit:si quindecimuirorũ preces Diana curat: & si amicas aures applicat puerorum votis(& quæ ex superiore ad Dianam pertinebit)alterũ ĩ lustrũ meliusq; semper proroget æuũ Hæc Iouem sentire deosq; cunctos, Spem bonam certamq; domum reporto: doctus & Phœbi Chorus& Dianæ.dicere laudes. Phœbi & Dianæ.

Quęq; Auentinum tenet Algidumq;
Quindecim Diana preces virorum
Curet:& votis puerorum amicas
Applicet aures
Hæc Iouem sentire deosq; cunctos
Spem bonam certamq; domum reporto,
Doctus & Phœbi chorus & Dianę
Dicere laudes.

¶Iam fides.Ordo est.Fides & pax & honor & pudor prisc⁹ id est prioris seculi:& virtus neglecta.s. multũ tẽporis, audet iã redire:& copia beata apparet sup.cũ cornu pleno.s. omnis boni.Et Phœbus augur.i.diuinãdi peritus,quia sol oĩa videt: & decorus arcu fulgente:quia arcitenens a Marone,& longe iaciens ab Homero dicitur:& acceptus.i.gratus nouẽ camœnis.i musis:quia In medio residens complectitur omnia phœbus:est enim medius planetarũ sol.qui leuat arte salutari.i.medicinali:vnde ipse apud Ouidium lib.i.met. Inuẽtum medicina meũ est:opifexq; per orbem Dicor:&hęrbarũ subiecta potentia nobis. A sole enim virtutem accipiunt hęrbę.artus corporis fessos.i.ęgros:si videt æqu⁹.i.benigno aspectu:arces palatinas:quas illic Augustus ei consecrat:& rem Romanã.i.imperium:& latiũ felix:proroget.i.extendat æuum.i.vitæ durationem:in.i.vsq; ad alterũ,id est proximum:lustrum.i.seculũ, magnum lustrum condatur:& proroget semper melius.i. prosperius & probius.Aut sic.Si videt æqu⁹ arces, Palatinas proroget rem Romanam & latium felix in alterum lustrum & in æuum semper melius.Et si sup.Diana quæ tenet Auẽtinũ & Algidum,vbi ædem habet: videtæqua Palatinas arces:curet p̃ces quindecimuirorũ:qui ludis secularib⁹ præsunt:& applicet aures amicas.i.fauorabiles votis puerorũ.Ego inquit poeta:reporto domũ.s.ex æde sacra:bonã & certã spem:quasi responsum acceperit a spiritu:Iouẽ & deos cũctos sentire hęc.s. quę p̃catus est:& chorus.s.puerorũ & puellarũ:doct⁹ sup.ẽ per hoc carmẽ:dicere.i.decãtare laudes Phœbi & Dianę.q.d. poeta,optatũ se consecutũ finem:quẽ qui & nobis deus optimus maximus cõcessit,sit benedictus in seculorũ secula.Amẽ

ANTO ¶Iam fides.Post bella confecta quid egerit August⁹,& in Odis,& in Epodis dictũ est. Copia cornu.de Cornu copię in Odis legito. Augur Phœbus.quare Augur,& cũ arcu,late in Odis.sic etiã

Apollo Palatin⁹. de camœnis.Salutari arte.Apollini medendi potestas attribuitur:quia temperatus solis calor morborũ oĩm fuga est.auctor Mac.lib.i.sat.Palatinas ar.Augu.enĩ Apollinis tẽplum in ea parte Palatinæ domus excitauit:quam fulmine ictam desiderari a deo aruspices pronunciarant.Addita porticus cum Bibliotheca latina

Lustrũ. græcaq;:quo loco iam senior sæpe etiã senatũ habuit.auctor est Tranquillus.Latiũq; felix.Ordo est.& felix videt latiũ Alterũ in lu.lustrum pro seculo posuit.nec sine causa lustrũ ait:quoniã lustrum quinquẽniũ dicebatur,q; post quinquẽnium vnaquæq; ciuitas lustrabatur.hinc hoc loco Lustrũ appellat ludos seculares,quia tunc & ciuitas & omnes fere lustrabantur.Quæq; Auen.ibi enim Dianæ templũ erat.sed in cæteris Dianæ templis ceruorum cornua affigebãtur:in Auentino boũ suspẽdere cõsueuerũt.Quid ita,lege plutarchi ꝓblemata.itẽ de tẽplo Dianę latius lib.iiij.Diony.Algidũ.de hoc in Odis.Quindecim virorũ.ii.n.ludis secularibus p̃erant.Hæc Iouẽ sentire.i.audire quindecim virorũ preces & puerorum vota.vel sentire.i. velle hæc.i.vt Diana curet quindecim virorum preces & puerorũ vota.Hæc Io.sen.Ordo est:Iouẽ deosq; cunctos sentire hæc reporto domũ spem bonã & certam.Et cho.i.puerorum puellarũq; cœtus ad sacra collectus.Doctus.per hoc.s.carmen dicere laudes Phœbi & Dianæ:reportat domũ spem bonam & certam.

Iodocus Badius Ascensius Carolo ab Villa noua:Antonio a Porta, Clementi Mulato, Antonio Toledoni,Iacobo Phenolo.cęterisq; e Lugdunensi pube bonarum literarum studiosis Salu.

ADhortatus sum vos adulescẽtes optimi sępenumero ante hac ad virtutis literarũq; cultorũ studia: vt ad quę vos & vrbis & pręceptoris vestri auctoritas inuitet.Nũc vero ornatissimi archipræsulis nostri Francisci de Rohan illustre ad omnẽ virtutem probitateq; exemplar & speculũ: ad sui imitationẽ vos pene cõpellit.Turpe siquidẽ ac dedecorosum foret sub tam vigilanti pastore gregẽ dormitare:qđ ne faciatis artem hãc poeticam rursus elucidaui,& (vt dicunt) regulis prosaicis auxi. Valete & proficite.Rursum ex ædibus nostris apud parrisios ad cal.Octob.anni M.D.XI.

Iodoci Badij Ascensij in Artem Poeticam Horatianã familiaris interpretatio adiectis fere singulis locis regulis addiscentibus admodum commodis.

HVmano capiti &c.Ad operis huius expositionẽ iuxta Seruianũ præceptũ sex per ordinẽ annotare cõsueuimus.poetæ vitã.Titulũ operis.Qualitatẽ carminis.Scribentis intẽtionem.Numerũ librorũ & explanationẽ.Verũ q̃a poetę vita in principio Carminũ explanata est,nũc eã frustra repetiueri

mus. Titulus autem operis est. Quinti Horatij Flacci ad Pisones de Arte Poetica institutio. Pro quo intelligendo audiamus Diomedem. Poetica inquit est fictæ veræq; narrationis congruenti rhythmo vel pede cõposita metrica structura ad vtilitatem voluptatemq; accommodata. Distat autẽ Poetice a poemate & Poesi: q; Poeticæ ars ipsa intelligitur. Poema autem pars operis. Poesis contextus & corpus totius operis effecti. vt Ilias, Odyssea: Aeneis. Poematis genera sunt tria. Aut enim actiuum est: aut imitatiuum: quod græci δραματικον. i. dramaticon, vel μιμητικον. i. mimeticon vocant. Aut enarratiuum vel enunciatiuum: quod greci ἐξηγητικον. i. exegeticon, vel ἀπολογητικὸν apologeticon dicunt. Aut cõmune vel mixtũ, quod græci κοινον cœnon, vel μικτον appellant. Dramaticon vel actiuum est in quo personæ agunt solæ sine vlla poetæ iterlocutione, vt se habent tragicæ: vel comicæ fabulæ, & quædam bucolicæ apud Virgilium: vt Tytire tu patulę. Dic mihi Damæta, & Quo te Mœri pedes. Dramatici autẽ poematos genera sunt quattuor apud Græcos. tragica, comica, satyrica: mimica. Apud Romanos prætexata, tabernaria, attellana, planipes. Exegeticon vel enarratiuum, est in quo poeta ipse loquitur sine personę vllius interlocutione vt se habẽt tres libri Georgicæ, apud Virgilium. Et prima pars quarti. Item carmina Lucretiana. Huius autem species sunt tres: angeltice: historice: didascalice. Angeltice est qua sententię scribuntur, vt est Theognidis liber. Historice qua narrationes & genealogię componuntur: vt Hesiodi Theogonia. Didascalice est qua comprehenditur philosophia, vt libri Varronis, Empedoclis: Lucretij. Item astrologia, vt Arati & Ciceronis. Cœnon vel commune est in quo poeta ipse loquitur, & personæ loquentes introducuntur, vt est scripta Ilias & Odissea tota Homeri, & Aeneis Virgilij. Huius species sunt duæ. Prima heroica, vt Ilias: Aeneis. Secunda Lyrica, vt Archilochi & Horatij. Item nunc quoque elegia: vt Ouidij Fasti. de quibus omnibus suo loco latius differemus.

Titulus operis. Poeticæ. Poema. Poesis. Poematũ genera.

Pro descriptione poeticæ subnotandum est triplicem esse materiam scribentium: triplicẽ stilum, triplex potissimum decorum, triplicem qualitatem, triplicem finem, & his similia. Materia quidem Triplex est: quæ his nominibus significatur: argumentum: fabula, historia, de quibus omnibus latius dicemus ibi, Sumite materiam vestris qui scribitis æquam Viribus. vbi & cætera quæ hic tacta sunt paucis explicabuntur. Qualitas carminis a numero pedum est hexametra, ab argumento didascalica seu doctrinalis, a stilo mediocris. Scribentis intentio est Pisones cæterosque Romanos in artem poeticam instituere: vt docte scribant, & scripta castigent. doluit enim poetæ artem tam diuinam & tam paucissimis datam a tot imperitis tam impudenter vsurpari, Græcos præterea propter exactam in castigando diligentiam Romanis præferri. Quanti autem sit poetica ars, & nomen poetæ: per indicem inuenies. Numerus librorum hic non quæritur. vnus enim nec sane magnus, sed vnionum dignitate æstimandus. habet enim commoditatem q̃ maximam: & delicias plurimas. Nam doctrinam optimam salibus suis sic condijt vt & nutriat & delectet commode. Sunt qui in quinq; particulas diuidant. In quarum prima inquiunt: poeta vitia extirpat. In secunda verbi decorum instituit. In tertia rerum qualitatem & personarum decora & discrimina: item poematos genera & inuentores demonstrat. In quarta actores: formã agendi: & quomodo cõsummata fuit: docet. Et in quinta ad diligentem castigationem cohortatur. Prima est in principio. Secũda incipit ibi, Sumite materiã. Tertia ibi, Res gestæ regũq; &c. Quarta ibi, Tibia nõ vt nũc. Quinta ibi. Nil intẽtatum nostri liquere poetę. quas quidẽ particulas licet non omnino impermixte, ex ordine tamẽ persequitur poeta. His prænotatis veniamus ad exemplationem.

Materia triplex. Qualitas Carminis. Scribẽtis intentios

Q. Horatij Flacci Ars Poetica ad Pisones.

Humano capiti ceruicẽ pictor equinam
Iungere si velit: & varias inducere plumas
Vndiq; collatis membris: vt turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne,
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite Pisones isti tabulæ fore librum
Persimilem: cuius velut ęgri somnia vanę
Finguntur species, vt nec pes nec caput vni
Reddatur formę. Pictoribus atq; poetis
Quidlibet audendi semper fuit ęqua potestas.
Scimus, & hanc veniam petimusque damusq; vicissim,
Sed non vt placidis coeant immitia: non vt
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.

ACR.

Humano capiti. De inequalitate operis loquitur, & dat præceptum scribendi poema. & prius pręceptũ est de dispositione & conuenientia carminis. Scribit autẽ ad Pisones viros nobiles & disertos ad patrem & filium. vel vt alij dicunt, ad fratres. Capiti autem comparat poema: quod sine œconomia fit picturæ eiusmodi simile: quæ habeat ceruicem equinam & diuersorum animalium membra & pennas: quæ persona desinat in piscem. Et varias idũcere plumas. imponere plumas varijs coloribus natura floridas, vel varios diuersarum auium colores. Vndique. ex diuersis. s. animalibus. Collatis m. coniunctis ad superiorem & descriptam formam, vt habeat humanum caput & collum equi & caudam piscis. & multũ pręcipit cõuenientiã poetã seruare debere. Atrũ. fœdũ. magnũ. Desinat. finiat. In piscem. hoc ẽ ĩ marinã bęluam. i. pistricẽ. For. su. vt facie sit formosa mulier: inferius autẽ monstris varijs deputetur. Superne. superiore parte: vultu & ceruice. Spectatũ admissi risũ teneatis amici? Si fueritis admissi ad spectaculũ o Pisones: nõne risum poteritis tenere? Vel spectatum admissi id est quasi ad spectandum missi. & est sensus: si admissi fueritis introire ad spectandum tale animal pictũ: poteritis risum tenere o Pisones? Cuius velut ægri somnia vanę Finguntur species. Qui non habet ordinem: eius ita vanæ sunt species quemadmodum ægrotantium somnia: quæ videntur habere imagines varias. Pes finis Caput. principiũ. Vni reddatur formæ vni corpori. vt neque finis neque principium conueniat. Aequa. p. æqualis. quasi per obiectionem. ita vt alter responderit. Est inquit potestas, sed non vsqueadeo vt iniqua fingantur. Scimus. hoc ita esse. Et hanc veniam petimusque damusque vicissim. Sicut nos licentiam concedimus alijs scribere: ita nobis petimus licere. petimus quasi poetæ: damus quasi critici. Sed non vt placidis. ita debemus habere licentiam scribendi: & sic debent esse artificiosa poemata, vt non mitia adiungantur asperis immoderate. Geminentur. iungantur.

Quinti Horatij Flacci

POR. HVmano capiti. hunc librū qui inscribitur de arte Poetica, ad. L. Pisonē, qui postea vrbis custos fuit, misit. Nam & ipse Piso poeta fuit: & studiorū liberaliū antistes. In quē librū congessit præcepta Neptolomi de Arte Poetica, non quidē omnia, sed eminentissima. Primū præceptū est περὶ τῆς ἀκολουθίας: Nam vt pictor si humano capiti equi dederit ceruicē: eāq; voluerit decorare pennis: & inferiorem partem mēbrorū exprimere piscis effigie: superiorem vero mulieris exornare specie: videbitur q valde cōtra naturā oīa faciat: ita poetices ornatus causa si plus q̄ exigit materia aliquid institutum ornetur, contēni. Risum teneatis amici. percōtantis est hæc vox: & præcipientis vtiq; rideri oportere. Pictoribus atq; poetis Quidlibet audendi semp fuit æqua potestas. Sequēs pceptū est: oēs quidem poetas potestatem habere fingendi: ita vt aliquid faciant: non vt velint cum auibus serpentes: vel cum agnis tigres iungere.

ASCen. HVmano &c. In hac prima itaq; parte poeta imitatus solertem & non ignauum agricolam prius nociuas hærbas. i. vitia & errores euellet: q̄ sementē vtilē. i. bone cōpositionis artē inserat. Et ab eo vitio auspicatur in quo primus & ob id plurimus error contingere solet. Modicus enim error in principio (vt philosophi verbū est) maximus fit in fine. Auspicatur inquā a Soræsmo. i. mala accumulatione seu aggregatione. σωρὸς ēm hoc est foros: dicitur cumulus seu aceruus. vel a Koinismo. i. vitiosa cōmunicatione seu cōmixtione sermonis. κοινὸς ēm hoc est Koinos dicitur cōmunis, sed quod græce kinos profertur: latine cœnos dicitur: quia pro οι diphthongo græci i, nos e pferimus. Vnde epicœnū sub cōmune, & cœnobita cui est cōmunis vita. Sed vt quo occepi pergam: maximus ornatus rei est vt sit vniformis: seruata scilicet symmetria. i. commēsuratione. Ob idē totū vniuersum opus dei mundū. i. ornatum appellamus: q cum singulæ eius partes bonæ sint, totum tñ longe melius est. qđ spiritussanctus nobis per Mosen indicauit Genesis primo, vbi de singulis dicit. Et vidit deus q esset bonum. de vniuerso autē. Viditq; deus cuncta q̄ fecerat & erant valde bona. Vbi signāter valde additur: quia cum singula essent bona: vniuersa erant valde bona. Cōpositurus itaq; carmen debet in morem architecti totā materiā suam animo metiri vt bonā œconomiam. i. domus seu ædificij hoc est structuræ totius regulā ac dispositionē ad amussim seruet. Cui Menāder ille comicus tm̄ cōcessit, vt ea habita atq; animo cōcepta: comœdiā absoluisse se gloriaretur. Ea ēm bene præconcepta nisi imperitus fuerit artifex: facile dictum vitium vitauerit. De quo Marcus Fabius Quintilianus libro octauo capitulo de ornatu sic loquitur. Soræsmos (siue vt alij legunt Koinismos) appellat quædā mixta ex varia ratione linguarū oratio: vt si atticis dorica, ionica, æolica etiam dicta cōfundas. Cui simile vitiū ē apud nos: siquis sublimia humilibus: vetera nouis: poetica vulgaribus misceat. Id enim tale est monstrū, quale Horatius in prima parte libri de arte poetica fingit, Humano capiti &c. Dicit autem poeta ad Pisones sic. Si pictor velit iungere. i. annectere capiti humano. i. virgineo & muliebri: ceruicē equinam. i. oblongam: cuiusmodi habet & equus, & inducere varias plumas: id est partes plumarum auium: mēbris collatis. i. cōpositis & cōgestis: vndiq;. i. ex quacūq; parte animalis: ita sup. vt mulier formosa superne. i. a parte superiore vt pote a facie desinat. i. terminetur turpiter. i. sine cōmensuratione, in piscem atrum. i. difformē vtpote pistricē, vos admissi. i. intromissi spectatum. i. ad spectandum: O amici Pisones, teneatis: id est possitis ne cōtinere risum? quasi dicat: scio q minime. Et si inquit o Pisones nō possitis videre talem tabulam quin rideatis. neq; poema non seruato decoro atq; œconomia sine risu cōtueri poteritis, quia Pisones credite librum fore. i. futurū esse persimilem isti. s. vili tabulæ, id est picturæ. cuius sup. libri species vanæ: id est inutiles & ridiculosæ: finguntur. i. componūtur velut: id est tanq̄ somnia. i. insomnia & phantasmata: ægri. i. hominis ægrotantis & debilitate cerebri laborantis: ita vt nec pes. i. finis si a summo incipias, nec caput, id est principiū, reddatur vni formæ: id est vni compositioni vnius qualitatis. Dein facit obiectionē dicens. Pictoribus atq; poetis. Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Cuius Ordo est: ac si dicant Pisones: Horati, vetus est aduerbiū: q æqua, id est æqualis potestas audendi sup. pingere & fingere, vel vt alij legunt addendi quidlibet, id est quālibet rem: fuit semper pictoribus atq; poetis: id est pictores & poetæ habuerunt semper potestatem pingendi & fingendi quicquid vellent. Qui ergo vitio datur si pro libito operantur? Respondet poeta. Scimus sup. hanc potestatē fuisse semper pictoribus atq; poetis: & nos poetæ petimus. i. precamur quando quid scribere volumus, hanc veniam. i. hanc concessionem & damus vicissim. i. quasi per vices & mutuo. s. alijs petentibus. q. d. & nos quando aliquid cōponimus ex libito fingimus: & ex libito fingentibus ignoscimus si modo nos legem seruemus, & illi legem seruent. Sed non ita vt immitia. i. fera & crudelia, coeant. i. connectantur: placidis. i. lenibus & mitibus rebus, non etiam sic vt serpentes. i. res humiles & humi reptantes: geminentur. i. multiplicentur, auibus. i. rebus sublimibus: nec sic vt agni. i. res pacificæ & imbelles: geminētur tigribus. i. rebus ferocibus & rapacibus. q. d. licitum quidem est pictori pingere & poetæ fingere, dummodo in ipsa pictura & figura nihil sit repugnans aut a natura abhorrens: quia nihil aut pingi aut fingi debet quod nō sit verosimile: nihilq; a poeta introduci quod aut notæ historiæ repugnet: aut antiquæ philosophiæ: veterūq; theologiæ contradicat. Nisi quatenus poetis permissum est: qui affectiones loquentium & secundum diuersos locos sæpe diuersas sequuntur philosophorum sententias atq; opiniones. Vnde æneid. primo. Cana fides & Vesta: Remo cum fratre quirinus iura dabunt. At eiusdem. iiij. Nusq̄ tuta fides &c. Itemex persona Iouis æneid. primo de Romanis dicit, His ego nec metas rerum nec tempora pono: Imperium sine fine dedi. Qui ex sua persona dicit Georg. ij. Nō res Romanæ perituraq; regna. Itē ex sentētia Epicureorū dicitur. Nec curare deum credis mortalia queq̄. Ex aliorū autem. Phœbe graues Troiæ semp miserate labores. Itē Horatius. Neq; ēm Diana pudicū Liberat Hippolytū. quē Maro virbiū. i. bis virū factū dicit: & Pœonijs artibus liberatū a morte. Longum esset diuersitatē fabularū recensere: tutius aūt est maiorū atq; peritorum auctoritate fulciri. Et hæc de sentētia & ordine. Quātū ad vocabula & filū orationis, meminerimus primo loco poetā vt ē ad inuētionē aptissimus, cōuenieter vti metaphora a pictoribus sumpta. Nā vterq; vsqueadeo sibi consentit vt & poeta pingere: qđ de Virgilio dici solet: & pictor scribere, vt apud Plautū: Nō potuit pictor melius eius faciē describere: nō imerito dicat. sicut vtriusq; opus legi. Poetæ quidē in buco. Pierides vitulā lectori pascite vestro. Et apud Persiū. Quis leget hæc? Pictoris aūt in. vi. æneid. vbi de pictura Dædali dicit. Quin protinus omnē Perlegerēt. Præterea vterq; opus suū coloribus exornat, vterq; varietati studet, & rerū memoriæ cōsulit. Nā qđ doctis poeta lris: hoc rudibus pictor tabellis efficit. Sicut itaq; pictor artis expers videbit si iustā mēbrorū inter se cōmēsuratione nō obseruet: sed Andromaches caput Sapphus corpusculo annectat: sic poeta si heroas principesq; viros scripturus rerū vilissimarū meminerit, aut i Elegorū Lyricorūve luxuriā descēderit. Et sicut ille errat dū varias rerū particulas sub vnā formulā cōgerere conat, aut a natura abhorrētia effingere: aut iter se repugnātia cōiūgere, Ita hic i. poeta dū res arduas cū humilibus, lætas cū tristibus: veras cū aptē falsis cōmiscet Humano capiti. de muliebri loquit: dicitur mulier formosa supne. Homo ēm cōmunis est generis. sed fœmineū epitheton refugit: nō ēm vna homo vulgo dicit. Ceruicē Hortensius (vt dicit Quintilianus in octauo) primus protulit, alijs ceruices dicētibus. Superne. aduerbiū de loco: i loco, & ad locū dicitur.

Marginal notes: Soræsmos. koinism. Symmetria. Mundus Oeconomia. Soræsmos. Scribere. Legi. Colores. Homo. Ceruicē.

Spectatum: primum supinum est: quod semper motum expressum aut latentem desiderat Quidlibet audendi. Non leges quodlibet; quia quidlibet cum sit substantiuum per se plenum est: quodlibet autem adiectiuum non sine substantiuo ponitur. Cætera manifesta sunt, dūmodo meminerimus illic Sed non vt placidis, poetam aggredi vitium ineptæ digressionis. de quo in sequentibus latius dicam. & alios legere audendi, alios addendi: sed verior est lectio audendi: veriorque sententia. Nam nō omnes quod concipiūt exprimere possunt vt patebit ibi. Et fortasse cupressum Scis simulare. itaque licet quidlibet audendi semper fuit æqua potestas: non tamen audendi. Non sine delectu autem posuit poeta ea quæ in textu habentur animalia. Nam serpentes dicuntur a serpendo: serpens autem penitus humi ingreditur: aues autem quia sine viæ limite in sublime quo volunt auolant. intelligit ergo humillimum genus & altissimum. Tigri autem nihil ferocius aut cōcitatius: at agno nihil imbellius aut placidius. ijs ergo res summopere repugnantes intelligit: sicut serpente & aue characteres maxime distantes. Regula quæ ex hoc textu elicitur est hæc. Quodli.

Compositurus seu conscripturus quodlibet opus sic rem omnem excogitabit, excogitatam disponet: dispositam ornabit, vt nihil monstri simile aut repugnans in eo sit, sed omnia sui similia: atque inter se quadrantia.

Tria ergo primum sunt necessaria. Materiæ totius excogitatio atque inuentio. Excogitatæ apta œconomia seu dispositio, aliter enim in poemate: aliter in historia locabuntur res narrandæ, & dispositæ exornatio: in qua elegantiæ & decori habenda est ratio.

Inceptis grauibus plerūq; & magna professis
Purpureus late qui splendeat vnus & alter
Assuitur pannus: cum lucus & ara Dianæ
Et pperantis aquæ per amœnos ambit⁹ agros
Aut flumē Rhenū: aut pluui⁹ describit arcus.
Sed nunc nō erat his loc⁹, & fortasse cupressū
Scis simulare, quid hoc si fractis enatat expes
Nauibus ære dato q̄ pingit⁹ amphora cœpit
Institui currente rota: cur vrceus exit?
Deniq; sit quoduis, simplex dumtaxat & vnū.

ACR. ¶ Inceptis gra. Aliud præceptum. docet nō importune inducendam esse parabolam aut descriptionem, sed aut parabola: aut descriptio apte debent iungi incepto bene poemati. Qui enim incipit granditer: & leuiter finit, vt vituperandus est. Professis. aut his q̄ conantur aliquid scribere. aut respexit ad naturam quorūdam poetarum: qui incipiant describere grandia & in communes exeant locos, qui tametsi boni sint: tamen superflui habentur, & plerūq; ridētur. In magno poemate excessus debemus aspergere quasi ad reficiendas aures. pro bono colore excessus dicit. Assuitur. p. de ijs dicit qui cum seuerā & subtilem materiam cœperint scribere: flosculos quosdam interponunt. zeugma ab inferiori. Ordo est: pannus assuitur qui splendeat, vt bona sit quidem œconomia, sed incongrua: cum lucus & ara describitur Dianæ supple. ab inferioribus. Per amœnos. riuos per campos discurrentes. Ambitus. circuitus. Pluuius: id est pluuiosus. Aut flumen. rh. Notandum flumen Rhenum genere neutro. Sallu. in historijs. Nomen Danubium habet. Sed nūc n. e. h l. vt de his posset scribere. quasi aliquis responderit: non erat locus vt hoc describeres: sed quoniam bene scribis, ideo introduxisti. Et fortasse cu. Irrisio pictoris cuiusdam: qui nihil aliud q̄ cupressum nouerat depingere. Prouerbium est in malum pictorem qui nesciebat aliud pingere q̄ cupressum. Ab hoc naufragus quidam petiuit vt vultum suum exprimeret, ille interrogauit nū ex cupresso vellet adijci aliquid. quod prouerbium græcis in vsu est: nam naufragi ad misericordiam commouientes casus suos in tabula describunt. vt Iuue. Vim rogat & picta se tempestate tuetur. Simulare. græco prouerbio vsus est: quasi scribere. Quid hoc quid ad naufragum qui dat pecuniam, vt describatur cupressus: pertinet? ita ergo qui scribit nisi opportune scripserit non sibi comparat gloriam, sicut ille qui male cupressum depingit. Amphora cœpit. Hic quidam dicunt præceptum aliud esse, alij eum de œconomia adhuc loqui. Cur vr. e. i. cum a magnis incipias cur in minora desistis? cur vile fit opus tuum? & est translatio a figulis. Rotam autem dicit: quæ cum voluitur vasa finguntur parmine. Denique sit quoduis. s. d. & v. quicquid vis scribere simplex sit. id est cœptæ materiæ & nondum finitæ non debes aliam adiungere.

POR. ¶ Inceptis g. Præceptum tertium. est natura quorundam poetarum pessima: qui incipiunt grandia describere, deinde in locos communes exeunt: qui licet boni sint tamen ridentur ac superuacui habētur: nisi loco positi sint. Purpureus late. q. s. v. & a. a. p. per hoc locos communes significat. Aut fl. Rhenum. non dixit gene. masculino Rhenus, sed neutro hoc Rhenum. quia hoc est flumen. Et for. c. scis. scilicet hoc prouerbium est in malum pictorem: qui nesciebat aliud bene pingere q̄ cupressum. Ab hoc naufragus quidam petiuit vt fatū suum exprimeret. ille interrogauit num ex cupresso vellet aliquid adijci. quod prouerbium græcis in vsu est. Amphora cœpit: id est cur. r. c. v. e. hoc dicit. quare cum de alia materia institueris scribere: aliam efficis? quomodo ridēdus est figulus: qui cum destinauerit amphoram fingere vrceum efficiat.

ASCen. ¶ Postq̄ poeta animaduertit in eos qui malam œconomiam facientes compositionem ex varijs argumentis rerum non cohærentium: aut inter se repugnantium, aut a natura alienarum: aut ex diuersis characteribus dicendi coaceruant: nunc reprehendit eos qui propter ostentationem ingenij sui ad id quod maxime natura aspirante possunt: inutiliter digrediuntur: aut qui grauem materiam nimis deliciosis egressibus in lasciuiam trahunt, & dicit. Vnus & alter pannus, id est vna & altera pannosa, id est ex varijs fruitis ac particulis rerū ecbasis: hoc est digressio, pannus dico purpureus: id est particula per digressionem addita resplendens & luxuriosa: qui: id est vt splendeat, id est reluceat late: id est ampliter: assuitur, id est inutiliter & inepte annectitur plerūq; id est vt plurimum vel frequenter inceptis: id est exordijs, grauibus, id est res graues præ se ferentibus aut a graui sumptis: & professis, id est pollicitantibus & profitentibus seu præ se ferentibus magne, id est magnarum rerum altiloquentiam, cum, id est quando: lucus: id est sylua incædua, Dianæ, id est illius deæ venatricis & venationis: & cum: id est quando ara ad quam sacrificabantur infantes viui: Dianæ describitur, & cum ambitus, id est circuitus: aquæ: id est alicuius fluuij aut amnis: properantis, id est amœnius decurrentis, aut cum flumen Rhenum cuius amœnissimus est prospectus propter ciuitatem castellorum praetorūq; varietatem & ornatum: aut arcus pluuius: id est iris: mille trahens varios aduerso sole colores: describitur ad ostētationem & fortassis graphice atq; diserte. sed nunc, id est tali tempore nō erat loc⁹, id est opportunitas, his. i. huiusmodi rebus describendis. & fortasse: id ē ponamus a casu q̄ tu scis simulare, id est ad viuū

& ad similitudinem rei naturalis effingere aut depingere, cupressum.i.arborem praeamoenam & ad hortorū delicias propter fragrantiam & frondium decus maxime idoneam, quid hoc supple conducit & prodest tibi, si is sup. qui pingitur a te, aere dato, id est mercede soluta: enatat.i.e fluctibus natando ad littus euenit expes, id est sine aliqua spe totus miserabilis & moestus, & hoc nauibus fractis.i. diruptis & submersis: q.d. nihil: innuens consimile in re poetica esse, vt dicam. Amphora coepit institui.i.vas magnum coepit fieri, rota currente: id est cum primum figulus rotam in gyrum traheret. Cur vrceus.i. vasculum exiguum, exit: id est in exitu & fine conspicitur. hoc est Cur tu tam grandia & magnifica in propositione tua polliceris, & tam exilem atque tenuem compositionem perficis: denicq.i. vt tandem aperte: & vno verbo dicam: quoduis supple poema siue syntagma sit simplex.i.non pannosum ex varia digressione, & vnum: id est vniforme non altisonum in principio & humile aut depressum in fine. Per quae concludit inutilem digressionem & ineptam rerum stylorumve confusionem summopere vitandam. Apta autem digressio tribus modis fit, vt ex quarto Quintiliani colligitur. Aut probandi alicuius gratia: vt descriptio portus in primo Aeneidos vbi dicitur. Est in secessu longo locus &c. ad probandum verisimile esse naues Aeneę illic occultatas esse cum Tyrij caeteras comburere parent. item descriptio nauis in quam descendisse visus est Turno Aeneas in nono, vt verisimile sit Turnum e conspectu Aeneae sic ablatum esse. Aut transitionis gratia: vt videlicet cōgruus fiat trāsitus de materia in materiam. vt Ouidius in Metamorphosi fluuios describit vt per eos in varias materias ingrediatur. Aut denicq apparatus gratia, qui tunc contemnendus non est si vel ad oeconomiam, vel ad principalis argumenti declarationem facit: vt descriptio conuiuij Didonis in primo Aeneido. Fit itacq apparatus huiusmodi vel rei similis adductione vel pathica acclamatione vel dicendorum appertione. Quod ergo necessarium est aut non affectanter iucundum praetermitti non debet. Itacq non damnat poeta, si quis aut lucū Dianae & illic auium concentus: herbarum spiramenta: florum ornatus, arborum vmbras & specimen, riuorum tepidum murmur, fontium scaturiginem, animalium depascentium moerorem atque id genus alias amoenitates describeret: nisi tunc faceret cum non esset his locus. & ita de reliquis. vtitur autem poeta quibusdam vocabulis signanter. Non enim sine ratione dicit purpureus pannus: qui praeter caeteros lucet, & nō dicit ꝙ intexitur, sed ꝙ assuitur, vt ostenderet non de contextu & principali argumento esse: sed extraneum esse. Nec sine ratione dicit lucus, id est sylua incaedua quae propter religionem loci non ceditur, & ita plurimum ornatus habet, nam stabula alta ferarum & volucrum concentorū dici potest. Affectanter quocq ara Dianae describenda dicitur, ad quam pro magica arte infantes viui ex maternis visceribus rapti mactabātur, Ad quam etiam Agamemnon Iphigeniam filiā suam legitur trucidasse, aut quod Seruius asserit, cum occisa pro ea cerua ad Theontem regem Tauricae regionis cōfugisset, sacerdoscq Dianae Dictynnae facta esset: & deā secūdū morē sanguine humano placaret: annouit Oreste fratrem, qui leuandi furoris causa cū amico Pylade Colchos petierat. Vnde latus patet ad digressionem campus. Quis enim tam sterili ingenio vt non moueat pathos ex materno hululatu: ex infantulorum innocuo cruore illic fuso: ex sacrificij enormitate, ex Iphigeniae casu: ex Orestis inopinato accessu: ex Pyladis amica assistentia: & ex sexcentis alijs: hae igitur res plurimam digressionem pariunt sicut fluuiorum ambitus, & maxime Rheni descriptio, qui cum inter Germaniam & Galliam ad oceanum Britannicum defluat. plurimos meatus ostendit. Q. autem dicit Rhenum neutro genere est, quia coniungit hoc nomen flumen. Fluuiorum siquidem nomina tunc masculina sunt quādo subauditur aut apponitur fluuius non flumen. In descriptione quoque arcus pluuij plurima potest esse digressio. Egregie autē dicit, scis simulare: id est ast similitudinem rei naturalis effingere: quae prima virtus & pictoris & poetae & oratoris. vnde Quintilianus in octauo: in titulo de ornatu. Magna virtus est res de quibus loquimur clare atcq vt cerni videantur enunciare: atcq huius summae (iudicio quidem meo) virtutis facillima est via naturam intueamur ac sequamur. Omnis enim eloquentia circa opera vitae est. Est autem graecum aduerbium sumptum a pictore: qui cum egregie simularet cupressum: eam omnibus operibus suis immiscuit. quod ineptissime fieret si arbor ad delicias inuēta in re tristissima vtpote in naufragio describeretur. Sicut enim videre est apud Persium & Iuuenalem, solebant qui naufragiū fecerant se in tabe depictos portare, & picta se tempestate tueri, ne semper cogerentur suos casus exponere, & vt commiserationē sui excitent. Consimiliter quocq qui molliculos habent numeros: aut felices metaphoras, aut congrua epitheta: aut sonoras voculas, aut graueis sententias: aut faceta dicteria, aut vrbana scommata: aut lepidos sales, aut alias quasuis veneres, aut charites seu gratias, eas vbique plus ꝙ satis est ostentant: nullūcq carmen conficiunt in quo sua venere non vtentur. sed vt Quintiliani verbum est, affectatus nimiuscq fucus summopere vitādus est, praecipue vero quoties importunus atque impertinens fuerit. Expes dicit sine spe: destitutus, & desolat⁹. & habet nominatiuum & vocatiuum singularem: nominatiuū accusatiuū & vocatiuum in plurali. Q. autē dicit nauibus fractis pluraliter, facit ad augendam miseriam: sicut Venus in primo Aeneidos. Nauibus infandum amissis. cum vna esset tantum amissa. Amphora est vas amplū quod circūfertur, quasi ex latino & graeco. Nam am dicitur circum, & phora latio. vt φορεσιω fero. Vrceus vasculum ad recipiendum oleum. Innuit ergo vt quoduis poema sit simplex quo ad stylum, & vnum quo ad materiam. De stylo autem & materia locuti sumus in praeambulis, vbi docuimus triplicem esse stylum: qui triplici materiae congruit. Nam res humiles humili, mediocres mediocri: & sublimes sublimi competunt.

Margin notes: Digressio apta. — Lucus. — Ara Dianae. — Rhenus. — Rhenum — Simulare — clare enūciare. — Cupssū scis sĩare. — Expes. — Amphora.

Regula.

Non igitur rem graue auspicati aut grauiter dicere polliciti, res leuiusculas aut quantūuis splendidas deliciolas ꝙꝙ ad eas nati videmur impertinenter ingerem⁹, necesse enim est sit quoduis simplex dūtaxat & vnum. Quocirca cauenda est ostētatio ingenij in re minus apta, vt aptissimo docemur hic exemplo.

ACR. Maxima pars.v.p.& iu.p.d.d.s.r. Apostropham facit ad Pisones.i.pars poetarum decipimur studio virtutis & imagine boni dum praeferimus veritatis imaginem delabentes in vitia. Pater & iu.& magister & discipuli Breuis esse.l.quasi diceret: volo scribere breuiter. Laus est eī breuiter narrare: sed dum vult aliquis breuiter narrare: fit obscurus. Sectātem leuia nerui defi. animicq. Saepe eneruatos versus scribet qui dat operā vt scribat delicatos. Leuia.splēdentia: bñ currentia: vt Pars leuis ocreas lento ducūt argento. Deficiūt. deserunt, vt Noctis nō deficit humor. Serpit.h.t.n.t.cq.p.i.t p teri ā.s.dicēdo vilia: ille qui tute vult scribere & non audet se magnis imponere rebus. dū qdā inflatos versus vitant fiūt viles, terrecq fit pximus ꝙ timet inflate

Maxima pars vatū, pr & iuuenes patre digni
Decipimur specie recti: breuis esse laboro:
Obscurus fio, sectantem leuia nerui

Deficiunt animiq; profeſſus grandia turget:
Serpit humi tutus nimium timiduſq; procellę.
Qui variare cupit rem prodigialiter vnam
Delphinum ſyluis appingit: fluctibus aprum.
In vitium ducit culpę fuga ſi caret arte.
Aemilium circa ludum faber imus: & vngues
Exprimet, & molles imitabitur ęre capillos,
Infelix operis ſumma, quia ponere totum
Neſciet. hunc ego me ſiquid cõponere curem
Non magis eſſe velim, q̃ prauo viuere naſo
Spectandum nigris oculis, nigroq; capillo.

dicere dum ſe tueri vult. Qui variare.c.r. Qui vult varium ſcribere ſępe inepta ſcribit mirabiliter, monſtroſe. In vitium ducit.c.f. id eſt dũ vult fugere culpam cadit in vitium docet hic non eſſe indulgendũ eloquẽtię, ne qs incidat in opinionẽ inepti & ſuperflui.i. culpæ fuga ducit in vitium ſi neſcit aliquis culpam vitare. vt ipſe alibi. Dum vitãt ſtulti vitia: in contraria currunt Aemilium.c.ab ęmilio inuentum: qui faciebat ſtatus quę ponebantur in harena: vbi ludi celebrantur. Aemilius locus in quo quidam Aemili⁹ gladiatores ſuos habuit. Circa hũc ludum Im⁹ erat quidam ſtatuarius. Alij dicunt imũ breuem. Alij in extrema parte poſitum ludi: q cum vngues & capillos & alia membra bene formaret i perfectione ſtatuę deficiebat. Hic ergo dicit nihil oportere deeſſe poetæ. Exprimet: & imitabitur. futurum pro præſenti. Infelix.ſ. in perfectione operis non doctus ſed infelix. Ponere. finire. Totum id eſt finem: aut venuſtatem conſummationis. Interdum enim videmus ſingula membra artificioſe facta, & totius operis formam minime placituram. Hunc. talem. vt Hic Priami finis, fatorum hic exitus illum Forte tulit. Si quid componere curem. Nolo me parte quadam corporis fœdiſſimum eſſe, & reliquis ſplendidum, ſed magis opto integra eſſe ſpecie: ita enitor omni parte poeta videri nulla in parte alia diſcrepans. Non magis eſſe velim. ſi me inquit huic fabro conferre voluero dimidia corporis parte ridendus, vt partem ridendam habeam, q̃uis laudandus ſpectanduſque ſim in alia.i. hũc me eſſe nolo: id eſt huic ſimilis eſſe recuſo: qui perfectus non eſt. Q̃ naſo viuere.p. marcido. turpi. Si velim inquit aliquid ſcribere nolim huic eſſe ſimilis: ſed magis volo me eſſe pulchrum nigris capillis & oculis & cum torto naſo; q̃ ſcribere poema cui aliquid deſit. Spectandum. laudandum: id eſt videndum: vt vna pars pulchra alia deformis ſit: quod decet.

Maxima pars.v.p.& iu.p.d. Decipimur ſpecie recti. hoc tale παραγγελμα eſt. Erramus inquit, & dum conamur veram virtutem ſequi in vicina virtuti vitia incidimus. nam breuiter ſcribentem ſequitur obſcuritas, leuia componentem nerui inhibent. diſerta profitentem vitiat ſpreta rerum inſpectio. Qui variare cupit rem prodigaliter vnam. Aliud hoc præceptum eſt: non eſſe fabulis indulgendum: nec extenuandam vſque in vitia materiam. Aemilium circa ludum faber imus. Aemilij Lepidi ludus gladiatorius fuit quod nunc Polycleti balneũ ẽ. hic demõſtrat ęrariũ fuiſſe fabrũ imũ, hoc eſt in angulo ludi tabernã hñtẽ. Hoc aũt p̃cepto. POR.

Quia poeta docuit malam œconomiam: ineptam exaggerationem materiæ: diſcordem rerum communicationem. & impertinentem digreſſionem vitare, nouitq; neminem ſcribere qui eadem vitia vitare nolit: oſtendit quare non omnes euitent. Nempe q͂(vt alibi dicit) dum vitant ſtulti vitia in contraria currũt. Monet ergo vt hæc prædicta & cætera vitia caute fugiamus: ſic vt in medio conſiſtentes in neutrã partem trãſgrediamur. Et dicit. O pater hoc eſt o tu Luci Piſo & vos iuuenes Piſones digni patre ſupple tali vtpote ſtudioſo & bono: nos plurima pars vatum: id eſt nos plurimi vates decipimur ſpecie: id eſt ſimilitudine recti.ſ. rei rectę ac debitæ: quia dum laboro eſſe breuis: id eſt dum aliquis laborat eſſe breuis: fio: id eſt talis efficitur: obſcurus (ſuam perſonam more declamantium in vitia inſerit de ſe minime loquens) Nerui. id eſt ſolida cõpoſitio & virium plena: animique: id eſt animoſa ſententia: deficiunt.i. derelinquunt aut potius fugiunt & ſui defectum habere cogunt ſectantem: id eſt eum qui nimis ſectatur, leuia: id eſt concinna & bene currentia, id eſt ſæpe eneruatos verſiculos ſcribet qui dat operam vt ſcribat delicatos: profeſſus: id eſt qui profitetur & in principio operis pollicetur grandia. id eſt ſublimia carmina: turget, id eſt inflatur & ſpumoſum carmen efficit. tutus nimium: id eſt qui nimium amat & cupit eſſe tutus: & timidus nimium procellæ: id eſt qui nimiũ timet altitudinẽ maris: quæ fere p̱celloſa eſt, ſerpit id eſt repit: humi, id eſt in terra. hoc eſt qui nimium veretur ſublimiora q̃ poſſit aggredi: qui imperitus eſt: nec poteſt conſiſtere in medio: labitur in nimis humilia. Et hæc contra eos qui malam œconomiam imprudenter vitant. Is autem qui cupit, id eſt vult: variare, id eſt mutare prodigialiter: id eſt monſtroſe per modum prodigij: rem vnam: id eſt quæ deberet eſſe vniformis: appingit. id eſt ſimilis eſt appingenti, ſyluis: id eſt locis ſaltuoſis, delphinum: id eſt piſcem illum marinũ, & fluctibus ſupple marinis. aprum.i. porcum ſylueſtrem. Et cauſa eſt, quia fuga, id eſt vitatio, culpæ: id eſt vitij, ducit in vitium ſupple oppoſitum, ſi ipſa fuga caret arte: id eſt peritia. Probat deinde exemplo cuiuſdã fabri ærarij qui ſingulas partes hominis graphice excudebat, & tamen totum ſeruatã ſymmetria effingere neſciebat. Ad cuius ſimilitudinem multi ſingulas partes poematis docte & diſerte faciunt: totum tamẽ quia œconomiam ignorant conficere decore neſciunt. Sunt autem qui hunc fabrum putent eſſe dictum Imum nomine. Acro tamen & Porphyrio (q̃uis Acro vtrunq; dicat) potius a loco ſic dictum arbitrantur. Dicit enim Acro. Aemilius ludus eſt in quo Aemilius gladiatores ſuos habuit. circa hunc ludum Imus erat quidã ſtatuari⁹. Alij dicunt imũ.i. breuẽ. Alij in extrema parte poſitum. Porphyrio ſic. Aemilij Lepidi ludus gladiatorius fuit quod nunc Polycleti balneum eſt. Hic demonſtrat ærarium fuiſſe fabrum imum, hoc eſt in angulo ludi tabernam habentem. Ordo igitur eſt. faber ærarius: id eſt qui ſtatuas æreas effingebat: imus: id eſt in imo loco habitans circa ludum gladiatorium ſupple, Aemilium: id eſt Lepidi Aemilij: exprimet ſupple quando mercedem dabis, id eſt ad viuum effinget vngues: & imitabitur ære: id eſt ex materia ærea capillos molles: id eſt molliter fluentes: ſicut ait Virgilius in ſexto: Excudent alij ſpirantia mollius æra. Credo equidem viuos ducent de marmore vultus. Exprimet inquam exiſtens infelix: id eſt infauſtus: ſumma: id eſt conſummatione & perfectione operis, quia neſciet ponere, id eſt finire debita poſitione & ſitu membrorum totum; id eſt totam effigiem. Si ego inquit poeta curem: id eſt laborem componere quid, id eſt aliquid, non velim me eſſe magis hunc: id eſt huiuſmodi vel talem: q̃ me ſpectandum: id eſt ſpectabilem & pulchrum nigris oculis, id eſt propter nigros oculos, & nigro capillo, id eſt propter nigrum capilum: viuere naſo prauo: id eſt marcido & turpi. q.d. nolim ſingulas partes ſcire ponere niſi & totum componere ſcirem. Leuia prima longa ſunt plana: polita, & non aſpera. Procellæ ſunt inflaturę maris ex aqua & vento a procellendo dictę Prodigialiter nõ prodigaliter legendum eſt: quia prodigus ſecundã corripit. Delphinum. hic eſt ſecundæ declinationis. A genitiuo enim delphinos fit nominatiuus delphinus, ſicut ab elephantos elephantus. Hũc, id eſt talẽ, ſicut in nono Aeneidos. Hũc ego te Euryale aſpicio. Exprimet inquit

ASCen. Imus. Ponere. cõponer. Leuia. Procellæ. Prodigialiter.

Acro aut Acron (vtrunq; enim scribitur: sed Acro latine magis: Acron græce: sicut Plato & Platon, Cicero & Ciceron & cætera) & imitabitur & nesciet: futura sunt pro præsentibus. Si tamen intelligas quando ei mercedem dabis aut quando volet: nihil præter consuetudinem erit. Molle opus laudatur: sed artifex vituperatur. Reliqua nota sunt. De apta tamen breuitate nonnihil dicemus: de qua Cicero in rhetorice veteri de enarratione loquens ita inquit. Nunc de enarratione ea quæ causæ continet expositionem dicendum videtur. Oportet igitur eam tres habere partes. vt breuis, vt apta: vt probabilis sit. Breuis erit si vnde necesse ē inde sumatur initium: & non ab vltimo repetatur, & si cuius rei satis erit summam dixisse, eius partes non dicetur. Nam sæpe satis est quid factum sit dicere: non vt enarres quemadmodum factum sit. Et si non longi9 q̄ scitu opus est in enarrando procedetur. & si nullam in rem aliam transibitur. Et si ita dicetur vt nonnunq̄ ex eo quod dictum sit: id quod dictum non est, itelligatur. Et si non modo id quod obest: verum etiam id quod nec obest nec iuuat prætenbitur. Et si semel vnumquodq; dicetur. Et si non ab eo in quo proxime desitum erit: incipietur deinceps. At multos imitatio breuitatis decipit: & cum se breues putant esse longiss. mi fiunt, cum dant operam vt res multas breuiter dicant non vt omnino paucas res dicant, & non plures q̄ necesse sit. Nam plerisq; breuiter dicere videntur qui ita dicūt. accessi ad ædes: puerum vocaui: respondit, quæsiui dominum, domi ne gauit esse. hic tametsi tot res breuius nō potuit dicere, tamen quia satis fuerat dixisse: dominum negat esse domi. fit rerū multitudine longus. Quare hoc quoq; in genere vitanda est breuitatis imitatio: & non minus rerum non necessariarum q̄ verborum multitudine supersedendum est. Et hinc de partitione paulo post. Breuitas est cum nisi necessarium nullum assumitur verbum. Hæc ille. Oportet ergo q̄ breuitate vti volet: esse disertum, vt hunc vtatur quando opus est. Nam sæpe oratorie rem vnam in partes diuiseris: sicut Virg. in primo triennium vitæ Aeneæ in tres æstates & tria hiberna tempora: vt si Iupiter triennium dixisset, modicum quid promisisse videretur. Norit ergo orator & consimiliter poeta nunc constringere nunc dilatare materiam suam. Neq; vero loquimur de ea breuitate ī qua eclipsis est: hoc est vocabula desunt. Nam ea nunq̄ laudabilis est: nisi quod desit de se constet, hoc est nisi breuitas fiat sine obscuritate. Sciendum præterea illic. Qui variare cupit rē prodigialiter vnam. oratori semper vitandam & poetæ raro cōcessam carpi & reprehendi licentiam: qua non digredimur solum, sed & materiā mutamus, quæ mutatio ijs qui res varias docent vt sunt didascalici. i. doctrinales: vitiosa non est: sicut ijs qui rem vnam incipientes narrare: priusq̄ eius narrationem absoluant rem penitus diuersam & nihil ad institutum pertinentem interserunt: & postea ad institutum redeunt: qui nimirum vt postea dicit variant rem prodigialiter: Etenim monstro simile ē ita res commiscere. Regula igitur est.

Margin notes: Delphin9 Hic. — ACR. — Molle. — Breuitas apta. — Prolixitas vtilis.

Transitionem in aliam materiam ita faciemus: vt compositio non sit monstri ac prodigij similis. Præterea non sic vnum vitabimus peccatum vt in aliud incidamus: sed rem viribus nostris æquam aggressi sic pertractabimus vt finis principio ac medio respondeat. Qui tamen penitus diuersa docēt satis fecerint si corpus sit vnum, licet membra diuersa dummodo non repugnantia.

ACR. ¶ Smite materiam. v. q. s. æ. p̄cipit poetis, vt eam materiam eligant, quæ vires eorum nō excedat. i. anteq̄ materiam incipias vide an inceptam possis implere. Versate. considerate. Cui lecta. p. qui possibilia eliget possibiliter implebit. Nec facundia deseret hunc: nec lucidus ordo. i. dispositio, quia re vera ordo manifestat omne quod dicitur. Ordo lucidus. ἐπιθετον. quia ordo facit lucidam orationem. Ordinis hæc. v. ordo. n. pulchram facit orationem. Venus. venustas. Aut ego f. aut ego fallor, aut ista est ars quā dicturus sum: vt quedā dicat: quædam reseruet in aliam partem: vt quæ debēt dici sine dilatatione dicantur, quæ nō debēt, pro tempore differantur. Iam nunc. in p̄senti. Iā nunc debentia dici. quæ in præsenti dicenda sunt. Pleraque dif. & p. ī. t. o. vt Virgi. in. ix. narrat quo modo fabricatæ sunt naues quibus de Ilio nauigauit Aeneas, cū ī. iij. non dicat. Hoc amet. h. s. p. c. a. Qd' debet dicere ī præsenti: quod debet dicere in futuro: vt nō omnia dicat quæ veniunt in mentem.

Sumite materiā vestris qui scribitis ęquam
Viribus: & versate diu quid ferre recusent
Quid valeant humeri, cui lecta potēter erit res
Nec facūdia deseret hūc, nec lucidus ordo.
Ordīs hęc virt9 erit & ven9 (aut ego fallor)
Qt iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
Pleraq; differat, & p̄sens in tempus omittat.
Hoc amet, hoc sperūt p̄missi carminis auctor.

POR. Sumite materiam vestris qui scrib. æ. præcipit eis qui sunt poetæ vt eam materiam eligant quam possint implere. Cui lecta potenter erit res. i. qui legerit id quod p̄stare possit. potenter figurauit ωσ ἐι δυνατως. Ordinis hæc virtus erit & Venus: aut ego fallor. loquitur nunc περι τησ ταξεωσ. quo ordine seruādam a poetis Venerem: aut decorem carminis significat.

ASCen. In hac parte quam secundam posuimus: poeta sermonis decorum explicaturus monet quemlibet materiam æquam viribus suis sumere. Nemo etenim natus ad humile aut mediocre dicendi genus, ad sublime feliciter aspirauit: quod innuit Maro dicens in Buco. Cum canerem reges & prælia Cynthius aurem Vellit & admonuit: pastorem Tityre pingues Pascere oportet oues, deductum dicere carmen. quod est: Apollo monuit me natum ad humile dicendi genus vt pote Bucolicum, non canere reges & prælia: id est non aggredi heroicum carmen quod altisonum est & sublime. Nec mirum: quia vt inquit Propertius: Naturæ sequitur semina quisque suæ. Et si in mechanicis ad quod se quisque opus natum senserit in eo opere maxime proficit, non abhorrendum vero est in litterarijs quoque lucubrationib9 sectandam esse summopere naturam: qua duce nemo facile errauerit. Vt ergo quis & facunde & diserte & ex ordine quod vult dicat: summopere necesse est vt materiam æquam viribus deligat. Nam non omnibus vna vena est. Vnde etiam poeta nr̄ sibi negatam fatetur carminis heroici maiestatem, dicens libro sermonum. ij. Saty. i. ad Trebatium dicentem. Aude Cæsaris inuicti res dicere: multa laborum Præmia laturus (dicens inquam sic) Cupidum pater optime: vires Deficiunt: neq; enim quiuis horrentia pilis Agmina, nec fracta pereuntes cuspide Gallos, Aut labentis equo describat vulnera Parthi &c. Est autem vt prælibauimus materia triplex. Primo quia aut omnino vera est & re vera gesta vt in historijs, aut non vera est, sed vere similis & quæ geri potuit: vt argumēta comica. aut neq; vera neq; verę similis vt multę fabulę poeticę, quas apud Virgi. afferens naues Aeneæ mutatas in nymphas: & multę trāsformationes apud Ouidiū: quibus tamen aut ad naturā: aut ad historiam

Margin notes: Natura dux vitæ. — Materia triplex.

aut ad mysticā rē aspiciendum est.. Hæc autem tria videlicet fabula, historia: & argumentum definiuntur a
Cicerone lib. i. ad Herenniū sic. Fabula est quæ neq veras neque verisimiles continet res: vt eæ quæ in tra- Fabula.
gœdijs traditæ sunt. Historia est res gesta, sed ab ætatis nostræ memoria remota. Argumentum est ficta res Historia.
quæ tamē fieri potuit. velut argumenta comœdiarum. Sunt præterea quædam materiæ sublimes & de diui- Argumentum.
nis & heroicis ac regalibus rebus tractantes: quæ sublimi characteri atque heroico carmini competunt. sunt
mediocres, vt doctrinales, quæ mores leges īstituta aut artes docent, siue hæ liberales sint, vt astrologia Ara-
ti, & physica Lucretij, siue mechanicæ, vt agricultura Hesiodi & Maronis, quib⁹ mediocris character ac car
minis qualitas competit. Sunt ad hoc humiles vt pastorales, histrionicæ, humilesq apologi, ac triuiales doctri Stylus triplex.
næ, quib⁹ infimus character humillimaque qualitas cōpetit. Stylus præterea seu character, seu figura: seu ge
nus dicendi, est tam in oratione q̄ in carmine triplex. Nā est genus dicendi vber seu sublime aut altisonum.
est gracile seu tenue atque humile. ē mediocre. Vberi dignitas atq amplitudo est. Gracili venustas & subti- Decorū triplex.
litas. Mediocre in cōfinio est vtriusq modi particeps. Decorū ad hoc vt in sequētibus latius patebit: potissi-
mū triplex est. Rerū: verborum: & personarum. Qualitas quoque carminis vt stylus (nā fere ꝓ eodem ac-
cipiuntur) est triplex potissimū. Sublimis mediocris & humilis. Genus poematū præterea, vt ostensum est tri
plex est. Narratiuum actiuū & mixtum. Quod agitur, triplici agentiū calceamento distingui solet vt dicetur
ibi. Archilochum &c. Est ꝑterea triplex intentio poetis vt explicabitur ibi. Aut prodesse volunt &c. Dicit er
go poeta. Vos qui scribitis: id est scribere intenditis: sumite. i. vltro capite & deligite, materiā æquam. i. equa
lē virib⁹ vestris (quiā sumere minorē pusillanimi est: maiorem temerarij) Et versate. i. cōsiderate diu. i. pluscu
lo tempore quid humeri vestri. i. vires vestræ recusent. i. refugiant, ferre. i. portare, & quid humeri vestri va
leant ferre, Quia nec facundia. i. bene fandi donum naturale aut acquisitū: nec ordo lucidus. i. rem lucidam fa
ciens, deseret hunc (Orator diceret eū) cui res erit lecta. i. electa. i. qui rem delegerit iuxta vires suas. ℂBōfi-
nis ad hunc locum acriter disputat de datiui & ablatiui differentia/ cum datiuus sit acquirendi & interdū agē
di casus/ ablatiuus auferendi: ideoque pernegat datiuum aut nominatiuū agentem in ablatiuum resolui pos-
se: vt cui lecta erit res, aut qui rem leget/ non resoluetur a quo res legetur: aut lecta erit. Et reuera rarissime iñ
uenias apud idoneos ablatiuum in significatione agendi cum vere passiuis construi, quale sit, deus diligitur a
me, pro quo dicendum est/ diligitur mihi/ aut ego deum diligo. Dico cum vere passiuis, nam cum impersona
libus bene construitur, vt reclamatum est ab omnibus. Occurrit tamen vnus locus Horatij pri. ser. saty. ij.
Culpatur ab his laudatur ab illis. vbi actiue accipi videntur: vt sit hi laudant, illi vituperant. Sed Bonfinis di
ceret ab his. i. propter hæc, vt Solomon laudatur a sapientia. i. propter sapientiam. Virtus autem & Venus
. i. Venustas & pulchritudo ordinis erit hæc. i. huiusmodi, aut (inquit poeta) ego fallor. i. decipior in hoc iudi
cio meo: vt supple poeta dicat iam nunc, id est vno tempore debentia dici seruato ordine rerum gestarum
iam nunc, id est eodem tempore. Et differat, id est prætermittat: pleraq, id est valde multa: & omittat in præ-
sens tempus. i. vsquequo noua & cōgrua sese obtulerit dicendi occasio. Quod tempus erit præsens. i. cōgru
um & narrationi aptæ fauens. Verum vt sentit idem Bonfinis cōstruatur sic, & ipse scilicet poeta/ præsens
. i. operi suo fauens aut intentus quasi præsenti animo præditus/ omittat pleraque, aut si inquit ad tēpus vox
præsens omnino referenda est sit ordo: & omittat præsens. s. tempus: in tempus. s. aliud: non autem (inquit)
omittat pleraque in præsens tempus. i. in illud tempus quod tunc erit præsens. in quo deprehēdere videar ab-
surdi nescio quid equidem & absoni. hæc ille. Mihi vero magis absonum videtur: omittat præsens tempus
in aliud, q̄ vt modo exposuimus. Auctor. i. effector carminis: promissi. i. quale promiserit in procemio amet
hoc sup. in præsenti & suo ordine, vel omnino dicere, & spernat. i. contemnat vel in præsenti vel quouis lo
co dicere hoc: id est aliud: hoc est nec vbique nec omnia dicat. Nam sæpe ex his quæ dicta sunt multa nō di- Ordo duplex.
cta aperiuntur. Nec ea quæ dicere vult ordine quo gesta sunt dicat. Est enim duplex ordo. Naturalis & arti
ficialis. Naturalis more naturæ vt res geruntur progrediens oratori maxime cōuenit. Artificialis vero occa-
sionem rei & breuiter & iucundæ narrandæ captans sæpe ab vltimis, sæpe a medijs exordiens, poetis maxi-
me quadrat. vnde Homerus a decimo hoc est ab vltimo anno Troiani belli Iliada suam inchoat. Et Virgilius
itidem ab vltimo, id est a septimo anno errorum Aeneæ æneida suā. Sic & comœdiæ Terentianæ atq Plau-
tinæ fere ab vltimis sumunt exordia. Si quis differentiæ causam quærat, in promptu ē. Orator enim semel di-
cit: quo tempore nisi intelligatur nequicq̄ dicit: id est frustra. Poeta vero decies immo sexcēties relegi potest. Differētię ordinis causæ.
& ideo de aperta narratione sic præcipit Cicero. Aperta autem narratio poterit esse si vt quicque primū ge-
stum erit, ita primum exponetur: & rerum & temporum ordo seruabitur: vt ita narrentur vt gestæ res erūt, Aperta narratio.
aut vt potuisse geri videbuntur. Hic erit considerandum nequid perturbate, nequid contorte dicatur, nequā
in aliam rem transeatur, ne ab vltimo repetatur: ne ad extremum procedatur: nec quid quod ad eam pertine-
at prætereatur. Et omnino quæ præcepta sunt de breuitate, hoc quoque in genere sunt consideranda. Hæc il
le. In quibus duo contra præcepta. Horatiana præcipiuntur. Alterum ne ordo rerum mutetur. Alterum ne
quid prætereatur. Sed vt diximus poetæ ordinem non seruant, & multa alio tempore dicenda omittunt. Nā
Virgilius seruato ordine rerum descripsisset constractionem classis Aeneæ in tertio Aeneidos quam descri-
bit in nono. Pulchre autem dicit in principio poeta sumite. non capite. Sumimus enī vltro quasi a natura nul
lo instigante nec præbente moniti. Capimus aut accipimus a porrigente. Carmina autem suapte natura flu
unt, & vt inquit Ouidius, Proueniunt animo deducta sereno. Quod autem dicit. Quid ferre recusent, qd va Sumere Capere.
leant humeri. metaphora est a baiulis qui sæpe iniquo & humeris suis maiore pondere depressi susceptū on⁹
reijciunt non sine dedecore & virium imminutione. Venus. i. venustas, quomodo deorum dearumque no
mina pro rebus quibus præsunt ponuntur. Aut ego fallor. ita loqui solent, qui confidenter loquūtur cū qua-
dam fiducia, nam vt quidam legunt, haud ego fallor, habet nescio quid arrogantiæ modestiæ poetæ non cō-
uenientis.

Ex his autem colligitur regula talis.

Quia inuita (vt aiunt) minerua id est repugnante ingenio nihil feliciter attentemus, consulendæ sunt nobis vires, iuxta quas tunc materiam delegisse comprobabimur dum & facunde & decenti ordine rem pertractabimus. Ordo autem decens in poemate fere vult vel a medio rei vel post medium narrationem auspicari, & deinde prætermissa decenter adducere. Quod in summis poematis obseruatum liquet.

ℂIn verbis etiam tenuis. si facienda sunt tibi noua verba: obserua vt ea dicas quæ placeāt & habeant aucto ACR.
ritatem. Dixeris egregie. cum laude dices verbum vulgare: si illud bene cōposueris. Aristotelis libros quidā

transtulit, sed volens transferre το ὤν non inuenit quō diceret: finxit ens, & laudē quesiuit. Exponit de ỹbis veteribus, & nouis: quō poetica licētia fiant, Nam aliqua licet vulgaria sit, tñ cū aliqua cōpositiōe posse sple descere. Callida iun.n. elegās & noua elocutio & cohærens sermo. Optimū.n. dicēdi genus est: si noua ỹba oppoitune & ꝓpriepo nantur. Si forte.n. nouū ỹbum bene facis: si fuerit necessitas. Indicijs.m. ꝓferre res nouas.i. ne facias verbū nouū quando necessitas non est. Indicijs mōstrare.r.a.r. Mire dixit. Indicia em̄ aī verba sūt. indicijs ergo recētibus: rudi inuentione verboꝛū, quia indicia rerū verba sunt: scđm philosophos. Cinctutis. antique dixit.·i. militaribus viris & ad militiam paratis. vn de per contrarium dixit poeta discinctos mulciber afros.i. imbecilles ad militiam. Non exaudita. non ante cōperta. nondū cognita. pro eo quod est antiquis incognita.i. si necessitas fuerit tibi vti verbis recentib⁹ q̄ nō audierūt Cethegi antiq. oratores, licet vti, sed moderate. vñ ait: Dabit licentia sumpta pudenter. Verba.f. noua verba ficta habebūt fidē si de grecis verbis contorta fuerint: vt qđ græci κώνωπα dicūt: nos aulicē. Quid autem Cęcilio Plautoque.d.r. Quare negauerit Romani Virg. & Var. qđ dederūt antiqs poetis.i. noua verba facere: Et hoc dicit nō ꝙ negauere, sed q̄si cām q̄resq̄ nā esset rō si voluissent negare. nā si hos ꝓhibet, nec illis licuisse demōstrat. Ver. Var.ꝙ Cęcili⁹ añ Vir. & Var. fuit ideo dicit Virg. & Var. nihil posse dicere quod illi non dixissent: ergo oportet illos quęrere noua verba. Ego cur acqui.p.si.p.in Mire dum de fingēdis verbis loqueretur secūdū græcos ipse effinxit inuideor. i. inuidiam patior. inuideor enim negatur posse dici. aut inuideor prohibeor. Cum lingua.c.&.e.M. Furius, qui & Censorius dict⁹ est: Cato: & Ennius qđ priores patres dixerūt illi in suis carminibus posuerunt: & super hoc noua verba inuenerunt. Ditauerit. locupletauerit: auxerit nouis verbis. Signatum. hoc tractū est a nūmis. Pręsente nota. Notamie pręsentis

In verbis etiam tenuis cautusꝙ serendis,
Dixeris egregie notum si callida verbum
Reddiderit iunctura nouum. si forte necesse est
Indicijs mōstrare recentibus abdita rerum:
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget, dabiturꝙ licentia sumpta pudēter.
Et noua fictaꝙ nuper, habebūt verba fidē, si
Gręco fonte cadāt parce detorta. quid autem
Cęcilio Plautoꝙ dabit Romanus ademptum
Virgilio Varioꝙ? ego cur acq̄rere pauca
Si possum inuideor, cū lingua Catonis & Enni
Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit? licuit semperꝙ licebit
Signatum pręsente nota producere nomen.
Vt syluę folijs pronos mutantur in annos:
Prima cadunt: ita verborū vetus interit ętas:
Et iuuenum ritu florent modo nata vigētque.
Debemur morti nos nostraque, siue receptus
Terra Neptunus classes aquilonibus arcet:
Regis opus: sterilisque diu palus aptaꝙ remis
Vicinas vrbes alit, & graue sentit aratrum,
Seu cursum mutauit iniquū frugibus amnis
Doctus iter melius: mortalia facta peribunt,
Nedū sermonū haud stet honos & gratia viuax.
Multa renascentur quę iam cecidere, cadētque
Quę nūc sunt ī honore vocabula si volet vsus
Quē penes arbitriū ē & vis & norma loquēdi.

temporis. verbi gratia. fruitus ante dicebatur: modo fructus. ante punxit dicebatur, modo pupugit dicitur. Vel præsente nota: verbo nouiter inuento: vt hoc nomē inuentū est tēpore principis illius. Producere. ad notitiam hoim deducere. Vt syluæ folijs pronos mutantur in annos. pronos volubiles: decliuos, & cito labētes & instabiles, ne aspernentur noua verba cōparatione nouoꝛū folioꝛū docet posse placere. In annos. per annos, & ē homerica comparatio. Debemur morti. argumentis probat perire omnia, perire homines: perire verba. si quidē recipitur in terrā fluctus, & q̄ ante arābatur modo fit locus nauibus. Si ergo natura mutat maris: & terræ quanto magis debemus credere perire homines & verba eorū: Perim⁹ ergo nos & nostra: vbi terra in mare ducitur, paludes vertuntur in segetes: flumina suū mutant cursum. Siue receptus.t.n. Mare in terrā recipitur, quando portus cōponitur. Regis opus. Augustū dicit: qui siccauit pontinā paludem. nā regis opus est mare admittere terræ. Reges.n. talia faciunt. Diuus Augustus duas res diuinas fecit. nam pontinam paludem siccauit: vt ad mare meatum haberet: vt post & arari posset. & portum lucrinum muniuit. de quo Maro. An memorem portus lucrinoque addita claustra Atque indignatum magnis stridorib⁹ ęquor: Iulia qua ponto longe sonat vnda refuso. Sterilisque diu palus. Lucrinū portum significat, & alios qui manū facti sunt ab Augusto: & alia regum opa. hoc est regis opus. quod nullus facere potest nisi rex. Seu cursū.m.i.f.a. ἀπονοιον, siue generaliter: vt quidam accipere volunt: quando cāpos aptos agriculturæ liberant auertentes flumina quæ infesta sunt eis. Amnis. tyberim intelligimus: hunc enim deriuauit Augustus qua nunc incedit. Ante enim per velabrum fluebat. Vnde & velabrum dictum ꝙ velis transiretur. Doctus iter melius. inductus meliori via. Mortalia facta.p. zeugma a superioribus. Nedū sermonum honos.i. si hæc oia mutantur, verborum gratia perennis manere quomodo potest? Honos: pulchritudo. Viuax. perpetua. Multa renascentur. iterum scient quæ iam fuere: vocabula.s. & commercia sermonum: quæ sunt sublata de vsu. Si volet vsus.i. cōsuetudo & ratio loquendi. Ratio enim vsu & cōsuetudine vincitur. Vsus em̄ facit auctoritatem. interdū & cōsuetudo vicit regulā. vt frequēter Cicero modiū ponit ꝓ modioꝛū: & liberū ꝓ liberorū hoc vsu dicit. Quē penes. cōuersio est.i. penes quē arbitriū ē.i. iudiciū ī ꝑtāte vsus ē sermo & vis loqndi.

POR·

¶ Dixeris egregie.n.si.c.v. Exponit nūc de verbis veterib⁹ ac nouis quō poetica sint. Nā licet aliq vulgaria sint: ait tñ illa cū aliqua cōpositiōe splēdescere. Verbi grā, Curgulio sordida vox ē: ornatu accedēte vulgaritas ei⁹ abscōdit: hoc mō. Populatq; igētē farris aceruū Curgulio. Curgulio apud Home. ē q faba libēter vescitur. Si forte.n.e.i.m.re. Qđ si iā inquit ad rē aliquā explicandam verba antiqua nō suffecerit: permittitur poetæ noua fingere. Indicia verba appellauit. philosophi em̄ dicunt indicandarū rerū cā inuētas esse voces. Fingere.c. nō ex.c. Oēs em̄ Cethegi morē seruauerit eūdē Romæ. iter cetera descriptā comā retulerūt. Nūq̄ em̄ tunica vsi sūt. Ideo cīctutos eos dixit, qm̄ cinctū ē genus tunicæ infra pect⁹ aptatę. Eis ergo nō exaudita verba tanq̄ insolita & intercisa nemo dixit. Est aūt intestinū pusillū. Et deīde verbi grā sic alapā cū vno digito imā ferimus auriculā. Et noua fictaꝙ.n.h.v.f.si gręco.f.c. magis inqt auctoritatem mereri possunt

noua verba si a greco fuerint in latinū deriuata. Trāſtulim⁹ tricliniū, qđ antea cœnaculū vocabam⁹ q̄a ibi
cœnabat: οινον vinū & a cylice calicē: & a coccyce cuculū. Ego cur ac.p.ſi.p.in. Cū Plauto Cęcilioq̄ ꝑmiſ
ſūſit verba fingere, cur mihi nō liceat latinū ampliare ſermonē: & nouis vti verbis: Inuideor poſuit ꝓ inuidet
mihi, Debemur morti nos noſtraq̄. Cōprobat nūc morti vniuerſa eſſe deſtinata: etiā verba iterire cū opera
hoim Sterilisq̄ diu palus. Diuus Cęſar duas īſtituerat res facere: Portū Hoſtieſem munire: & Pōtinā palu-
dē q̄ eſt in cāpania: ad quadrageſimū miliariū emittere ī mare. Hāc ergo ſignificat ī hoc recepiſſe: vt iā aret
Seu curſū mutauit iniquū frugib⁹ amnis doct⁹ iter meli⁹. Tyberim intelligim⁹: hūc eṁ agrippa deriuauit q̄
nūc vadit antea per velabrū fluebat. Cadentq̄ Quę nunc ſunt in honore vocabula ſi volet vſus. hoc eſt ra-
tio loquendi. vſus enim nihil aliud eſt q̄ regula ſermonis latini.

¶Pro verbi decoro ſeruando monet vt ī nouitijs tenues.i.parci & cauti.i.circūſpecti & ꝓuidi ſim⁹: ne aut — ASCen.
ridiculi aut futiles habeamur: ī tritis aūt & vulgatis nō vulgares: ſed egregij: vtentes eis aliquando tranſlati-
ue: q̄ tūc tm̄ grām habent qñ quo transferunt facile agnoſcit. De hac re ita dicit Cicero ī de oratore. Ergo il-
le tenuis orator modo ſit elegās: nec in faciendis verbis erit audax: & in trāſferēdis verecūdus & parcus: & — de nouis
in priſcis reliquiſq̄ ornamentis & verborū & ſententiarū remiſſior. hec ille. q̄ bis poetę noſtri verbi cōfor- — fugiēdis.
miſſima ſunt. Sed vt ad auctorē noſtrum peculiarius reſpiciam: conſideraboq̄ anxie & ſcrupuloſe vocabu-
lorum nouitiorum fingendi poteſtatem faciat. Si forte inquit neceſſe eſt &c. q.d. ſi reprehēſionē euitare vo-
luerim⁹: hæc occurrāt oportet: vt videlicet ſit neceſſariū rei noue vocabulum effingere: cum vetus nondum
ſit aut nō extet. Deinde vt id pudenter faciamus (non ſtaret autem verſus, nec tanta eſſet vis ſentētię ſi pru
denter legatur) pręmuniēdo videlicet vt dicemus hmōi particulis, vt ita loquar &c. Tum vt parce ne affe-
ctaſſe videamur reb⁹ nouis aut innominatis vocabulum dare. nec carmen ſtaret ſi parce legatur. Nā ablati-
uus tertię ī e correptū deſinit: aduerbiū cōparabile in e productum. leges ergo parce, Tum vocabulū gręco
fonte cadat, ne barbarū ſit penit⁹. Deniq̄ ſi id licentiæ non laudi dandum putabimus. Neq̄ vero periculoſi⁹
fingemus etiā doctis penitus incognita: ſed cinctutis nō exaudita Cethegis Mirus autem artifex poeta quid
precipit etiā exēplis docet. Nam cinctutis noue pro cinctis dixit. Sicut induperatorē ſat yrographus pro im-
peratore. Cethegorum autem familia vt ex Salluſtio in catilina colligere licet, nobilis fuit Romæ: & ſūmū — Cethegi.
bonum in celeritate conſtituit. Præterea noue dixit Inuideor ꝓ eo quod eſt mihi inuidet. Apte autē dicit de
torta: quaſi nō nata ſponte ſed violenter expreſſa. Græco fonte. Metaphora eſt a riuis: atq̄ ita docet quomo
do etiā veterib⁹ noue vtimur. Sed quia idē fere iudicium eſt de veterrimis & recentiſſimis vocabulis: vtraq̄
enim ſunt fugienda: audiamus quid de vetuſtis cenſeant peritiores. Vitanda autē eſſe nimium vetuſta voca — De vetu
bula apud Au. Gellium Atticarum noctiū lib. primi ca.x. ſic admonemur. Phauorin⁹ philoſoph⁹ adoleſcē- — ſtis fugiē
ti veterū verborū cupidiſſimo, & pleraſq̄ voces nimiū priſcas & ignotiſſimas in quotidianis cōibuſq̄ ſer- — dis.
monib⁹ exponēti: Curius inquit & Fabricus & Coruncanus antiquiſſimi noſtri & his antiquiores Horatij
illi trigemini plane & dilucide cū ſuis fabulati ſunt: neq̄ aurūcorū aut ſicanorū aut pelaſgorū qui primi co
luiſſe italiā dicūtur: ſed ætatis ſiue verbis locuti ſunt aūt perinde quaſi cū matre Euādri nūc loquare: ſermo
ne multis ānis iā deſito vteris: ꝙ ſcire atq̄ intelligere neminē vis que dicas. Nōne hō inepte vt q̄d vis abū-
de cōſequaris taceres, Sed ātiq̄tatē tibi placere ais: ꝙ honeſta et bona & ſobria & modeſta ſit. Viue ergo mo
rib⁹ pteritis loquere: verbis preſentib⁹. Atq̄ id qđ a.C. Cæſare excellētis ingenij ac prudētiæ viro: in primo
de analogia libro ſcriptū eſt. Tanq̄ ſcopulū ſi fugias inauditū atq̄ inſolēs verbū. Hec ille. Quintilian⁹ aūt lib.
i. inſtitutionū ſuarū titulo de vetuſtate ſic. Verba & a vetuſtate repetita nō ſolū magnos aſſertores hñt: ſed
etiā afferūt orationi maieſtatē aliquā nō ſine delectatione. Nā & auctoritatē antiq̄tatis hñt: & ꝙ intermiſſa
ſunt grām nouitati ſimilē parāt. Sed opus eſt modo: vt neq̄ crebra ſint hęc, nec maīfeſta: q̄a & nihil eſt odio
ſi⁹ affectatiōe nec vtiq̄ ab vltimis etiā obliteratis repetita tpib⁹, qualia ſunt topper: & antigerio: & exāc̄la
re: & proſapia: et ſaliorum carmina vix ſacerdotib⁹ ſuis ſatis intellecta. Sed illa mutari vetat, & religio, & cō
ſecratis vtendum eſt. Oratio vero cuius ſumma virtus eſt perſpicuitas: q̄ ſit vitioſa ſi egeat interprete, Ergo
vt nouorum optima erunt vetera: ita veterum maxime noua. Hec illi. Quorum alter penitus vitanda do-
cet veterrima queq̄: alter cum moderamine niſi exoleta fuerint, in ſermonem noſtrum aſciſcēda. De qua re
compendioſe ſane atq̄ vtiliter vt in reliquis ſic loquitur Sulpitius, Ex obſcuris & exoletis que omnino vi-
tanda ſunt famā eruditionis non affectabis. Cauebiſq̄ eam nimiam diligentiā & circūlocutio nem: que ob-
ſcurās orōnē grām & fidē amittit. Dicēdūq̄ eſt apte: ne ad nos intelligēdos ſit opus iterpte. Nā nō intelligi
vel maximum vitium eſt. Quatenus autem auctoritas maiorum nobis imitanda ſit proſequitur idem Quin — de aucto
tilia eodem ca. dicēs Similis eſt circa auctoritatē ratio. Nam etiam ſi poteſt videri nichil peccare qui vtitur his — ritatequa
verbis que ſummi auctores tradiderunt: multum tamen refert non ſolum quid dixerint: ſed quid etiam per- — tenus no
ſuaſerint. Neq̄ enim tuburcinabundum & lurcinabundum iā in nobis quiſq̄ ferat: licet Cato ſit auctor. Nec — bis imitā
hos lodices q̄q̄ id Pollioni placeat. Neq̄ gladiolā atq̄ Meſſala dixit: nec parricidatum: quid in Cœlio vix — da ſit.
tolerabile videtur: nec collos mihi. Caluus perſuaſerit: que nec ipſi iā dicerent. hec ille. Non ergo omnia que
auctoritatem habenti niſi & conſuetudinem habeant imitari liceat. Non enim quia in Plauto legimus deli-
ciam papauerem. gutturem: & in Cic. nex & odias & in alijs que vſu grāmaticorum interdicuntur: ſic quo
q̄ loquemur. Vt vero quid de conſuetudine quam ſeruatam oportet: ſentiendum ſit non ambigatis: ſubieci
eiuſdem Quintiliani lib. i. titulo de conſuetudine veteris ſermonis, verba que huiuſmodi ſunt. Supereſt igi- — de cōſue
tur conſuetudo. Nam fuerit ridiculum malle ſermonem quo locuti ſunt homines: q̄ quo loquantur. Et ſane — tudīe ve
quid eſt aliud vetus ſermo, q̄ vetus loquendi conſuetudo, Sed huic ipſi neceſſarium eſt iudicium. conſtituen — teris ſer-
dumq̄ in primis idipſum quid ſit quid conſuetudinem vocemus. que ſi ex eo quid plures faciunt nomen acci — monis.
piat: periculoſiſſimum dabit preceptum non orationi modo: ſed (quod maius eſt) etiam vitæ. Vnde eṁ tan
tum boni vt pluribus que recta ſunt placeant: Igitur vt velli, & comā in gradus frangere, & in balneis cō-
potare quamlibet hæc inuaſerint ciuitatem: non erit cōſuetudo, quia nihil horum caret reprehēſione: At la
uamur: & tondemur: & conuiuimus ex conſuetudine. Sic in loquendo nō ſi quid vitioſe multis inſederit ꝓ
regula ſermonis accipiendū erit. Nā vt tranſeam quēadmodū vulgo imperiti loquuntur: tota ſępe theatra
& omnem circi turbam exclamaſſe barbare ſcimus. Ergo conſuetudinem ſermonis vocabo cōſenſum eru-
ditorum: ſicut viuēdi: conſenſum bonorum. Hæc ille. quæ de his ſatis, Idem tñ Quintilianus de varietate vo
cabulorum de antiquis ac tranſlatitijs ſic differit. lib. i. Propria ſunt verba cum id ſignificāt in quod primū de
noīata ſunt tranſlata cū aliū natura intellectū: aliū loco ꝑbēt. vſitatis tuti⁹ vtimur noua: nō ſine quodā picul o
&c. exeūt. Audendū tñ. Nāq̄ vt Cicero ait, etiā que primo dura viſa ſunt vſu molliūt. Cōſuetudo vero cer
tiſſima loquendi magiſtra vtendumq̄ plane ſermone vt nummo cui publica forma eſt. Idem lib, viij. Cum
ſint autem verba propria, ficta, tranſlata: proprijs dignitatē dat antiquitas. Nāq̄ & ſanctiorē & magis admi
rabilem faciunt orationem quibus non quilibet fuerat vſus. Eoq̄ ornamento acerrimi iudicij Publius virgi-

Ens esse lius est vsus. olli enim & quia nã & mis & pone pellucent. aspergũtq; illã q̃ etiam in picturis est gratissima vetustatis imitabilem arti auctoritatem. sed vtendum modo: nec ex vltimis tenebris repetenda. & paulopost. Multa ex græco formata noua, ac plurima Sergio flauioq; dura: quemadmodum videntur vtiq; ens & essentia: quæ cur tantopere aspernemur nihil video: nisi q; iniqui iudices aduersus nos sumus. Ideoq; paupertate sermonis laboramus. Quædã tamẽ perdurant. nam & quæ vetera nunc sunt: fuerunt olim noua & quędam in vsu perq̃ recentia. Et iterum paulopost. Nã cũ sint verborum alia vt dicit Cice. natiua. i. que significata sunt primo sensu: alia reperta quæ ex his facta sunt: vt iã nobis ponere aliqua que illi rudes homines primiq; fecerunt, fas non sit. At deriuare flectere coniungere quod natis postea concessum est, quando desiit licere? Et si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remedii. premuniendum est: vt ita dicam: si licet ita dicere: permittite mihi sic: aut cõsimiliter. hęc ille. Sunt autẽ qui tribus de causis nouis aut transflatitiis cum venia vti nos moneãt: vel quia res nouitia est: & ob id veteri vocabulo carens: vt bombarda machina bellica nuper inuenta. quod vocabulum fictũ est a bũbo. i. a sono, & ardeo: quia cũ ardore editur. Similiter quando rei deest vocabulũ vt grossus aut nodus in vitibus ex quibus pãpinus exit: quos gẽmas Marro vocat ꝓpter gẽmas quæ in nodis digitorũ pellucẽt: Sic sitire segetes: & fructus laborare dicimus. At quia res obsœna est, vnde Virg. folliculũ concipiendi seminis genitale aruum & sulcos appellauit dicẽs Georgi. iij. Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus Sit genitali aruo: sulcosq; oblimet inertes. vel quia nota & iucunda est trãslatio: vt flumen & torrẽs notũ est vocabulũ aquæ fluentis. Transfertur aũt ad oratiõnẽ q; simile quiddam habet. Nã vtrumq; fluit. & lumen orationis: & generis claritatem: & concionũ procellas dicimus. vt Cicero pro Milone. Clodiũ fontẽ gloriæ appellat. debent enim in translationibus tã verborũ q̃ rerũ duo seruari Alterũ vt clare sit: Alterũ vt nõ dissimiles ijs ad q̃ trãsferũtur. Accurrãdũ quoq; est vt metaphoræ. i. trãslatiões ꝑdurẽt. Turpe eñi est a trãslatitiis ad ꝓpria & ad primigenia vel ecõuerso redire. vnde vt Cice. docet Si quis amicos simulatos hirundines vocet, q; sicut hirundines aduentante hyeme auolant ita illi ingruẽte ad uersitate aufugiunt: non dicet. Speraui cibo meo gallinã educasse: sed hirundinẽ offendi: prima eni hyeme aufugit. sed auolauit. vt autẽ inquit Quintilianus: Translata probari nisi contextu orationis non possunt. Sed ad explanationem veniamus que talis est. Tu tenuis. i. exilis & modicus, & cautus. i. circunspectus in serendis. i. de nouo fingendis verbis. i. vocabulis, dixeris egregie. i. excellenter & non vulgariter, si iunctura. i. cõpositio callida vtpote facta a viro experto. i. elegans & insueta elocutio & coherens sermo reddiderit. i. effecerit verbum notum. i. tritum & vulgare nouum. i. quasi recens ortum ac inuentum. si necesse est forte. i. a casu abdita rerum. i. res abditas & nondum nominatas monstrare. i. significare indicijs. i. vocabulis conceptum mentis indicantibus recentibus. i. recenter factis, continget. i. cum difficultate eueniet: & licentia sumpta pudenter. i. cum pudore dabitur. i. cõdonabitur, fingere verba sup. nõ exaudita. i. non intellecta Cethegis. i. eiusmodi viris quales erant Cethegi, cinctutis. i. ad bellum accinctis & militaribus. Nã imbelles Virgilius discinctos appellat dicens. Fecerat ignipotens discinctos mulciber afros. Et Persi. Non pudet ad morem discincti viuere nacæ? & verba noua & ficta nuper. i. recenter habebunt fidem. i. pondus: & auctoritatem si cadat. i. deriuentur, detorta. i. versa parce. i. sobrie de fonte græco: id est origine græca. Autẽ pro sed, quid dabit. i. permittet Romanus Cæcilio & Plauto veteribus comicis ademptum. i. negatum Virgilio & Vario poetis recentioribus? q. d. nihil. Et si ego possum acquirere pauca, sub. vocabula noua cur inuideor. i. cur mihi inuidetur? (Et, hoc dicens noue vsus est verbo) Cum. i. quandoquidem lingua Catonis & Enni. i. Ennij poetæ ditauerit. i. locupletauerit sermonem patrium. i. latinum: & protulerit. i. effinxerit noua nomina. i. noua vocabula rerum licuit. i. licitum fuit & licebit semper producere. i. ad notitiam hominum deducere nomen. i. vocabulum signatum. i. effictum nota. i. notamine: siue moneta presente. i: qua presentes vtuntur: iuxta verbum Quintiliani qui sermone vt nummo cui publica forma est, vtendum vult. Est enim translatio a nummis. Vt. i. quemadmodum syluæ mutantur folijs. i. frondibus suis in annos. i. per annos pronos. i. volubiles & decliuos/cito labentes & instabiles: vt inquam prima sub. folia cadunt. i. decidunt: ita vetus ætas verborum. i. vocabulorum interit. i. deperit: & verba modo. i. pauloante nata. i. effica florent & vigent ritu. i. more iuuenum qui sunt in flore ætatis. Est autem exemplum sumptum ex. vi. Iliados: vbi Diomedes cum Glauco certans eius genus percontatus est. Ad quem Glaucus in hæc verba sic traducta respondit. Quid genus & stirpem rector generose requiris? Tale viris genus est quales in robore frondes. quæ scilicet intereunt & renascuntur. Nec ab re dicit in annos. q. d. in circulos: quia vicissitudo rerum circularis est. Et dictus est annus quasi circum natans ab an quod est circum. & ideo ab Homero depingitur dracone caudam suam mordente, iuxta quod Virg. in Geor. Redit agricolis labor actus in vrbem: Atq; in se sua per vestigia voluitur annus. Probat aũt trib⁹ argumẽtis atq; exẽplis perire oia: pire hoies: pire verba siqdẽ recipitur i terrã fluct⁹: et q̃ antea arabat mõ fit loc⁹ nauib⁹. si ergo natura mutat maris et terrę q̃to magis debem⁹ credere pire hoies et ṽba eorũ? vñ ergo dicit debemur morti nos nraq;: vbi etẽ terra in mare ducit paludes, vtũtur i segetes flumĩa suũ mutãt cursũ: quid nõ mortale credas? Ostẽdit ergo argutissime ex visceribꝰ astrologiæ & naturalis sciẽtię vocabula recẽtiora debere recipi. Nã si ꝑuetustis vti non licet, opępreciũ est si loq volum⁹ noua fingam⁹: veluti q̃a decrepiti & nimiũ senes viuere nõ possũt, necesse est vt mũd⁹ ꝑpetuet: noui nascãtur hoies. Q. aũt vocabulo⁊ vs⁹ ab hoie euet⁹ iterire debebat natura sic volẽte vt recẽtiora floreãt, ꝓbat ꝑ violẽtiã naturę a maiorib⁹ dixi exemplis. Primum est de lucrino lacu: qui est iuxta Cumas, per quẽ auern⁹ in mare defluit. vnde Virgi. Geor. ij. An memorẽ portus lucrinoq; addita claustra, Atque indignatũ magnis stridoribus equor, Iulia qua ponto longe sonat vnda refuso. Vbi Seruius. In Baiano sinu campaniæ contra puteolanam ciuitatem: duo lacus sunt auernus & Lucrinus: q olim propter copiam piscium vectigalia magna præstabant. sed cum maris impetus plerũque erũpẽs exinde pisces excluderet, & redemptores grauia dãna paterentur, supplicauerunt senatui: & prefectus Caius Iulius Cæsar ductis brachijs exclusit partem maris quæ ante infesta esse consueuerat, & reliquit breue spatium ꝑ auernum quo & piscium copia posset intrare, & fluctus non essent molesti, quod opus Iulij dictum est. Et hic regis opus appellatur. Nã regis opus est mare adimere terræ vel admittere. Reges enim talia faciunt. secũdum Acronem tamen non Iulium, sed Augustum dicit. Et re vera vtriusque opus est: quia tẽpore Augusti iterum erupit mare: sed Augustus nisus est iterũ repellere. vñ Virg. ix. æneí. Qualis in euboico baiarum littore quondam Saxea pila cadit magnis quam molibus añ Constructam iaciunt ponto, sic illa ruinam Prona trahit penitusque vadis elisa recũbit. Miscẽt se maria & nigræ attolluntur arenæ. quibus verbis ostẽdit humanam diligentiam contra naturæ impetũ nil posse. Secundum exemplum est de palude pontina, quã vt ex cõpendijs in. xvi. Liuij colligitur, Cornelius cethegus desiccauit ita vt iam arata largã vbertatem frugum afferret. Hæc Horatij tp̃e inundatione laborauit: quam Iulius Cæsar desiccare voluit nisi ꝑuentus morte fuisset. De his tamen sic dicit Acro. Diuus Augustus duas res diuinas fecit: pontinã paludem siccauit vt ad mare meatum haberet: post etiam arari posset. Et portũ Lucrinũ

Fictitia ꝑmunienda sunt.

Qñ nouis vti liceat.

Bõbarda

Gemmæ

Trãslatio apta.

Annus.

Exẽplaria.

Lucrin⁹ lacus.

Pontina palus.

muniuit.tertium exemplum est de Tyberi: qui Augusti tempore repletus fragmentis murorum dirutorum Romam obruit pro magna parte. Vnde augustus ei aliã viã signauit ab eo loco: quod velabrum a velis vel a vectura dicebatur: vbi Vertunnus colitur. De quo Propertius in secunda quarti. Romanũ satis est posse vi dere forum. Hac quondam Tyberinus iter faciebat: & aiunt Remotum auditos per vada pulsa sanos. At postq̃ ille suis tantum concessit alumnis Vertunnus verso dicor ab amne deus. Seu quia vertẽtis fructus per cepimus anni Vertunni rursus credidit esse sacrum. Ordo igitur est. Nos debemur.i: obnoxij sumus morti.i. interitui: q; pro & nostra debẽtur sup. morti: siue neptunus.i. fluxus maris receptus sup. in alueos suos tanq̃ in locum propriũ arcet.i. amouet classes.i. naues terra aquilonibus.i. per tales ventos: quod sup. est opus regis vt pote Iulij Cæsaris & postea Augusti: Siue sup. palus pontina diu sterilis.i infœcũda & apta remis.i. na ui gationibus alit.i. nutrit vicinas vrbes: & sentit aratrũ graue propter fœcũditatẽ terrę, que quia pinguis est ara tro adhęret. seu amnis, vt pote Tybris doctus ab Augusto iter melius.i. cõueniẽtius mutauit cursum suũ ini quũ id est contrarium & nociuum frugibus: facta mortalia.i. mortalium, peribunt.i. interibũt: nedum.i. non modo honos.i. decor: & viuax gratia sermonũ.i. locutionũ & vocabulorũ haud i. nõ stet.i. perduret. hoc est non solũ vocabula non permanebunt in vigore sed & alia omnia hominum inuenta peribunt, cum & na turalia immutentur. Multa vocabula renascẽtur quæ cecidere iam: & multa cadent.i. interibunt quę nũc sũt in honore si vsus volet, penes quẽ sup. vsum.i. in cui⁹ potestate est arbitrium.i. liberum iudicium & vis.i. po testas & norma.i. regula loquendi. Addamus superioribus pauca. primũ illic Græco fonte cadãt. allud Quin tiliani lib. viij. Vt primo libro dixi græcis magis concessum est fingere. qui sonis etiam quibusdam nõ dubita uerunt nomina aptare nõ alia libertate q̃ illi primi homines rebus appellationes dederunt: nostri aut in iungẽ do: aut deriuãdo paulum aliquid ausi vix in hoc satis recipiuntur. Secundo quosdam petitos viros legere Qđ autẽ, non quid autẽ vt sit ordo dabit Roman⁹ Plauto & Cæcilio quod adeptũ est Virgilio & Vario: quasi dicat minime. Et argumẽtat̃ ab auctoritate: quia nõ minor videt⁹ eẽ auctoritas posterioribus⁹ q̃ priorib⁹. Plau tus ex Vmbria sarsinas fuit, de quo Aul. Gellius lib. iij. capite. iij. In pistrina Plautũ scripsisse Varro & pleri q; alij memorię tradiderunt quum pecunia omni quã in operis artificum scænicorum pepererat in mercatio nibus perdita inops Romã redisset: & ob acquirendum victum ad circũagendas molas quę trusatiles appel lantur operã pistori locasset. Cuius epitaphium Varro in lib. i. de poetis ponit dicens. Postq̃ est morte capt⁹ Plautus comœdia luget: scęna est deserta. Risus ludus iocusq; & numeri Innumeri simul omnes collachry marunt. Cæcilius autem hic Statius dictus natione Gallus fuit insuber. Alij quasi Gallis eam gloriam inuidẽ tes Mediolanensem & Ennij contubernalem dicunt fuisse. Obtinet autẽ Sedigito iudice primũ inter comi cos locũ. Multum tamen a Menandro eũ frigere docet Gellius lib. ij. capite. ix. Tertio ibidem melius legi Va rio q̃ Varro. Varus enim belliger & poeta fuit qui Aeneida virgilianam corrigendam suscepit: Varius au tem de quo auctor noster in carminibus scribit Vario fortis & hostium victor mœnij carminis alite. Et prio sermonum, Plocius & Varius Sinuessę Virgiliusq; Occurrunt animæ. quales neq; candidiores Terra tulit &c. Et in eodem saty. x. Forte epos acer: vt nemo: Varius ducit: molle atq; facetum Virgilio annuerãt gau dentes rure camœnę. item veram lectionem esse puto. Nedum sermonum haud stet honos. sic enim dema tur negatio haud: sensus esset honorem sermonis stare: quod poeta pernegat. Nunc ad regulam quæ talis est.

Vetũn⁹ — Grecis p̃missũ fin gere. — Qđ autẽ — Plautus. — Cecilius. — Gallus. — Varius.

In vocabulis effingendis & perci ac cauti erimus, poterimus autem tritis vocib⁹ nouarum gratiã mereri. si eas callide.i. per quãdã trãslationẽ aut cõstructionẽ non vulgarẽ coiũxerimus. Qđ si rebus pręsertim nouis ac nuper inuentis necessum est nouũ vocabulũ imponere: imponemus id parce, prudentes.i. premisso verbo ve nię, & iuxta grecã originẽ. Neq; vero decẽter fingere vetamur: cũ natura indicet rerũ innouationẽ: quę tã in verbis q̃ in cęteris rebus naturalibus & humanis id est artificialibus toleranda est. Summopere autem annitendum est: iis potissimũ vta mur, quę pręsens doctorum consuetudo atq; vsus comprobat.

Res gestæ. docet quomodo singulę res & quibus metris scribendæ sunt. Numero. metro: vt Numeros me mini si verba tenerem:

ACR.

Res gestæ re. du. incipit nunc loqui de omnibus metris. de elegiaco & iambico.

In hac parte aggreditur poeta decorum rerũ prælibãs varia genera & varias qualitates carminũ cũ eorũ inuentoribus iuxta diuersitatem rerum. Et pri mo loquitur de heroico carmine: quod & digni tate & antiquitate primum esse constat. Digni tate quidẽ. quia vt græce definitur: est diuinarũ

POR. — ASCen. — Heroicũ carmen.

Res gestę regumq; ducũq; & tristia bella
Quo scribi posset nũero mõstrauit Homer⁹

& heroicarum humanarumq; rerum continẽtia. itaq; argumenti dignitate cæteris præstat: quia tragicæ res ob id humiliores censentur q; tristem exitum habent. Excellit pręterea stili qualitate seu charactere. Nam cũ triplex sit scribendi character humilis siue tenuis. quo in Bucolico Virgili. vsus est, et mediocris quo in Geor gicis: & sublimis siue altiloquus quo in Aenei. sublimis maxime heroico carmini quadrat, quod grece Epos dicitur ab eo quod est ἕπομαι.i. sequor quia in eo dicenda ea quæ iam dicta sunt perpetuo tenore sequuntur Nã raro partem orationis & rarissime sententiam totam cum carmine terminam⁹. Neq; vero quodlibet he hexametrum heroicum dicitur: quia & satirica & doctrinalia hexametra sunt. sed non continuo Heroica: quia non continent heroum gesta: neq; diuorum hominumq; iuncta. Antiquitate quoq; præstat. quia vt in quit Plini. heroicum carmen oraculo debemus vnde poeta noster postea. Dictæ per carmina sortes Et vitæ monstrata via est. & gratia regum Pierijs tentata modis/ludusq; repertus. Et longuorum operũ finis ne for te pudori Sit tibi musa lyræ solers & cantor apollo. vnde & Pythium hoc carmen dicitur: quia cum Apollo in matris vltionem pythonem serpentem interemisset. accollæ eius dei laudes hoc carmine celebrabãt. Vel quia pythiæ phœbi sacerdotes hoc versu ipsius oracula seu responsa pronunciabant. que ideo pythiæ dictę sunt q; pythoni corio tripos delphicus tegebatur. vnde et cortinam dictam volunt. Q. autem hoc carmine heroum gesta canenda sint, maxime indicauit Homerus: qui vt inquit Pli. fons ingeniorum est. Et vt Dona tus. etiam comicis & tragicis legem prescripsit: is autem Iliada de regum gestis. & fortissimorum ducum egre gijs facinoribus descri. ẽt: cuius decorum ita colligit Sulpitius. Hexametri heroici decorum in apta pedũ cõ mixtione & varietate seruabit: si pes non terminet partem orationis nisi forte in primo quarto quinto. ve lo co. Et si dactylici pedes alternis vel interiectis spondaicis temperentur & contra illepidus est enim versus p̃ fæ. intercisaq; nimis oratione succusans. & maxime si secundus pes partem orationis terminet vehementer

Epos. — Hexame trum. — Antiqũtas Heroici carminis. — Pythium carmen. — Pythiæ. — Hexa me tri heroici decorum.

offendit. quod fiet minus indecore in tertio si in monosyllabum desinat & dictiones exiguæ sint. Languide prosterni videtur q̃ spondeum habet in quinto. Insurgunt & fluunt canore. v. cõtinui dactyli. Inceduntq; cum decore spondei quatuor si ipsa res exigat. Sententia in versus sequentis partem discurrens, multorumq; carminum inter se supplicatio, quam alij cęsuram, alij cõma appellant, plurimum iucunditatis habet in loco: vt vbi aut suauitate, aut continuatione, aut vehementia opus est. Absoluto vero sensu cõstantia plus interdum grauitatis censentur habere. In trisyllabam vocem si desinant: fortius videntur insurgere. In mono-

Heroici car. vitia. Literarũ soni. syllabam nisi enclecica sit fingi videntur. Male in pentasyllabam & tetrasyllabam desinunt: gratius in bysyllabam. Vocalium crebras concursiones: eiusdẽq; literę & syllabe assiduitatem dissonantiamq; & sibilationem magis & q̃ in soluta oratione studiose vitabimus: omneq; cultum cum latinitatis integritate seruabim⁹ Verbis vtemur electis nunc suauibus nunc canoris vt res postulabit. Quare tenenda est vis elemẽtorũ vocales enim non sunt vocis eiusdem: i angustior est, e plenior. reliquę pleniores. semiuocales sonore sunt: maximeq; l. m. r. X. aspera est. s. frequentata sibilat, i presertim antecedente. Sed omnem asperitatem ipsa pronũciatione tam in singulis q̃ in contextis consonantibus facile cognoscemus. hæc & plura ille. Maxima autem laus est in hoc versu si primo quarto ac sexto loco spondeus sit, vt apud Virg. Decessisse videt sua iam ꝓmissa reposci. Item Immotamq; coli dedit & contẽnere ventos. Item cui non dictus hylas puer & latonia de-

Dactyl⁹ versus. Spõdaic⁹ los. Ex q̃ncq; dactilis fluit. vt Panditur interea domus omnipotentis olympi. Spondeus quinto languidum quidem versum facit sed loco congruum: vbi aut languor est dicentis aut sententię grauitas. Languor dicentis est i illo. ij. ęnei. Constitit atq; oculis phrygia agmina circũspexit. Et in illis artificiosis artibus, quos in vita Augusti Suetonius citat. Impia dum Phœbi cęsar mendacia ludit: Dum noua diuorũ cœnat adulteria: Omnia se a terris tũc numina declinarũt. Fugit & auratos Iuppiter ipse thoros &c. quasi numina (nã de Sinone manifestariũ) mœsto animo desceerint: atq; ita tardato gressu. Grauitas autem rerum aut sententiarũ est in illo Virgiliano: Chara deũ soboles magnũ Iouis icrementum. Semper autẽ vt Seruius precepit, vbi spõdeus est in quinto loco, ponitur dactylus in quarto. Plura patebunt in elegiaci carminis decoro. Dactylus in sexto non ponitur nisi abundans syllaba vocali sequenti absumatur. Ordo textus est. Homerus poeta ille insignis monstrauit. i. indicauit nobis exemplo suo quo numero. i. quo genere carminis res gestę regum & ducum & bella tristia (quod est bellorum perpetuum epitheton) possent scribi. i. decantari: quia heroico hexametro, quo vsus est. Vnde sit regula.

Heroum, principumq; virorum inclyta facinora heroico carmine, quale est Homeri in Iliade, & Maronis in Aeneide, describi volunt.

ACR. Versibus impariter iũctis. Elegiacũ significat. quia elegiacũ metrũ minus habet syllabarũ q̃ heroicus versus q precedit. q̃ elegiacũ metrũ cõstat ex pẽtemimeri. i. ex duob⁹ dactylis syllaba. qs tñ iuenerit elegiacum icertũ est. Vel versib⁹ impariter iũctis. i. alterno metro. vnus em̃ hexameter versus est: alter pẽtameter. hoc inquit metro primo tristia, post etiã cœpere lęta describi. Post etiã iclusa est res tristes & lugubres primo elegiaco carmine scribebantur: post etiã lętę.

Versibus impariter iunctis q̃rimonia primum
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor
Grãmatici certant: & adhuc sub iudice lis est.

POR, Versibus impariter. imparibus. Nam hexametro priore, sequẽti pẽtametro scribũtur.

AScen. Elegia. Prosequit elegiacũ carmẽ: de quo Diomedes grãmatic⁹ i hęc verba. Elegia est carmẽ cõpositũ hexametro versu pentametro ad inuicẽ positi. vt Diuitias alius fuluo sibi cõgerat auro. Et teneat culti iugera magna soli quod genus carminis scripserunt apud Romanos Proptius & Tybullus & Gallus imitati gręcos Callimachum & Euphorionẽ. Elegia autem dicta siue a lugendis mortuis. fere enim defunctorum laudes hoc carmine comprehendebant. siue a miseratione, que gręce ẽ λεος dicitur. ꝙ Tyrrhenus gręciq; elegias isto metro scriptitauerunt. Cui opinioni consentire videtur Horatius ad Albiũ Tibullũ elegiarũ auctorem scribens qui ab ea qua diximus miseratione elegos miserabiles dicit hoc modo. Neu miserabiles decantes elegos apud Romanos autem id carmen quod cum lamentatione extremum atq; vltimum mortuo canitur. Nænia dicit. Elegia autem videtur cognominari ꝙ mortuis vel morituris ascribitur. hęc ille. De inuẽtore autem huius carminis vt poeta noster asserit, inter grãmaticos controuersia est. Sunt tamen quibus placet vt Theocles Naxi⁹ cũ isaniret, p̃m iuenisse dicat. Nã vt dicũt elegia ab ελεγινω. i. isanio dr̃ De hui⁹ carminis decoro Sulpit⁹ Verulanus ita differit. Pentametrũ elegiacum sensum cõcludere debet, suauiusq; vocem bissillabã desinit. Proxime pentasillabam, tetrasillabãq;. Pessime in trisyllabã & monosyllabã hęc ille. Nunq̃ ergo pręcedentis pentametri sententia hexametro sequenti perficietur, sed ediuerso & fere binis versibus sensus cõcludetur, aut in binis prioribus erit quędã suspensio, quę binis sequentibus penitus absoluetur. Nam rarissimũ est vt in sextũ suspendatur sententia. Et quia binis fere sententia cõcluditur, ideo quidam vnũ versum esse voluerunt, vndecim. s. pedũ. Pulchrum pręterea est (quod & fluens efficit carmen) tam hexametrũ q̃ pẽtametrum gemina cõtinere epitheta siue adiectiua cũ suis substantiuis: quorũ talis solet esse situs, vt ambo adiectiua preponantur & substantiua subsequantur, sic vt prius substantiuũ priori adiectiuo respõdeat, & posterius posteriori. Vt apud Tibullum. Aut gelidas hibernus aquas cũ fuderit auster. Item Quẽ facit impresso mutua dente venus. In qua re cauendũ est ne cõsimilibus vocalibus terminentur: sicut in Buco. Mollia luteola pingit vacinia caltha. quę cõfusio tamẽ per quãtitatẽ syllabarũ tollitur. Potest etiã pręponi vnũ adiectiuũ & inter ipsum & substantiuũ aliud adiectiuum poni cũ suo substantiuo sicut in versu iam dicto. Et teneat culti iugera magna soli. Idẽ Tibullus. Vincũtur molli pectora dura prece. Pulchrũ præterea est vt prima syllaba tertij pedis sit vltima dictionis & primus pes sit dactilus & secũdus spondeus. nec frequens est vtõ versũ claudere, sed totum carmen quauis bona sentẽtia finire non indecorũ est. Neq; vero semper eadem obseruãda sunt. Nam varietas vt in picturis ita in omni dicendi genere gratiã habet. At vt Quintilian⁹ monet, nimius fucus exquisitusq; ornatus vitandus est. Q̃m autem pulcherrimũ est vt verba rebus quadrent. Qui etenĩ epitaphia aut nęnias hoc carmĩe scribere volet sicut sentẽtias graues & seueras, ita verba & seuera & rigida habebit. Qui epigrãmata: salibus & facetijs plurimis vtetur. Qui amores: iocis blanditijs: minis: nugis: precibus: suspitionibus: suspirijs: questibus: gaudijs mœroribus, & id genus rebus alijs eos cõferciet. Qui res sacras aut quamuis disciplinam, vt Ouidius in fastis, multis eruditionibus varijs hystorijs & sententijs congruis locupletabit. Non ergo sola querimonia elegiaco carmine describitur: vnde dicit poeta. Querimonia. i. querela vt defunctorum aut misere amantium: inclusa est primum. i. a prima institutione versibus vtpote elegiacis iunctis. i. connexis impariter. i. impari numero pedũ: quia hexametro cũ pẽtametro: sententia compos

Tibulli. carmen. Elegiac scriptores.

Elegia. Nenia. Pẽtame. decorum

verba rebus aptãda,

voti.ideſt deſiderij ſui,hoc eſt quę potitur voto,eſt etiã incluſa poſtea vel apud poſteros. Tamen grãmatici certant.i.diſputant & contẽdunt quis emiſerit.i.primũ ediderit elegos.i.luctus hoc eſt verſus elegiacos exiguos.i.modicos reſpectu heroicorũ:vel quia epigrãmata,epitaphia,& alia breui hoc carmine ſcribũtur: vel quia ſententię non in multos verſus extendũtur.Et lis.i.cõtrouerſia eſt adhuc ſub iudice.i.nõdũ eſt ſententia data,quia adhuc dubitatur quis fuerit auctor. Auctor edit & emittit opus.quod exire dicitur. Perſius. Si quid tamen aptius exit.Qui in contẽptum diminutiuo vtitur dicens.Si qua elegidia crudi Dictitarunt proceres.Sicut ab epiſtola fit epiſtolium.

Regula

Res lamentabiles vt epitaphia & miſere amantium querimonię.elegiaco verſui cuius incertus eſt auctor conueniunt.

ACR.

¶Archilochũ proprio rabies armauit iambo.Iãbicũ metrum primum Archilocus inuenit:quo vſus eſt in Lycãben:quẽ perſecutus eſt:ꝙ ei Neobolen deſponſatam iam filiam denegauit:intantum vt Lycãbes iãbos voluerit morte vitare.nam ad laqueum confugit.Hunc ſocci cepere.Comœdiam ſignificat.Grãdeſꝗ cothurni.magnæ laudes clamantium exceperunt hunc pedem:aut grandes cothurni tragœdię,ideo autem i du bio poſuimus:quia difficile hoc metro tragœdiographi vtuntur.Nam ſpondaico pene metro ſemper videntur ſcribere.Alternis ſermonibꝰ.illi. & illi.i. comœdię & tragœdię:aut perſonarũ ſpõſionibꝰ aut tãtũ comœdie quia i comœdie multę perſonę inuicẽſibi ſuccedunt. Et populares vincentẽ Altius ſonantem in ſcęnaꝗ clamor populi. Aptum.in agendis.i.in definiẽdis rebus. Tales ſtrepitus.excedit iſtepes:vt vincat populi clamores ꝗ iãbus vincit clamores ſpectantium:hoc eſt quia plus meretur laudari ꝗ laudetur. More hominũ dixit. Natũ ꝑpter.comœdiam.

Archilochũ proprio rabies armauit iambo,
Hunc ſocci cepere pedem grandeſꝗ cothurni
Alternis aptum ſermonibus:& populares
Vincentem ſtrepitus,& natum rebus agendis.

Archilocũ proprio ra.ar.i.Primus Archilocus iambos ſcripſit in Lycambẽ generum ſuum.Hunc ſo.ce. pedẽ grãdeſque cothurni.Quo comœdiæ & tragœdię ornatur:ꝗ iãbicus appellatur.nã hoc diſtat iãbicꝰ a iãbo ꝙ iambus ex iambis conſtat & maledictis armatur:iambicus autem metro magis ꝗ ratione ſimilis eſt iambo: Alternis aptum ſer.nihil enim poeta in tragœdia dicit,ſed plures perſonę,itaque heroicum heroum ſolet res referre:quid actum ſit,tragœdia agit.Et po.vin.ipſum altius in ſcęna ſonantem ꝗ populi clamor eſt. POR.

¶Hic ait de iambici carminis inuẽtore:oſtendens pedem vnde carmen dictum eſt,etiam comicos & tragicos ſibi ſumpſiſſe. De cuius quidẽ pedis eiuſque carminis decoro cũ illic dicendnm ſit.Syllaba longa breui ſub iecta vocatur iambus:nunc tantũ quę pręſentem locum aſpiciunt annotabimus.vnde dicit.Rabies,id eſt furor excandeſcens & nimium vehemens,armauit,id eſt quaſi telis muniuit in Lycamben,Archilocum:id eſt poetam illum iambo ſup.pede proprio,id eſt ab ipſo ad hoc munus inuento. Socci qui ſunt calcei comœdorũ id eſt ipſæ comœdiæ cepere,id eſt aſſumpſerunt hunc pedem,id eſt iambum:& cothurni,id eſt calcei tragœdorum grandes,id eſt altiſoni,ceperunt pedem hunc aptum,id eſt quadrantem & congruum ſermonibus alternis,id eſt alterius,vt Acrõ ſentit, ſiue comœdiæ ſiue tragœdię: & vincentem id eſt ſuperantem & ſedãtem ſtrepitus,id eſt turbas & cõmotiones populares:ipſius populi.Et natum,id eſt natura idoneum rebus agẽdis,id eſt ad agendas res.Circa quæ primũ reſpiciendum eſt ad hiſtoriam:quę huiuſmodi eſt.Lycamber ciuis Lacedæmonius Neobolem filiam deſponſauit Archilocho poetæ:quam eidem poſtea denegauit. Ob quam rem indignatus Archilochus ſic in patrem filiamque iambicis carminibus inuectus eſt,vt pater impatiens cõtumeliarum morte iambos illius vitare voluerit,Nam ad laqueum confugit & ſeipſum ſuſpendit.vnde Ouidius in Ibin.Tyncta lycambeo ſanguine tela.Erat autẽ Archilochus poeta Parius:cuius ſcripta Lacedæmonij publico edicto ſubmouerunt propter turpitudinem,vt videre eſt apud Valerium Maximum de ſeueritate,vel propter inuiaſm Lacedæmonij ſententiam,vt Plutarcus in apohthegmatis ſentit.dixit em̃ melius perdere arma ꝗ vitam.cum contra Lacedæmonij vitam cupiant pro laude paciſci.Sunt qui iambum ab. ιαπτω. i.noceo,maledico,mitto cum detrimento:alij ab ιαμβιζω quod apud antiquos dicebatur,nunc vero υβριζω quod eſt contumelior conuicior vitupero violo caſtigo,dictum volunt.Alij aliũde.ſemper autem triſyllabo vocabulo ꝓferri debet.Quia vero de decoro alibi locuturꝰ ſum,ſatis ſit nunc dixiſſe:ꝙ huiꝰ carminis pręcipui ſcriptores apud gręcos fuerunt Archilochus & hipponax. Apud Romanos Lucillius & Catullus. Secundo annotandum eſt quod prius tetigi,ſecundũ triplicem carminũ ſtylum eorũ auctores tripliciter in pedibus ornari.Nam tragœdi,ideſt tragœdiarum quę altiloquo ſtylo conſtãt actores ornantur cothurno ideſt calceamentis vtriꝗ pedi aptis & valde altis,quia vt dicitur primo Aeneidos,Virginibus tyrijs mos eſt geſtare pharetram,Purpureoꝗ alte ſuras vincire cothurno.Et Martialis Virgiliũ propter altiloquentiã cothurnatum vocat dicens.Grandi cothurnati pone Maronis opus.Comœdi vero.ideſt comœdiarũ actores ornãtur ſoccis per quos ſignificantur mediocre dicendi genus.Eſt enim genus calceamenti mediocriter alti:quo ruſtici vtuntur,vt atteſtatur Terentius in heauton.Qui vero infimũ genus agunt vt mimi, planipedes ſũt ideſt planis & non eleuatis pedibus enitentes.De tragœdiæ & comœdię decoro etiã paulo poſt dicemus. Tertio vbi dicitur,Et populares Vincentem ſtrepitus:annotabimus eius ſenſum dupliciter accipi.Aut ſic.vincentẽ ſtrepitus,ideſt plauſum a populo excitatũ.Ita vt propter celeritatẽ pedis ſtrepitus agentiũ populi ſtrepitũ vincat. Aut ſic vt ſit ſenſus,applaudit quidẽ populꝰ iſti pedi,ſed vincit populares ſtrepitus,ideſt applauſus:quia plus meretur laudari ꝗ laudetur.

Aſcen. Iãbicum carmen. lycãber Archilochus. Iambus. Triplex actorũ calceamẽtum. Soccus.

Regula eſt talis

Conuicia acria & maledica qualibus Archilochus in Lycamben vſus eſt,iambico carmini competunt.ſed comœdiæ & tragœdiæ iambum propter eius commoditatem recipiunt.

¶Muſa dedit fidibꝰ di. Lyrico carmine laudare deos & heroas olympiacos.Pueroſꝗ deorũ.Filios deorũ,more gręco.Vel pueros deorũ appellat heroas.Et pugilẽ victorẽ.Pollucẽ.licet alij dicant Pindarũ & amphionem:qui ante omnes ad palmã venerunt.Et equum.id eſt Caſtorem.Et iuuenum curas.amores.Et libera vina.liberas comeſſationes:quia liberiꝰ faciunt vina homines loqui.vt Anacreon.

Musa dedit fidibus diuos puerosq; deorum,
Et pugilem victorē: & equū certamine primū
Et iuuenum curas: & libera vina referre.

¶ Musa dedit fidibus di. puerosq; deo. nunc de Lyrico carmine loquitur. quo metro scribuntur aut heroum laudes: aut olympionicarum. Pueros autem deorum heroas dicit. Et iuuenum curas. hoc est amores: quos Lyrici celebrant. Et libera vina referre. qualia sunt Anacreontis carmina.

ASCEn Tangit Lyrici carminis materiā, dicēs φ Lyricis carminibus quæ dicuntur. Odei. i. Cantica vel Hymni laudes debentur priuatæ. & peculiares laudes diuorum, aut deorū victoriæ: amores aut potationes cuiusuis siue hominis, siue dei, siue alterius animantis. dicit ergo. Musa, id est dea inuētionis dedit, id est cōcessit: & permisit fidibus, id est chordis quib⁹ Lyræ & reliqua istrumēta musices resonāt: referre, id est recēsere & enarrare diuos. id est deos siue deorū laudes. Et pueros deorū, id est heroas & pugilem victorem, id est victoriam pugilis. Et equū primum certamine sup. curuli. & curas, id est amores iuuenum: & vina: id est potatiōes libera, id est quę homines liberos efficiunt. Pro huius carminis decoro primū seruandū est, vt pro dicēdorum qualitate carmen ipsum varium sit. nam in rebus lętis debet quodammodo fluere: in tristibus languere: in arduis & difficilibus tarditatē habere: quā pariunt literarum collisiones & monosyllabarum dictionū concursus. Itaq; Horatius in Lyrico carmine fere (vt Quintilianus inquit) solus apud Roma. legi dignus (Nam & insurgit aliquando: & plenus est iucunditatis & gratiæ: & varijs figuris & verbis felicissime audax) stati in principio ad Mecœnatis dignitatem respiciens læto & fluido vtitur carmine. Mox ad sese reuertēs & quātū illi esset obnoxius considerans, impedito, dicens: Mœcenas atauis edite regib⁹. O & præsidiū & dulce decus meū. In rebus etiā terribilibus r literā quæ terrorem inducit, & quā Persius caninā vocat, frequēter vsurpat sicut in sibilantibus, vt in niuis casu s literam, dicens. Iam satis terris niuis atq; diræ Grādinis misit pater & rubenti Dextera sacras iaculatus arces Terruit Vrbem. Secundo a nnitendum est & laborandum vt genus carminis pro qualitate rerum assumatur. Nam cum varia sint Lyricorum carminū genera: aliud alij materiæ cōgruit: quod probe obseruabit qui Horatiū ad vnguem inspiciet. Tertio accurrandum est ne φ oportet prolixior sit: & ne vltra centesimum versiculum progrediatur. Quarto cauendum est ne maiestas illa quæ i heroico carmine: aut magnifica tristitia, quæ in tragico: aut querimonia suffiebilis, que in elegiaco: aut nimia mordacitas, quæ in iambico aut satyrico primū exigitur, in hoc carmine redundet. Sunt etenim sui cuiusq; carminis tales: sunt suæ facetiæ atq; venustæ charites. quæ omnia is potissimū obseruabit qui ad ea nat⁹ est: aut optimorum diligentissimus imitator. Quia vero in omni carmine rerum personarumq; decora obseruanda sunt, ideo de ipsis in commune prosequitur poeta.

lyrici car decorum

Regula autem hęc est.

ACR. Lyricis carminibus atq; Odis seu canticis & hymnis cōueniunt deorum, herourū victorumq; iam pugilum φ equorū laudes: iuuenum ad hoc amores & conuiuia.

¶ Descriptas serua. vi. dispositū ordinē per species & expositas varietates si nescio prosequi: ac nō possum quare appellor poeta. i. si ea quæ præcepi nescio seruare: vt meis carminib⁹ inseram pulchras res vicissim ad decorandum opus. Poeta salutor. hoc secūdum grecos qui nomine officij salutant. χαῖρε ποιητής Cur nescire pudens praue. q. d. m. Ordo est. cur praue pudēs malo nescire φ discere: quare praue magis nolo discere φ turpiter ignorare: verbi grā: praue pudēs ē φ turpiter ignorat vel erubescit. si nescio? quare magis erubesco discere? Si nescis, non turpiter discis: sed si interrogatus fueris turpiter nescis si tacueris. nam praue verecundus est ille qui erubescit discere quod commodum est. Sunt quędam doctrinę quæ duplici scientia concipiūtur. Versum facere discis. Si audieris sex pedibus constare hexametrum siue heroicū metrum. dactylo & spondeo, ecce habes veram peritiam: debes alteram percipere: vt scias quomodo fit spondeus. & quomodo dactylus. Horati. si dedisti pręcepta quare nescis: possum scire quidē verbi gratia: quia iambico metro comœdia scribitur. Sed quomodo fiat iambicus nescio Versibus exponi tragicis. spondaicis: & altis sensibus aut verbis. Et hoc exequitur quid superius promiserat. Descriptas seruaræ vices. Res inquit parua & comica nō debet alte tractari & difficulter, vt tragica. Tragœdia enim alto stilo describi, comica vero humili gaudet. Priuatis. communibus, iacentibus sensibus quasi eni priuata sunt verba: quibus vtuntur. Ac ppe socco. Soccis comœdiam intelligim⁹. Cothurnis tragœdiā. Dignis carminib⁹ humilib⁹. verbis. Tragœdia eni altos sortita est sensus & verba. Narrari cœna. t. humilib⁹ verbis. Tragœdia exponi nō vult: & cōmunib⁹ sensibus. i. comico stylo. Singula quæq; locū. t. s. d. vnaquæq; res quō decēter inuenerit sibi locum: ita teneat. Interdū tamē & vocē. c. t. vt Teren O cęlū o terra o maria neptuni. itē, Pro summe Iupiter. Iratusq; Chremes comœdia de Chremete. Tumido ore. elato sermone. Et tragicus. p. d. Quia tragœdia semp dolores expo

Descriptas seruare vices operumq; colores
Cur ego si nequeo ignoroq; poeta salutor?
Cur nescire pudens praue φ discere malo?
Versibus exponi tragicis res comica non vult
Indignatur item priuatis ac prope socco
Dignis carminibus narrari cœna Thyestę.
Singula quęq; locum teneant sortita decenter.
Interdum tamen & vocem comœdia tollit,
Iratusq; Chremes tumido delitigat ore,
Et tragicus plerūq; dolet sermone pedestri.
Telephus & Peleus cum pauper & exul vterq;
Proijcit ampullas, & sesquipedalia verba
Si curat cor spectantis tetigisse querela.
Nō satis est pulchra esse poemata, dulcia sunto
Et quocūq; volet animum auditoris agunto.
Vt ridentibus arrident, ita flentibus adsunt
Humani vultus, si vis me flere dolendum est
Primum ipsi tibi, tunc tua me infortunia lędent
Telephe vel Peleu. male si mandata loqueris
Aut dormitabo, aut ridebo, tristia mœstum
Vultum verba decent, iratum plena minarum
Ludentem lasciua, seuerum seria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnē
Fortunarum habitum, iuuat aut impellit ad irā
Aut ad humū mœrore graui deducit & angit,
Post effert animi motus interprete lingua.

nit: hoc est dolores describit. Telephus & Peleus. hi ambo diuites fuerunt: & omnibus suis bonis consum-
ptis ad tantam inopiam deuenerunt vt exules facti mendicando sibi vndecunq; victum conquirerent. Me-
dicantes autem non humiliter sed proterue & quasi imperando petebant. misce. fer nobis panem. Aliter. hi
quondam diuitęs fuerunt: & grandia verba & tumida semper consueuerunt: tandem inopia compellente
exules facti sunt & mendicantes. Ideo alta & seuera verba: quibus vsi fuerant: dimiserunt: & humilib9 ver
bis & blandis animos spectantium mulcere coeperunt. Ideo dixit. Et tragicus plerumque dolet sermone pe-
destri. i. humili. hic Peleus dicitur occidisse matrē suam aut Phocū fratrē suū. ob hāc causam exul fact9 est a ci-
uibus suis. aut quia vagabatur passim dolore ꝑcuss9. Proijcit am. i. irata verba, inflata, grādia. omittit orationē
tumidā. cū eīm reges essēt: & in ærūna versarent: alte loq nō poterāt summis calamitatib9 mersi. Ampullas.
inflata & superba verba. adhuc eīm ampullas vocam9 quasi inflata vasa. Et sesq. v. Sesq pedalia verba pro-
prie sesquipedes habentia: vterq; autem magna & elata verba proijcit: & vtuntur cōmunib9: vt exul. Si cu.
c. s. t. q. Si id agit vt spectatorem flere cogat. hic versus & sequentibus iūgi potest. Si me vult flectere ad mi
sericordiam, deponat elata verba. Cor enim spectantis tangimus: quando idonea verba dolore proferimus. i.
istæ personę proijciunt elatata verba si volunt auditores ad misericordiam flectere. Non sa. est. pul. e. p. Sūt
quedam poemata per oeconomiam composita: & probata verba habentia: sed interdum venustate carēt. ha-
beant ergo quę sunt probata etiam venustatem: & quocunq; volūt auditorem siue ad misericordiam vel ad
indignationem trahant. Vt riden. arri. ita flen. adsunt. i. affectus omnes in animis nostris ex nostra natura: &
singuli mouentur cum imagines suas viderint in alijs. Male si. m. l. quasi mandata, non quasi tua: sed secus ꝗ
aut dolor mandet aut letitia. Aut dor. hoc grauius est: ꝗ ridebo. Alterutrum enim faciunt auditores si sine af
fectu sit dictio. Non solum ad personarum dignitatem sed etiam ad conditionem ętatemq; aptanda sunt ver
ba, & vnicuiq; personę quod est proprium. Format enim natura. Sehsus est. Poeta debet formare intra se ꝑ
sonā aptam his rebus. natura quippe delectat cum delicata videm9. Natura enim irascimur, delectamur, mi-
seremur. Quia substantiæ harū rerū formate in animis nostris a natura. vt illud Cice. Ardeat orator si vult
iudicem incendere. Post effert ani. mo. inter pre. i. extollit sublimat. i. natura quę me deijciet animi miseratiōe.
extollit asperitate, modo deducit ad humanitatem: modo extollit ad iracundiam.

¶ Descriptas seruare vices. hoc est ordinem positū per species signorū: quare poeta dicit. Cur nescire pudens
praue ꝗ discere malo. Hui9 versus sensus talis est. Cur malo nescire praue pudēs. i. erubescēs ne videar igno- POR.
rasse ꝗ a malo discere: indignaturitem priuatis. hoc est humilibus verbis tragœdiam impleri. Et tragicus. p. d.
Exigit sæpe tragœdia vt pedestribus scribatur verbis. vt cum Telephus & Peleus regio habitu mutato lo-
quātur. Neq; enim debet in habitu auxilium petentis regaliter loqui. Proijcit. a. hoc a Calimacho sustulit: qui
dixit. Sic. c. c. hoc est id agit vt attente spectantem flere cogat. Dulcia sunto. Nunc quasi legem ponit & pre
cipit. Sunto enim & agunto sint & agant significant. sed leges antique his fere plenę sunt: que significātur,
verbis. Si. v. m. f. Hoc Demosthenicū est. Nam cum ad illum is qui vapulauerat accessisset: peteretq; summis
se, vt causam suam ageret, eo ꝙ cesus esset: negauit se facturum. quia ille non vapulasset. illo affirmāte fictū
esse: ei superuacuas dixit eius querelas. tunc tertio cum indignari videret, & toto affirmare cum lachrymis af
fectu: dixit: nunc se illi credere. Capiebat enim dicendi impetum ex irascente. Tunc tua me infortunia lædēt:
id est tunc tuæ me calamitates mouebunt. quod greci ιυχηματα vocant.

Monet ergo poeta, vt is qui ignorat rerū verborūq; decora, nō vendicet sibi nomen poetæ: neue turpius AScen.
dicat discere quod nesciat ꝗ nescire. Non omnia eodem stylo explicanda sunt: nec eadem verba ijsdem vbiq;
& semper congruūt. Nam vt pro fortunarumqualitate animi nobis mutantur, dicente Terentio in Ecyra
Profecto hoc sic est, vt puto, omnibus nobis: vt res dant sese ita magni atq; humiles sum9. sic & verba muta-
ri debēt, quę sunt animorum indicia. Proinde quisquis aliquam personam decore exprimere volet, sese eam
ipsam finget: hoc est persuadebit sibi ꝙ ipse ea sit, & in eius conditione: & qualiter si ea esset loqueret ita nūc
quoq; loquetur. Ad pingēdas enim res nihil est prēstātius ꝗ vt quis id se animo videre fingat quod verbis
conequi desiderat. vt ergo poetam exponam. Ordo est. Cur. i. q̄obrē ego salutor. i. in salutatione vocor poe
ta si ego nequeo. i. nō valeo: que ꝑ et: & ignoro. i. nescio seruare. i. obseruare vices. i. varietates quę ex rerū
ꝑuenīūt vicissitudine: dicēte comico. Omniū rerū vicissitudo est: descriptas. i. ab idoneis & peritis auctori-
bus institutas. ꝙ pro & colores. i. varios ornatus operum, id est effectuum: quasi dicat iniuste & indecore. Et
cur ego pudēs. i. verecūdus & pudore affectus praue. i. indecenter: malo. i. magis volo nescire. i. ignorare sup
ple verborū rerūq; decorum: ꝗ discere: quasi dicat stulte & ip̄rudenter id faciā. Ostēdit autē que sunt vices
rerū, & verborū colores, dicens. res. i. materia comica. i. qualis est in comedijs describenda: non vult exponi
. i. populo enarrari: versibus tragicis. i. tragœdiæ cōgruis. Et cœna Thyeste. i. materia tragica qualis est cœ-
na Thyeste indignatur. i. ægre fert: narrari. i. recitari: item. i. cōsimiliter. carminibus dignis priuatis sup. reb9
& a priuata persona gestis: ac ꝑ & dignis Prope. i. quasi socco. i. comico stylo. singula queq;. id est vnaqueq;
ꝙ sortita. i. postꝗ obtinuerūt locum. i. decorū suum decēter. i. apte & vt decet: teneāt, id est cōseruent sup. eū
sic vt res tragica versibus tragicis, & comica comicis exponatur. Tamen, id est nichilomin9 comœdia: tollit,
id est exaltat: intereum. i. aliquando pro affectione loquentis: vocem sup. suā: que ꝑ et, Chremes. i. quiuis pa
ter comicus iratus in filiū suū delitigat. i. obiurgat: ore tumido. i. inflato: hic est, sermone altisono. Et tragicus
id est persona tragica, vt heros rex aut alius quiuis princeps, dolet. i. dolorē suum ostendit plerumq;. i. vt plu
rimum sermone. i. oratione pedestri. i. humili & pedestri homini congruēte probat exēplis dicēs. Telephus
& Peleus reges illi cum. i. quādo vterq; sup. est pauper & exul. i. egenus & regno expulsus ꝓijcit. i. stoma-
chose effutit, aut effudit & in vulgū spargit ampullas. i. inflationes verborū: & verba sesquipedalia. i. pedē
& dimidiatū habētia: si curat. i. desiderat tetigisse. i. cōmouisse q̄rela. i. questubus suis cor spectātis. i. īspiciē
tis eū: quasi dicat minime. Non est satis. i. nō sufficit poemata esse pulchra. i. bonā oeconomiā & ꝓbata ver
ba habere. Sed sunto. i. volo vt sint dulcia. i. varietate & venustate delectātia. & agunto. i. volo vt agāt &
impellāt animū auditoris: quocūq;. i. in quācūq; sentētiā volēt: quia vt vultus humani. i. hominū humano-
rum arridēt. i. cū risu applaudiūt ridentibus. ita. i. consimiliter adsunt. i. auxilio sunt & cōpatiuntur flētibus
Quocirca dolendum primū tibiipsi. i. oportet vt tuipse doleas. i. te dolere ostendas: si vis me flere. i. vt ego
miserias tuas fleam, Et o Telephe vel o Peleu tua infortunia. i. tuæ aduersitates: lædent. i. afficiēt me dolo-
re: tūc sup. quādo videbo te dolere. Si tu loqueris. i. exprimes & ages male. i. indecēter mādata. i. partes tibi
cōmissas: ego sup. i. quiuis auditor aut dormitabo dūtu ages: aut ridebo sup. te. Verba tristia. i. mœsta & se-
uera decēt. i. decenter exigunt aut exprimūt vultū mœstū. i. speciem hominis mœsti. Et verba plena minarū
decent iratum. Et verba lasciua. i. iocularia & petulantia decent ludentē. i. iocantem. Et seria. i. seriosa dictu. i.
dum dicunt sup. decēt, vultū seuerum. i. hominis rigidi & nimis sequentis verum. Etem pro quia natura. i.
imitatio naturę: format. i. effingit nos prius sup. ꝗ loquamur: intus. i. animo: ad omnē habitum. i. ad omnem

qualitatem & dispositionē fortunarū: & iuuat.i.delectat nos aut impellit ad irā: aut deducit.i.deorsum ducit nos graui mœrore.i.dolore: ad humū.i.terrā: & angit.i.angustat & constringit nos: & post.i.postea effert.i. eloquitur motus.i.affectiones animi lingua interprete.i.per interpretationem linguæ. Hæc auctor noster: quæ vt latius interponam⁹ sic repetēda sunt. Descriptas vices. secūdū Acronē ordinē dispositū p species & varietates intelligit. Notū est autē φ etiā rhetores colores vocant. Poeta salutor hoc secundū græcos, qui nomine officij salutant, potissimū si in eo dignitas est, vt in officio poetæ. Ideoφ dicunt χαίρε ποιητής: quod

Explanatio text⁹. Poeta salutor.

profertur grece chere pijtis aut poetes.i.salue poeta. Vocē comœdia tollit, vt apud Terētiū. O celū, o terra, o maria Neptuni. & Pro supreme Iuppiter. Et tragicus plerūque docet. qa etiā rex in exilio aut alia quauis magna in ęrūna cōstitutus animū submittit & vocē: quod exemplis probat Telephi, & Pelei. Telephus autem filius fuit Herculis ex Auge nympha ꝓgenitus, vt Sophocles attestatur: qui a matre inter virgulta abscōsus cōtinuo vt natus est, a pastoribus repertus fuit a cerua exhibito vbere nutritus. Vnde nomen sumpsit:

Teleph⁹

nam θηλῆς theles dicitur nutritus: & ἔλαφος elaphos ceruus & cerua: θηλὴ māna fœminæ: seu papilla. Et tractu temporis robustus effectus in Mysia tandē magno in honore habitus est. qd Diodorus libro.v. scribit. Cū autē e Mysia græcos in Troiam ꝓficiscētes arcere voluisset: ignarus quid tā to apparatu molirent: cū Achille cōfligens grauiter vulnerat⁹ est: qa vt aiunt Vlyssem insequēs a trūco quē ī vinea forte offendit prępeditus est. At cū in dies magis vulneris dolore grauet: nec addita ꝓficeret remedia: Appollinē cōsulit, q respondit eū nō aliter liberari posse q̃ vt iterū ab Achille vulnerādus accederet: qd vbi effecit statim sanatus est. qđ tetigit Ouid. lib.i. de remedio. cu m ait. Vulnus Achilleo quę quondam fecerat hosti Vulneris auxiliū pelias hasta tulit. Quod Pli. lib. xxxiiij. ca. xviij. ad naturalem referens historiam, dicit ferri naturam restrictiuam esse & siccam: quare in emplastris plagarum consolidatiuis limaturam ferri medici consueuerunt adhibere. Rubigine ergo ferri quo fuerat vulneratus Telephus eum iam reconciliatum Achilles sanauit, vt a Chirone edoctus fuerat. Alij tamen dicunt eum cognito errore Grecis reconciliatum hęrbarū virtute ab Achille sanatum, vnde Claudianus. Sanus Achilleis remeauit Telephus hęrbis: Cui⁹ pertulerat vires: & sensit in vno Letalem placidāque manum: medicina per hostem Contigit: & pepulit quos fecerat ipse dolores. Propterea autem φ statim natus expositus est, & per varios casus & tot discrimina rerum ad regnum peruenit largam materiam tragicis prębuit. vnde Iuuenalis in prima. Impune diem consumpserit ingens Telephus.

Peleus.

Ea autem tempestate qua ęrūnis afficiebatur, verisimile est eum non inflata habuisse verba. Peleus autem Aeaci filius, cum Phocum fratrem interemisset, in exilium detrusus, ad Pheicē regē Trachinę quę in Thessalia ciuitas est effugit. vnde Ouidius in Metamor. Felix & nato felix & coniuge Peleus. Et cui si de mas iugulati crimina Phoci: Omnia contigerint: fraterno sanguine sontem, Expulsumque domo ꝓpria Trachinia tellus Accipit. In eo ergo exilio non proijcit ampullas.i.inflata verba. Nam ampullas vocamus inflata vasa & vitrea & quę ex vento & pluuia generantur bullas. Sesquipedalia autem verba sunt quę faciunt pedem & dimidiatum. Nam sesqui dicitur quasi quod cum semi.i.cum dimidio eius: vnde ꝓportio sesquialtera est inter quatuor & sex & nouem: octo & duodecim: decem & quindecim, & sic de alijs. Non satis est &c. Quia oportet vt delectent. Cœna Thyestę. hic ponitur maxime pro materia tragica, vtpote mœroris plena. vn

Sesquipedale.

de Seruius. super. xi. ęneid. Atre⁹, & Thyestes fratres fuerūt in seinuicē sęui a deo, vt Thyestes cū eius opa fratris vxore concumberet. Quo facto dolens Atreus liberos proprios epulandos opposuit. Sed cū Thyestes post cognitum facinus requireret vltionem a dijs, ei Appollo respondit posse alio scelere illius facinoris vindicem nancisci, si cum Pelopeia filia concumberet. quo facto natus est Aegisthus fatalis in Atrei gemirā prolem. Sed Iuppiter Menelei fata miseratus est propter Helenę coniugium: & eum p diuersa errare maluit q̃ Aegysti manibus interire. Agamennō autē ab Aegystho adultero cōiugis suæ interemptus est. Propter appositos ergo filios vocauit cœnam Thyestę.

thyestes.

Regula est.

Quia nemo imperitus artis poeticę qua officia a maioribus prescripta & operū exornationes iustas seruare docemur: sibi nomen poetæ vsurpasse probatur conandum est nobis vtillis seruatis qualitatem carminum rei describende accōmodemus nec rem comicam tragico cothurno demus. aut tragicam comico socco. Veruntamen pro animo dicentis tragœdia interdum deprimitur, & comœdia extollitur. Ideoφ fortuna & animus loquentium considerabuntur. quam rem si recte attenderimus nō pulchra solum.i.perfecta & integra: sed & dulcia.i. delectantia & cōcinna fecerimus poemata, Nā cum verba sint cōceptuū signa: talis erit sermo & vultus loquentis: qualem vero simile est eius animum esse.

ACR. ¶ Si dicentis erunt for. ab. di. Si non conueniunt verba loquentis fortunę, ridebunt Romani. Intererit multū da. ne lo. an he. Vnicuiφ personę proprius actus formandus est. Sedula. studiosa: officiosa: ad obtemperandum parata Vagus. qui passim nauigat. vt Impiger extremos currit mercator ad Indos. Colchus an assy. the. nu. an argis. Nam Colchus non nisi sęuus inducendus est. Assyrius astutus, callidus. nec inducas Argis natum timidum: aut Thebis facias imperitum. Aut famam. s. aut. s. c. f. O. mnis poeta aut certam historiam tāgit aut fingit. Si ergo certum scribis: famā se quere: aut si fingis habeat artem & verisimilitudinem figmentum tuum. Si. f. r. a. Quasi iterum reducis: ac reddis viuum carmine tuo. Vel etiam reponis, scribis aut transfers quid alij dixerunt de ipso. Apud commentarios sic inueni relatū apud antiquos tragœdiarū comœdiarūφ scriptores: cum primum ī scænam prodirent fauorabiliter excipiebantur etiam si male agerent: vt illorum ad scribendum iterū allicerentur animi: & pretore cogente totam necesse erat agi fabulam. si vero iterum male egissent: incipiebant derideri, & ideo dixit reponis: quasi iterum ꝓfers Alij sic exponunt. poni dicitur agiliter scribi

Si dicentis erunt fortunis absona dicta:
Romani tollent equites peditesφ cachinnum.
Intererit multum Dauus ne loquatur herus ne:
Maturus ne senex: an adhuc florente iuuenta
Feruidus: an matrona potēs: an sedula nutrix:
Mercator ne vagus, cultor ne virentis agelli,
Colchus, an Assyrius, thebis nutritus an argis.
Aut famā sequere aut sibi conuenientia finge.
Scriptor honoratū si forte reponis Achillem.
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.

Sit medea ferox inuictaq́ꝫ, flebilis Ino.
Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.

Reponis igitur itidem scribis. si ergo Achillẽ
de quo semel Home. scripsit, velis scribere
talem debes scribere qualem Ho. ostendit.

Aut reponis, ad imitationem Ho. describis. Impiger. velox sit in tuo carmine: vt miles qualis ab Ho. induci-
tur talis ascribatur. Iura ne. si. n. neget se legibus cõstringi: sine lege omnia faciat: & sic eum scribe vt non cu-
ret de lege. Nihil. n. a. a. nihil sit quod non speret perpetrari per arma: quantum ad se spectet. quia vnusquisqꝫ
fiduciam suam priuatam credit non æstimans esse cõmunem. vt sit pręsumptor: vt habeat fiduciam vincendi:
vt omnia armis deuindicet. Sit Medea. f. Medea dum dij in domo sua haberent hospitium, dumqꝫ nil charius
haberet filios suos ad comedendum apposuit. ideo ferox & crudelis est. Flebi. propter amissionem filiorum.
Athamas. n. maritus eius vnum persecutus occidit: alterum dum sequitur cecidit in mare: quorum exitum
flet mater. Ino. vxor Athamantis demẽtis fuit. quæ furorem mariti fugiens se pręcipitauit in mare cum filio:
& dicta est Leucothea: & filius eius Palęmõ: qui Melicertes antea dicebatur. Perfidus Ixiõ moris erat apud
antiquos vt ante ductas vxores nuptialia munera vltro generi soceris darent. Ixion ergo cum filiam Eponei
accepisset vxorem: & dotem daret inuitus: scrobem fecit ingentem: quam igne repleuit: ac summam leuiter
contexit cinere. in hac socerum: quẽ simulans ad cœnam inuitauerat: mersit. ac sic passus est illum viuũ exuri.
ob hoc perfidus dictus est. Siue dum conuiua Iouis esset Iunonem de stupro temulentus ausus est appellare.
Alij dicunt ꝙ concedẽte Ioue cum Iunone concubuit: & postea patefecit. Tristis Orestes, propter conscien
tiam. quia matrem demens interfecit.

Ro. tol. e. p. qꝫ. c. ridebit equester ordo & plebeius. Cachinnũ autem est verbũ secundum ὀνομάτοποιῖαν
fictum a sono risus. Intererit. m. d. n. h. an. h. hoc est vnicuiqꝫ personæ actus aptandus est. apud Menandrum POR.
inducitur seruus tanq̃ liber loquens. hoc ille indulgenter & inconsulto, vt omnia domino simpliciter fateatur.
Itaqꝫ aliquo modo illum excusat. Aut fa. s. a. sibi conuenientia finge. Hoc aliud pręceptũ est. Nam poeta scri-
pturus aut secundum hominum consensum debet aliquid scribere: aut si historiam tanq̃ tritam non vult attin
gere debet conuenienter notam inducere. Scriptor. h. si. f. r. ach. Apud antiquos tragœdiarum comœdiarumqꝫ
scriptores cum primum in scænam prodirent fauorabiliter accipiebantur etiam si male agerent: vt illorum ad
scribendum iterum allicerentur animi: & pętore cogente totam necesse erat peragi fabulam. Sin vero iterũ
male egissent, incipiebant, derideri. Ideo dixit Reponis: quasi iterum profers. Perfidus Ixion. Moris erat apud
antiquos vt ducturi vxores nuptialia munera & dotem vltro soceris darent. Ixion ergo cum Eponei filiam
accepisset vxorem: & dotem daret inuitus: scrobem fecit ingentem: quam igne repleuit: & in summo leui-
ter cinere contexit: in hanc Eponea: quem simulans ad cœnam inuitauerat: mersit; ac sic passus est viuum il-
lum exuri. ob hoc perfidus dictus est Ixion.

Quia decorũ ꝑsonarũ in primis obseruãdũ est: ostẽdit quo pacto id seruabit. Neqꝫ ei rex regalia semꝑ ha ASCen.
bebit verba: nec seruus seruilia. rex etenĩ depressus loquit̃ perq̃ hũiliter: seruus elatus oppidoq̃ suꝑbe. Proin
de dicit. Si verba. i. locutiões: dicẽtis. i. volẽtis ex arte loq̃: erũt absona. i. abhorrẽtia & lõge dissona: fortunis. i.
cõditionib⁹ & statui ei⁹ qui loquit̃: equites supple aurati. i. nobiles Romani: & pedites. i. plebeij Romani tol-
lent. i. imoderate leuabũt: cachinnũ. i. dissolutũ risum (si etenĩ tristis, & defortunatus iocosa verba ꝓferat, aut
lętitia gestiẽs tristia, q̃s ferat? Proĩde multũ refert quo quisqꝫ aĩo affect⁹ sit. Neqꝫ tñ idẽ anim⁹ oĩbus cõuenit.
nec oĩbus idẽ dãdus est sermo tãetsi ęqualiter affectis.) Nã multũ itererit. i. referet aut differẽtia erit ne ꝓ an
Dau⁹. i. quis seru⁹ comicus loquat̃ in comœdia: ne ꝓ an herus. priorẽ corripit. q̃atñ Acro, Porphyrio, & Lã
dinus ĩterprętãtur ꝓ dño: idcirco legim⁹ herus ne. Sũt q̃ legãt an heros, vt Philologus legẽdũ cẽset, salua me
tri quidẽ rõne sed nõ sentẽtię: q̃a Dauus fere in comœdia loquit̃, heros in heroico. nisi dicam⁹ Thersitẽ nõ ser
uum tãetsi plebeiũ ad Agamẽnona loq̃. Pręterea nõ insolẽs est repetitio ꝑticulę ne: nã sic Maro p̃rio ęneid.
Qui teneãt (nã inculta videt̃) hoĩes ne ferę ne. Sũt qui legãt Diuus ne loquat̃ an heros. sed lectio nr̃a placet.
Intererit p̃terea ne pro an (vbi quidã male legũt ve) senex matur⁹ tã æui q̃ æuo, tã morib⁹ q̃ annis: an ferui
dus vtpote adolescẽs feruẽs iuuẽta. i. iuuenili ætate florẽte adhuc. i. nõ solũ ad differẽtiã fortunę: sed etiã ętatis
respiciẽdũ est (qđ in fœminino sexu videt̃ vnico vocabulo exponere. Nã matrona licet ea sit, vt Aulus Gel- Matrõa.
lius docet, quęcũqꝫ in matrimoniũ vt mater fiat recipit̃: tñ vulgo ea dũtaxat dicit̃ quę prępotẽs est & multo-
rum mater. Nutrix autẽ iuuẽcula & paupercula fere est. ne tñ vocabula alio cõtorqueret, epithetis adiuuat di
cens) intererit multũ an matrona potẽs. i. pręditues sup. loquat̃: an nutrix sedula. i. diligẽs, qđ pauꝑtatis signũ
est. intererit pręterea multũ an mercator. i. negociator vagus qui diu vagat̃ per diuersas regiones sup. loquat̃:
ne pro an cultor agelli virẽtis. i. agricola q̃ cogit̃ in agro suo ꝑmanere. Nã vt dicit Virg. in Geor. Redit agri-
colis labor actus in orbẽ. Mercator igitur de oĩbus regionib⁹: agricola de agro suo dũtaxat loqui debet. inter-
erit itẽ multũ an Colchus. i. quis de Colcho insula: vbi naturaliter hoĩes sęui nascũtur. Et sunt qui legũt Agelli
an colchus. per collisionẽ. An assyri⁹. i. aliq̃s de assyria vbi naturaliter hoĩes astuti & callidi nascũtur: an sup.
loquat̃ aliq̃s nutritus thebis. s. in Thracia: vbi natura sunt periti: an Argis. i. apud Argos in Gręcia: vbi hoĩes
natura sunt magnanimi. hoc est patrię etiã seruãda est qualitas: quia vt dicit Porphy. etiã patria est principiũ
& genus suę cuiusqꝫ gñationis: & vt Seruius inq̃t in. vi. æneid. Afri sunt versipelles & fraudulẽti. Alemãni
feroces & temerarij. Galli autẽ sunt tardo ingenio. Et hęc quidẽ ꝓcipue cõsiderãda sunt ijs qui rẽ quãuis no-
uam fingere volũt. vñ dicit. Aut sequere famã. i. rumorẽ aut traditionẽ maiorũ de aliquo: nõ describẽdo mi-
tem quẽ Homerus, aut Virgi. aut quiuis alius bonus auctor ferocẽ descripsit: aut finge dicta tua cõueniẽtia. i.
concordãtia: sibi. i. inter se (nõ autem dices: sibi. i. famę) hoc est qualẽquẽqꝫ ab initio institueris talem ad finẽ
vsqꝫ ꝑduces. De fama sequẽda dat exẽpla dicẽs. O scriptor. i. tu qui vis scribere: si reponis. i. iterũ describis vt
emẽdatius aut verius aut elegãtius quid dicas: forte. i. fortasse: Achillẽ honoratũ. i. multis carminibus pręcipue Achilles.
Homeri laudatũ: ipse existẽs impiger. i. strenu⁹, iracũdus. i. naturaliter irascẽs, inexecrabilis. i. difficilis ad placa
tionẽ: acer. i. vehemẽs ad vindictã: neget iura nata sibi. i. neget se legibus constringi: nihil non arroget. i. oĩa
vindicet sibi: armis. i per arma. Talis enĩ ab Homero inducitur qui eum pedibus velocem appellat, quocirca
Statius eum super glaciẽ prima nocte cõcretam cucurrisse dicit. Pręterea post raptã Briseida nullo munere,
nullisqꝫ precib⁹ placari potuit: nec ad defendendos cõtra Hectora Gręcos incitari: donec Patroclus occubue
rat. Medea vxor Iasonis, & Colchorũ regis filia sit ferox sicut fuit in Iasonẽ & in filios suos: quos vt quidam Medea.
volũt dũ epulũ deesset, dijs hospitio susceptis apposuit. vt autẽ ex Diodori lib. v. tradit̃, Medea Iasonis amo-
re capta illũ a Colchis in Thessaliã secuta est: cũqꝫ decẽniũ Corinthi cum eo fuisset, filiosqꝫ peperisset, spreta
ob nouã nuptã Creusam, seu Glaucã Creontis filiã furore percita domũ incendit radice quadã a Circe in-
uenta ea virtute vt incẽsus semel ignis extingui nequiret. Iason tamẽ euasit. Glauca & pater igni absumpti
sunt. Quidã scriptores volũt Medeę filios dona quędã spõsę attulisse venenis illita: quib⁹ tactis spõsa & pa
ter cõsũpti sunt. Irata autẽ Medea ꝙ Iason euaserat eãqꝫ spreuerat, in ei⁹ calamitatẽ oẽs iugulauit vtriusqꝫ li-

beros excepto Thessalo qui aufugit: patrięque postea nomen dedit. sit ergo ferox. de qua Virgi. in Buc. Crudelis tu quoque mater, & inuicta. i. implacabilis. Ino, id est vxor Athamantis viri dementis sit flebilis propter amissionem filij: quia fugiens furorem mariti praecipitauit se in mare cum filio & dicta est Leucothea: & filius eius Palęmon: qui Melicertes antea dicebatur. Ixion. i. vir ille sit sup. perfidus. i. fideifragus: ipse enim ex Antione Periphantis filia natus Diā Esionei vel vt alij scribunt Eponei filiam vxorem duxit: cui multa contra dotem se daturum pollicitus est. Nam (vt Acro & Porphyrio dicunt) moris erat apud antiquos, vt ductu ri vxores nuptialia munera & dotem vltro soceris darent. Cum igitur act pa non seruaret, socer illi equos abstulit, quem cum accersiuisset dolo tanquā omnia soluturus fossam ingentem pręstruxit igni q; repleuit: ac cinere extincto texit socerum q; in eam demersit. Verum cum de tam iniqua cęde nemo illum lustrare vellet, tandem a Ioue lustratus est: quo tempore Iunonem de stupro interpellauit: nec dubitauit cum nebula quā Iuppiter in formam Iunonis finxerat, coire seu concumbere. vnde centauri orti sunt. Quapropter apud inferos a rota cui alligatus est circumuoluitur. Perfidus ergo fuit in socerum & in Iouem. Io sit vaga: quia propter concubitum Iouis a Iunone in vaccam versa diu euagata est. Et Orestes filius Agamennonis & Clytennestrae qui propter interfectum patrem ab Aegystho adultero: & propter interfectos adulterum & matrem a se (vnde furijs agitatus est) semper moestus fuit: sit tristis: qualis apud Tragicos semper inducitur.

Ino. Ixion. Io. Orestes.

Regula talis est.

Seruandum est igitur studiose decorum personarū pro sua cuiusq; fortuna ętate ac patria. In describendis autem vitis si notę sunt famam sequi debemus: & a maiorum pręscriptis non discedere: sin nouę & a nobis pro libito fingendę tales fingemus vt nihil repugnans habeant.

Si quid inexpertum scaenae committis: & audes
Personam formare nouam: seruetur ad imum
Qualis ab incepto processerit: & sibi constet.
Difficile est proprie communia dicere: tuq;
Rectius Iliacum carmen deducis in actus:
Q; si proferres ignota indictaq; primus.
Publica materies priuati iuris erit: si
Non circa vilem patulūq; moraberis orbem.
Nec verbo verbum curabis reddere fidus
Interpres: nec desilies imitator in arctum:
Vnde pedē pferre pudor vetet aut operis lex.
Nec si incipies vt scriptor Cyclicus olim.
Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.
Quid dignū tanto feret hic promissor hiatu.
Parturient montes: nascetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic: qui nil molitur inepte:
Dic mihi musa virū captę post tēpora Troiae
Qui mores hominū multorum vidit & vrbes.
Non fumū ex fulgore: sed ex fumo dare lucē
Cogitat vt speciosa dehinc miracula promat.
Antiphatē Scyllāq; & cū cyclope Charibdim
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri
Nec gemino bellum Troianū orditur ab ouo.
Semper ad euentum festinat: & in medias res
Non secus ac notas auditorem rapit: & quae
Desperat tractata nitescere posse relinquit.
Atq; ita mentitur: sic veris falsa remiscet:
Primo ne medium: medio ne discrepet imum.

ACR. Si quid inexpertū. nouū. Si quid inqt probatū vis recitare, caue vt sit constās vsq; ad extremū. Nouā personā. nouā materiā. Et sibi cōstet. in se finiatur materia: nec ad aliud transeat. Difficile est. p. c. d. Satis difficile est dicere cōmunia verba ita vt auditor cogitet esse ppria dicētis. Cōmunia. d. i. dicere intacta. Nā quādo intactū est aliquid, cōmune est: cū semel dictū ab aliquo sit pprių. Item cōmunia. i. nō ante dicta. quia si quid dictū ante sit, est pprių. Cōmunia autē dixit. quia quādiu a nullo sunt acta vel dicta, singulis aeque patēt ad dicendū. vt verbi gratia quēadmodū domus vel ager sine dn̄o cōmunis est: occupatus vero iā pprius fit: ita & res a nullo dicta est cōmunis. Publica. m. p. docet quomodo aggrediat aliquis carmē iā ab aliquo scriptū. Materia iā dicta, ab aliquo descripta. Sensus. nota inquit materia tūc videbitur quasi propria vniuscuiusq; esse, si nouo & nōvsitato genere elocutionis ornetur Id etiā dicit. materies priuati iuris erit: si eam cum arte fueris interpretat⁹: si nō eā totā velis psequi. i. singula cōmuni fide imitari. Nā quędā prętermittere debes. Et poetica licentia pro materia materies dixit. Materies. n. lignum est. publica em̄ materies est: vt bellū Troianū tuū fiat & quasi a te inuentū: si nō vilissimis verbis explicet. ideo nō debes per sequi oīa. quia sunt quę implere nō possis aut quę cōuersa in latinū placere nō possint Sensus est. si quid transfers, non inquit fideliter est interpretandū. i. verbum ex verbo: nec in has angustias incidere debes. Si Non circa vilē. p. q;. m. o. si non feceris carmē tuū spatiosum & amplū ex alieno sensu. licet. n. quędā sumere & non multa. Vilē. i. vacuū inanē: quia vilem te facit totus orbis. i. ad finem ductū totū carmē, tota materia. Aliter, id est si non ijsdem verbis sensibusq; verteris quae ab alijs dicta sunt: ne magis interpres fias q̄ vetus dictor. Orbem. cyclon dicit. orbē nāq; κυκλον dicunt graeci. Aliter. vilem te facit poema tuū si volueris totum orbē circuire. i. totū poema imitari. Nec. v. v. c. r. i. noli curare singula verba interpretari, ne facias poema tuū vile. interdū. n. inueniūtur quae in latinitatē cōuerti non possunt. Non. d. i. i. a. sensus est. si quid transfers nō inquit fideliter est interpretandū. i. verbū ex verbo: nec in has angustias descendendū: nec ita te imitatione siue ęmulatione obstringas: vt procedere vel progredi longius erubescas. Nā pudor vetat nos a maioribus incipere: & in exiguū desinere: quia pudendū est inchoata deserere. Aut operis. l. operis lex est vt apta perficiatur. Nec sic incipies vt scri. c. olim. aliud pręceptū: & hoc est quod pręcepit. Noli a grauibus & ab elatis verbis incipere: nā omnis poeta debet paulatim crescere. Cyclicus poeta est qui ordinē variare nescit. vel qui carmina sua circūfert, quasi circūforaneus. aut nomen propriū Cyclicus: & significat Antimachū poetā. Aliter Cyclici dicuntur qui circū ciuitates meant recitātes. Fortunā Priami cantabo. inquit ille Antimachus. Quid dignū tanto. f. h p. h. i. hoc cothurno. quid dignū tanto procemio & tāto ore posset afferre? Parturiēt mōtes. qui a maioribus ptibus incipit: & in pcessu vilescit: dignus est risu. Quāto recti⁹ hic. Homerus: qui nihil incipit inepte.

Nō fumū ex fulgore.fumū ex fulgore facere dicūtur hi qui a maiori incipiūt.Antiphatē.Lami filiū dicit:qui Formiarū oppidū cōdidit.Lęstrygones sunt dicti feui hoies ex quib⁹ fuit Antiphates.dicit ipsos Lęstrygones:ad quos Vlysses delat⁹ est:qui humana carne vescebant.Nec reditū Diomedis ab.i.m.Meleager & Tydeus fratres fuerūt.Antimachus poeta reditū Diomedis narrās ab exordio cœpit primæ originis.i.ab interitu Meleagri.hic ergo pręcipit longo ꝓœmio nō vtendū esse.Superfluū itaq; vitiū declinās Maro inchoauit. Vix e cōspectu siculæ telluris in altū Vela dabāt læti.Nec.ge.b.i.Castore & Polluce.gemino autē vtriusq; sexus:aut magno:aut pro trigemino.i.Troianū bellū cœpit ab ouo ex quo geniti sunt Castor & Pollux.Et est hypallage,gemino principio,vel a gemino ouo.quia pollux quidē erat filius Iouis & Ledę: Castor vero Tyndari & Ledę Ab ouo.a natiuitate geminorū Pollucis & Castoris.qui ouo nati credūtur ex Ioue:qui in forma cygni cōpressit matrē eorū.Abinde ordiendū,quod græci dicūt cygnō.Semp ad euentū festinat.Ita aperte principia dicit vt ex his facile exitus cognoscatur.Et in medias res.i.adducit bonus poeta auditorē suū quasi ad nota.hoc est ita a medietate incipit quasi superiora nota sint.Semp ad.e.f.cogitās fastidiū lectoris ad exitū operis ꝑperat.Ideoq; nō est lōgius ab origine abscedendū.Sic Ilias Homeri a precibus Chrysę sacerdotis inquæ: & Odyssea a cōcilio deorū,docet quomodo falsa cōfingas.Atq; ita.m.vt omnia cōgrua videantur.Et quę desperatit.n.p.r.i.bonus poeta relinquit ea quę placere nō possunt:hoc est pręterit ea q̄ in tractatu ingrata sunt Atq; mētitur.Homerus.nō ad vituperationē Homeri refert.nec.n.veritate poetæ pollicētur: sed discrepantiā in eo quod fingūt vitare debent vt omnia cōgrua videatur.Sic veris falsa remiscet.pro commiscet,mutata prępositione.vt Vtroq; recluso.vt apud poetam.Si non veris falsa remisces.pro cōmisces.

Difficile est proprie communia dicere:tuq; rectius.Ili aliud catholicum:& quasi interrogās.At.n.inquiūt difficile est communeis res proprijs explicare verbis.Si Non circa vilem patulumq; moraberis orbem.In eos dicit qui ad finem Iliada Homeri scripserunt.Ideo & patulum orbem dixit.Nec verbo verbum curabis reddere fidus Interpres.Hoc est.si non quæsieris vt ad verbum cōmutes:nec exprimere carmen:sed magis sensus.alioquin si quid transtuleris & pusillum erit & ineptum.Parturient montes nascetur ridiculus mus.grecum hoc prouerbium est.ὠδινεν οὖρος εἶτα μῦν ἀπέτικεν. Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri. Antimachus fuit cyclicus poeta.hic aggressus est materiam quam sic extendit vt.xxiiij.volumina impleuerit anteq̄ septem duces vsq; ad Thebas perduceret. POR.

Perseuerat auctor in institutione sua dicēs.Si tu cōmittis.i.exibes scęne.i.publico spectaculo: quid.i.aliqd inexpertū:vnde nemo vnq̄ fecerit periculū:& audes formare.i.de nouo instituere:personā nouā.i.cui⁹ mores nunq̄ prius auditi sunt:ea sup.seruetur.i.cōtinuetur ad imū.i.in finū,hoc est ad extremū vsq;(Est em̄ metaphora a scribētibus in pariete vel charta:in quibus quod infimū idē & vltimū est) seruetur inquā sup.talis qualis ꝓcesserit.i.inceperit ꝓgredi:ab incepto.i.a principio.Et cōstet.i.sit cōformis sibi sup.ipsi.hoc est ne alterius moris dicatur sine causa in principio q̄ in fine.Oportet em̄ vt persona noua cuius mores ad libitū finguntur,si fuit similis:nihilq; nō vero simile egisse dicatur.Et ideo difficile est dicere ꝓprie.i.tanq̄ ꝓpria cōmunia.i.ab alijs intacta & nondū vsurpata:sed in cō.nunc relicta:quia fe vera multi difficiles sunt inuētores,sed facillimi imitatores.Et ideo dicit:tuq;.i.& tu deducis in actus.i.inter agendū cōponis:rectius.i. conuenientius & facilius carmē Iliacū.i.de reb⁹ Troianis ab Homero cōpositū: q̄ si tu prim⁹.i.inuētor & excogitator ꝓferes.i.porro aut ante alios ferres & in scænā vsque ꝑduceres:ignota.i.alijs incognita,& indicta.i.ab ijs nunq̄ recitata.Si quis autē dicat miserrimi esse ingenij nihil inuenire sed semꝑ inuētis vti:respōdet poeta esse viam qua publica priuata fiat,dicēs.materies.i.materia:publica.i.ab inuētore oibus æqualiter ꝓposita:erit iuris priuati.i.sui cuiusq;,vel tui ꝓprij si nō moraberis.i.morā feceris circa orbē.i.circulū vilē.i.vulgarē & patulū.i. omnibus & semꝑ patentē,hoc est si non eundē & vbique simile ꝓcedēdi ordinē & modū seruaueris. Non em̄ oportet inuētorē omnia vniformiter imitari:sed ne trāslatorē quidē.vnde dicit:nec pro & non,& tu interpres.i.translator & expositor alterius linguæ nō curabis.i.nō conaberis q̄uis velis esse fidus,reddere verbum verbo.i.transferre vt dicunt de verbo ad verbū:nec tu imitator.i.qui pręterēdis aliquē alterius linguę imitari:desilies.i.deorsum salies in arctum.i.in locū angustū pręscribēdo tibi omimodā imitationē:vnde.i.a quo loco arcto pudor.i.verecundia quia turpe est inceptis desistere,aut lex operis abs te incepti prohibeat.i.vetet proferre.i.protrahendo reducere pedem.i.modum procedendi.Nec incipies.i.exordieris sic.i.taliter: vt i. qualiter scriptor quidā sup.cyclicus.i.orbicularis qui cyclum orbem seu ordinē mutare nesciuit,vt Antimachus,olim sup.fecit dicens.Ego cantabo.i.carmine prosequar:fortunā.i.miserabilē casum Priami regis Troianorū:& bellū nobile quod omnibus debeat esse notum.in quibus quidē verbis ꝓpositio est magnificentissima.proinde subdit poeta.Quid hic.i.huiusmodi promissor:feret.i.afferet:dignū tanto hiatu.i.tā superba ꝓpositione & effutitione? q.d.nihil.Nā montes pturiēt.i. cupiēt aut videbūtur parere:& mus ridicul⁹.i.oibus risui habēdus:nascet.i.edetur ab ipso mōte.Et tractū est ex deuerbio gręco atq; Aesopi apologo,in quo habet vt quidā rustici offensi vmbra & sterilitate cuiusdā mōtis viderūt eū subinde i ipso deābularet Talpā aut Murem exitū aut vermes quærentē:quo mōstro territi credentes montē pturire:eiusq; partu omnes valles atq; vberes glebas pessundatū iri verētes:collectis armis & manu cōserta vt recentē partū interficerent murem exilientē inuenerunt:qui cum risu exceptus est.Et ideo dicit poeta,Quanto recti⁹ sup.egit hic videlicet Homerus.q.d.maximo.qui nihil.i.non aliquid: qui inquā nō molitur.i.cum molimine & difficultate attētat aliqd inepte.i.indecenter,dicens i principio Odyssę.i.poematis de Vlysse cōpositi.Musa dic mihi virum qui post tempora Troię captę vidit mores & vrbes multorū hoim.quod quidē verbū licet simplicissimū & intellectu facillimū,multiplicis tamen est significationis.Significat em̄ eū oportere prudentē esse qui mores hominū multorū vidit & vrbes.Præstantissima enim rerum magistra est experientia.Eundē locum alijs verbis transtulit Philelphus dicens.Callentem dic musa virum qui mœnia sacrę Diruta post Troiæ multūq; diuq; pererrans Et mentes hominū multorū vidit & vrbes,quia vero familiariter auspicatur,dicit ꝙ is qui ita auspicatus est:vtpote Homerus non cogitat dare fumū ex fulgore.i.splendido exordio fumosum & humilē ꝓcessum.Naturaliter em̄ fum⁹ flāmā pręcedit & flāma sequit vt dicit.sed cogitat dare lucē ex fumo.i.post fumum vtd' mat.i.in medium ꝓferat:dehinc.i.postea speciosa.i.sane pulchra miracula.i.res ad mirationē dignas:vtpote Antiphatē Lamij filiū qui Formias in Italia cōdidit,& qui vn⁹ ex Lestrigonibus fuit.Lestrigones aūt hūana carne vescebant.ꝙ pro & Scyllā & Charibdim.i.eas mulieres i mōstra & picula marina versas.cū Cyclope.i.Polyphemo:Cyclū hoc ē orbē siue oculū rotūdū i frōte habēte,vt Virg. in.iij.enei.dicit Argolici clypei aut phœbęę lāpadis istar.Nec sup.talis videlʒ Homer⁹ ordit.i.icipit reditū. i regressū Diomedis ab īteritu.i.morte Meleagri.i. fratris ei⁹.hoc ē nō icipit a primo rerū q̄ nihil ad ꝓpositū faciūt exordio:sicut nec Virg.icipit a causa belli Troiani:nec ab excidio Troię:sed sic. Vix e cōspectu siculę telluris i altū vela dabāt lęti & reliq.Nec ꝓ & nō:& nō ordit.i.nō ichoat ab ouo gemio qd Lede ex Ione cōcepit hoc ē nō icipit a natiuitate ip⁹ Helenę q̄ fert cā fuisse belli Troiani:sed a.x.āno obsidiōis Troiæ,

ASCen. Antihpates. Lestrigones.

Nota autem est fabula quo pacto Iuppiter cum Lede vxore Tyndari concubuit in specie cygni: quæ ex eo concepit duo oua ex quorū altero natus est Pollux & Clytennestra: ex altero Castor & Helena: quā quia Paris rapuit Troianū bellū exortū est. longū autem esset & inexplicabile si quis omniū rerum quarū meminerit origenes explicare velit. Et ideo Home. festinat semper ad euentū. i. ad exitū rei: & rapit. i. deducit auditorem seu lectorē in res medias. i. a medio historiæ inchoatas: nō secus. i. nō aliter: ac. i. q̄ notas. i. pręcognitas illi. & relinquit sup. ea quæ desperat: tractata. i. postq̄ tractauerit posse nitescere. i. habere nitorē. i. prætermittit ea quę videtur nō habitura splendorē si dicātur. Atq; pro et: & mētitur ita & fingit sic res nouas: & remiscet. i. cōmiscet vel re vera iterū atq; iterū miscet, sic. i. hoc modo veris falsa: ne pro vt nō: vt mediū sup. poematis vel narrationis nō discrepet. i. dissonet primo. i. principio: & vt imum. i. finis non discrepet medio, hoc est vt fictio sit concors & sui similis nec discrepans.

Vnde sit talis Regula.

Qui nouā id est nō prius cantatā personā pro libito fingere volet: eam sibi constantem ac sui per omnia similem finget. Cæterū quia difficile est rem nouā ab aliis nondum occupatā & ita communē sibi vendicare ac propriam facere: consultius erit aliorū inuenta traducere: quæ tunc sibi propria fecerit: si non eundem penitus contextum rei seruarit: sed multa alio modo ac forma dixerit. Neq; em̄ qui scripta aliqua etiam fideliter transferre volet: ea verbū e verbo transferet: sed sensum e sensu. non enim omnia ęque diuersis linguis congruunt. Sed neq; pōposum & turgidum fecerit exordiū, crescere enim & augeri debet vt loquētis vox, ita & scribentis stilus. Neq; altius aut longius q̄ par est repetetur narratio, sed ad exitū festinans multa vt nota dummodo media. i. cuiuis cognita sint transibit, multaq; pro libito addenda si speciose dici ab eo nequeunt indicta relinquet. In figmentis autē verisimilitudinem seruabit. In quibus omnibus Homerum excelluisse in concesso est.

Tu quid ego & populus mecū desideret audi.
Si plausoris eges aulęā manentis, & vsq;
Sessuri donec cantor vos plaudite dicat,
Aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus & annis.
Reddere qui voces iā scit puer, & pede certo
Signat humū, gestit paribus colludere, & irā.
Colligit, & ponit temere, & mutatur in horam.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet eq; canibusque & aprici gramine cāpi;
Cæreus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris,
Sublimis cupidusq;, & amata relinq̄re pernix.
Conuersis studiis ætas animusque virilis
Quęrit opes & amicitias: inseruit honori:
Commisisse cauet quod mox mutare laboret.
Multa senem circūueniunt incommoda, vel q;
Quęrit, & iuuētis miser abstinet, ac timet vti,
Vel q; res omnes timide gelideq; ministrat:
Dilator, spe longus, iners, auidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor, castigatorque minorum.
Multa ferunt anni venientes cōmoda secum,
Multa recedentes adimunt. ne fortes seniles
Mandentur iuueni partes, pueroque viriles,
Semper in adiunctis ęquoq; morabimur aptis.

ACR. Quid ego & populus mecum desideret, id est quid libēter audiant omnes, id est quid quisq; eo expectet donec tollantur aulæa ad finem peractę comœdiæ. si vis inquit expectare populum vsq; ad finem fabulæ, donec dicat actor vos plaudite: & si vis inquit expectare plausorem, donec tollantur aulæa, mores vniuscuiusq; ætatis obserua. Plausoris & plosoris legitur. nam & plodere veteres & plaudere dicebant: vt claudere & cludere. Aulęa. antea qui ludos dabant aulęa suspendebāt, quę in fine ludorū deponebantur. Aulæa autē dicta eo q; in aula Attali regis inuenta sunt deuicto eo. Donec can. i. actor. i. donec finita fabula tollantur aulæa. Cantorem voluit appellare eum qui hoc in imo dicit. Plaudite, hæc erat cōsuetudo in cōsummatione tragœdiarum. Aetatis. c. n. s. t. m. Ac si diceret. Si debes loqui de iuuenib⁹, non des eis proprietatē senum aliusve ætatis. Mobilibusq;. currentibus. qui certis temporibus mutantur: annis. s. accedentibus. & est magnū apitheton. Quid. n. natura mobilius puero adolescenti, & maturo sene: το πρέπον, id est cuiq; propriū tribuendū est. Decor naturis. d. ad ætatem retulit naturis. docet. n. quemadmodū debeat vir loqui & quemadmodum mulier. Reddere. q. v. iam scit. p. qui iam potest fari. vt Maro. Ac veras audire & reddere voces, id est puer qui iam potest loqui. Sunt enim pueri qui q̄uis agnoscant quędam tamen non loquuntur. quale est illud apud poetam. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. Et pede certo Signat. h. imprimit vestigiis suis. qui incedere potest iam firmo vestigio. nā infantes certum pedem non habent: quia tremunt membra eorum. Paribus colludere. cum ætatis suæ æqualibus ludere. sic scribendus est atq; formādus vt cum paribus laudat non cum sene. Et. i. c. ac. p. t. sine ratione. nam pueri & sine causa irascuntur: & temere illos decet irasci. Imberbis, id est imberbus & imberbis, sicut inermus & inermis. Gaudet equis canibusque. vt Teren. Aut equos alere aut canes ad venandum. Aprici. calidi: patentis loci. Cæreus in vitium, f. facilis comparatio, id est pronus est adolescens ad vitium. Aut quasi cæreus ita flectitur in vitium: aut flectit se. Vtilium. t. p. tarde videt vtilia quæ prosunt sibi. Sublimis. superbus. erectus. Cupidusque. ardens ad omnia. Et amata relinquere pernix. hoc est velox ad fastidium cupitorum, id est leuis, inconstans, cito quæ ante amauerat contemnēs. Imberbes. n. quæ amant aliquādo cito dimittūt. Conuersis studiis. mutata voluntate iam vir factus nō est prodigus æris sed cupidus reponēdi. Inseruit honori. ambitiosus efficitur: dat operā vt honorē accipiat. Cōmisisse. c. pœnitēda cōmittere. i. timet hoc facere q̄d postea laborabit mutare. Multa. s. c. i. docet q̄ sūt icōmoda senectutis: & q; laborāt q̄rere: & q̄sita aliq̄n nō tāgūt. Quæri

& inuentis miſer ab.ex ſua ſentẽtia Hora.miſer inquit. Abſtinet.deeſt ſe. Ac timet vti.quia neſcit.ſ.q̃diu viuat.Gelidæq;.i.eneruatę.quia omnis conatus ſenum imbecillis eſt.Ideoq; parata non tangit. Miniſtrat.agit. gubernat. Dilator.ſ.I.quia per pigritiam ſenſus ſemper differunt quæ facienda ſunt,aut ſpem longiorem habent viuendi.hac de cauſa parata non tangunt.Spe longus.i.hic cum ſit proximus morti:ea tamen ſperat quę longe ſunt poſita.Difficilis.durus ad pręſtandum.Querulus.iracundus. Laudator temporis acti Se.p.laudat tempora priſtina ad vituperationem pręſentium. Se.p.hoc eſt in pueritia.Cenſorq;.iudex.obiurgator. Ferunt.i.afferunt.vt Maro. Omnia fert ætas,animum quoq;. Anni venientes.vſq; ad quadrageſimũ annũ ſiue quinquageſimũ venire dicuntur anni.inde iam abire.i.recedere.Omnes anni venientes dici poſſunt etiã qui ſenibus accedũt:ſed illi præcipue:qui acceſſu ſuo & corporis & animi augent virtutem. Ne forte ſeniles Mandentur iuueni.p.ne forte des verba ſenum adoleſcentibus:aut adoleſcentiũ ſenibus.Semper in adiunctis.hoc eſt quæ hęreant & congruãt & apta ſint ætati.& eſt iſte ordo.Semp̄ in adiunctis & aptis æuo morabimur.i.moribus ſemper vtendum eſt.vt puero adiuncta ſit leuitas:adoleſcenti feruor:ſeni maturitas.

Si plauſoris eges aulęa manẽtis.id eſt ſi vis te ab adſtãte audiri donec aulęũ leuetur:& donec is qui agit dicat vos valete & plaudite:quę cõſuminatio & comœdię & tragœdię eſt:hęc intuẽda ſunt:q̃ om̃ia ſubijcit. POR.

Deſcribit auctor decorũ perſonarũ pro ætatis conditione:cuius obſeruatio plurimũ gratiæ & venuſtatis carmini affert.vnde dicit.Tu Piſo ſup.audi quid ego ſup.deſiderem:& quid populus deſideret mecũ(Maluit zeugma q̃ caſuũ vt dicunt conceptionẽ facere)Si tu eges plauſoris,i.tibi applaudentis(vbi quidã ploſoris iuxta veterẽ conſuetudinẽ legunt)& ſi eges manẽtis ſup.populi:aulęa.i.donec aulęa deponãtur:quę ſunt ornamenta parietũ ſic dicta q͏̃ in aula Attali regis inuenta ſunt:Et ſeſſuri.i.permãſuri in ſede ſua vſq;.i.tantiſper donec cantor.i.principalis actor vt Calliopius dicat,vos.ſ.ſpectatores plaudite.i donec finita fuerit fabula:in cuius fine moris eſt dicere vos valete & plaudite Calliopius recenſui.Si ergo vis demorari ſpectatorem delectatione & illecebra quadã audiendi vſque ad finem fabulę:mores cuiuſq; ætatis ſunt tibi notandi, id eſt conſiderandi vt in carmine tuo obſeruentur:& decor eſt dandus.i.decorũ quod græci πρέπον vocant, eſt adhibendũ naturis mobilibus.i.mutabilibus:& annis.i.ſecundũ annos.quod de ſingulis ꝓbat dicẽs.puer qui iam ſcit reddere voces.i.loqui & reſpõdere(infans enĩ vt qui nõ fatur nihil agere poteſt.& ideo ſignanter addidit iam/quia nõ omni tẽpore ſciũt & apte reſpõdere & recte ingredi pueri:alioqui ſentirẽ cũ Bõfinio qui legendũ cenſet Reddere quũ voces.ſed quia tẽpus ſpecificatur per iam,nihil mutem)& puer qui iam ſignat humũ certo pede,id eſt qui imprimit veſtigijs ſuis terrã,& qui firmiter incedere poteſt:geſtit.i.manifeſto geſtu ſe deſiderare ſignificat,colludere paribus,id eſt cũ coæuis ſuis.& colligit iram,id eſt cito iraſcitur & ponit,id eſt deponit irã ſup.temere,id eſt faciliter & ſine cauſa.faciliter enĩ iraſcitur & faciliter placatur.Et mutatur in horã:quod vulgo dicit de hora in horã.Iuuenis imberbis,id eſt inueſtis & nondũ habẽs barbã, hoc eſt ſecũdũ Græcos ephebus,cuſtode,id eſt pędagogo remoto tandẽ,id eſt poſt multã expectationẽ eiꝰ, vtpote anno decimoquarto ætatis eius:gaudet,id eſt delectat equis & canibus & gramine campi aprici,id eſt ſoli expoſiti & patẽtis loci.vnde Terẽtius in Andria.Vt pleriq; ſolent aut equos alere aut canes ad venandũ. Et Virgil.in.iiij.æneid.Iulum ephebũ & adhuc impuberẽ venatione & equorũ curſu delectatũ inducit his verbis.At puer Aſcanius medijs in vallibus acri Gaudet equo:iamq; hos curſu iam pręterit illos. Spumantemq; dari pecora inter inertia votis Optat aprũ:aut fuluũ deſcẽdere monte leonẽ.Et ſup.iuuenis imberbis: eſt cęreus,id eſt mollis & facilis vt cæra flecti,id eſt ad flectendũ:in vitiũ,id eſt in malos mores:Et aſper.i.durus & repugnãs monitoribꝰ.i.cohortãtibus ad virtutẽ & dehortãtibꝰ a vitio.Tardus ꝓuiſor.i.circũſpector vtiliũ ſup.rerũ & ꝓdigus.i.profuſus æris.i.pecuniæ q̃ prima ex ære facta eſt:ſublimis.i.magnificus ſuperbꝰ & erectus:que pro &:& cupidus.i.ardẽs ad omnia:& pronus.i.pręceps & velox & nimiũ paratꝰ relinquere amata.i.quæ prius amauit.ætas que pro & animus virilis.i.qui debet eſſe in viris:quęrit.i.veſtigat & accumulat opes.i.diuitias & amicitias.i.bonorũ virorũ cõmercia:& hoc ſtudijs.i.conatibus & exercitijs conuerſis.i.in melius verſis:& inſeruit.i.multũ ſeruit honori.i.ad habendũ honorẽ:hoc eſt ambitioſus efficit.& cauet cõmiſiſſe.i.patraſſe qđ laboret.i.laborare debeat:mox.i.paulo poſt mutare.i.vt mutet.Multa incõmoda.ſ.aduerſa & nocumẽta circũueniũt.i.obſidẽt & occupãt ſiue inuadũt ſenẽ:vel.i.ſiue q͏̃.i.quia ipſe miſer quęrit.i.aggregat diuitias & abſtinet inuẽtis ac timet vti:vel.i.ſiue q͏̃.i.quia:miniſtrat.i.diſpẽſat oẽs res timide.i.cũ timore & gelide.i.lẽte & cũ tarditate.priuſq̃ enĩ nũmũ expẽdat eũ decies reſpicit.Exiſtẽs dilator.i.perendinator:ſeu vt dicũt ꝓcraſtinator:& querulus.i.natura querulosus,& lõgus ſpe.i.habẽs ſpem in longũ tẽpus. cum etenĩ ſit propinquus morti ea tamẽ ſperat q̃ lõge ſunt poſita.Et vt Seneca dicit,quãto minus relictũ eſt viæ tãto plus viatici quęrit.que pro & auidus.i.cupidus:futuri.i.rei futurę fortaſſe poſt ipſum:& difficilis.i. durus ad pręſtandũ & vt dixi querulus & laudator.i.cõmendator tẽporis acti.i.qđ agebat ſe puero.i.cũ ipſe eſſet puer.ſicut Neſtor apud Homerũ.Et re vera omnes ſenes dicũt meliores mores fuiſſe cũ ipſi pueri eſſent q̃ nũc cũ ſenes ſunt.Verũ vt Ouidius dicit,Laudamus veteres:ſed noſtris vtimur annis.cũ tamẽ ſatyrographus dicat.Terra malos hoĩes nũc educat atq; puſillos.Et caſtigator.i.obiurgator & cẽſor.i.iudex minorũ.i. iuniorũ.Sunt vt Cice.inquit,anxij difficiles & moroſi ſenes.vnde ſubdit auctor. Anni veniẽtes.i.quos tanq̃ venturos expectamꝰ vſq; ad quadragenariũ numerũ:ferũt.i.afferũt ſecũ multa cõmoda.i.multas cõmoditates.vtpote vires diuitias prudentiã & honorẽ.& anni recedẽtes.i.quos dolemus nimiũ procedere a quadrageſimo vſq; ad extremã ſenectã,adimũt.i.auferũt nobis multa ſup.cõmoda:videlicet ſanitatẽ mẽtis & corporis:quia ſenes imbecilles & pleriũq; deliri ſunt.Et ideo nos qui volumus aliquid cõponere quod delectet ſpectatorẽ:morabimur.i.immorabimur & attẽti ſemp̄ erimus:ſemp̄ in adiunctis & aptis.i.cõueniẽtibus & quadrãtibus æuo.i.ætati cuiuſq;.ne pro vt partes.i.officia,ſeniles.i.ſenibꝰ debita:nõ mandẽtur.i.cõmittãtur iuueni:& ne partes viriles.i.viro debitę mandẽtur puero:quod ineptum eſſet. Regula autem hæc eſt.

Vt vero cunctis placeamus ſeruandũ eſt vnuſcuiuſq; ętatis decorũ,ita vt puer inducatur ad luſum procliuis,facilis ad irã:facilis ad placationẽ, & in reliquis inconſtãs.Adoleſcẽs aũt vt exceſſit ephebis remoto iam pedagogo gaudeat equis canibuſq; venaticis & ludo cãpeſtri,ſit mollis:& ad flectendum facilis : monitoribus aſper:a frugalitate abhorrens;ad prodigalitatẽ pronus:magnanimus:& cupidus rerum quas tamen cito derelinquat.Iuuentuti aũt amores & cum æqualibus cõpotationes quadrant.Virilis etas vero Quærit opes & amicitias:inſeruit honori.Porro ſenex ſit difficilis & moroſus:ad auaritiam propopenus ; ac iuuentæ ſuæ immodicus laudator:vt in textu graphice præſcriptum eſt.

ACR. Aut agitur res in scenis.vt in Andria de puero.aut in eunucho de Thaide.Dorias verbi gratia irascit ante populũ.Medea ingressa occidit filios suos.postea refert hoc ad populũ.Vel agitur res in scęna:quādo ostenditur Medea fugiēs:& iratus Orestes refertur,quādo Medea docetur filios peremisse:neq; pręsens exhiberi potest Medeæ parricidiũ:vel intelligendũ est.Quędā in scęnis agũtur:vt puer expositus.Vel acta refertur: vt seruus in epicharmo liberatus.Magis autem ad animos nostros perueniũt quæ fieri videmus q̃ quę audimus.Nō tamē omia in scęna agi debēt:sed aliqua referri.Segni⁹ irritant animos.d.p.au.Citius mouēt spectatores ea quę aguntur in scæna,q̃ quæ referuntur ad scænā.i.aliquis celerius potest discere vidēdo:& dare animũ rei,q̃ audiēdo.Ipse sibi tradit spectator.Quia ipse mihi trado quę video,& alter mihi tradit quod narrat.Non t.intus.tamē abundat.aut q̃uis magis delectant quę videtur q̃ quę audiũtur,tamē dignā rem intus geri non facias ante cōspectũ populi.i q̃uis popul⁹ delectetur,facta tamē nō proferas in scænā:quæ debēt intus agi.Multaq;.t.i.illa quæ secreta sunt ne dicas.i.noli multa describere:tantũ loquēdo dic.Nec pueros corā populo Medea trucidet.noli ita describere fabulas coram populo:vt ipsa crudelitas sit pręsens.Pueros.filios,more græcorum.Ca.in a.Cadmus & Hermione in angues conuersi sunt.nam Hermione filia Martis & Veneris dicitur fuisse.dicuntur autem in angues conuersi propter occisum draconem,qui erat Marti cōsecratus.ex cuius seminatis dentibus dicitur acies armatorum nata esse. Incredulus odi.i.non credens sic debere fieri.ac per hoc sperno atq; contemno.

Aut agitur res in scęnis,aut acta refertur.
Segnius irritant animos demissa per aurem,
Q̃ quę sunt oculis subiecta fidelibus,et quę
Ipse sibi tradit spectator.Nec tamen intus
Digna geri promes in scęnam,multaq; tolles
Ex oculis,quę mox narret facundia pręsens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet,
Aut humana palā coquat extra nefari⁹ Atreus
Aut in auē Progne vertat,Cadmus in anguē.
Quodcunq; ostendis mihi sic incredulus odi.

POR. Aut agitur res in scęnis aut acta refertur.In tale trāsit κατθολικόν.Duo sunt genera nunciorũ.Alter est qui ex scæna acta nunciat:puta si filios Medea occidit nunciatur Iasoni:neq; enim decet hoc in ipsa scæna fieri. Alioquin incipit verus actus fieri,non fabula.Alter est qui in scæna commissa profert extra scænam.puta si adulterium Clytennestra commiserit:vt hic qui appellatur.

ASCen. Hic auctor docet q̃ publice agēda sunt,& q̃ tanq̃ acta narrāda,dicēs.Res.i.materia comica aut tragica aut agitur.i.tanq̃ iam vere fiat representatur:in scænis.i.locis vmbrosis ad spectaculũ constructis:aut refertur.i. narratur & recēsetur acta.i.gesta intus.i.in domibus aut post aulęa:hoc est dicētur acta esse:& egredietes narrabũt quō acta sunt.Sicut Pythias egressa dicit Chęreā castratũ intus vt Parmenonē cruciaret,licet id verũ nō esset.Nuptiæ etiā intus fieri solēt.vnde Terētius ad finē Andrię.Ne expectetis dum exeat huc:intus despōdebitur:intus trāsigetur siquid reliquũ est qđ restat.Itaq; nō oia fiēt corā populo.Verũtamē vt dicit auctor,demissa per aurē.i.res auditę & per aurē dũtaxat cōceptę:irritāt.i.afficiũt & compungũt ad aliquā affectionē lętitię aut tristitię:segnius.i.tardius & minus viuaciter(dicitur eñ segne qđ seorsum.i.separatũ est ab igne,qui maxime actiuus perhibet)q̃ sup.ea quę sunt subiecta fidelib⁹ oculis.i.quę visa sunt.plus erem mouent quę videtur q̃ quę audiũtur dũtaxat.dixit autē fidelibus oculis quia certius scimus quę vidim⁹ q̃ quę audiuimus.vnde Plautus.Plus valet oculatus testis vnus q̃ auriti decē.Et sup.ea q̃ sunt demissa per aurē.i.audita tanq̃ ab alijs visa:irritāt segnius animos q̃ ea q̃ ipse spectator:tradidit sibi.i.vidēdo sibi notificat.Et q̃uis sup.ita sit:tamē nō promes.i.pferes & palā adduces in scænā.i.publicũ spectaculũ:digna.i.res dignas:geri.i. agi:intus.i.in locis obscuris vtpote in cameris aut cœnaculis q̃ intus finguntur esse.Et tu tolles multa ex oculis spectātiũ,q̃ facũdia psens.i.cito dans intelligere qđ volumus,narret.i.recitet:mox.i.paulopost.nec pro & nō:& Medea vxor Iasonis:nō trucidet.i.truculenter occidat:pueros.i.filios suos:corā populo.i.in cōspectu popul.:aut Atreus frater Thyestę:nefarius.i.nefanda ausus:coquat palā.i.in cōspectu populi,exta humana id est accipiēdo a pte totũ hoies videlicet filios Thyestę.Et Progne soror Philomelę aut sup.nō vertatur.i. mutetur in auē videlicet in hirũdinē scđm quosdā:vñ Geor.iiij.Et manibus Progne pectus signata cruentis. Aut Cadmus rex Thebarũ sup.nō vertat in anguē.i.draconē corā populo.Ego eñ incredulus.i.nō credēs sic debere fieri:odi.i.odio psequor:qđcũq;.i.quācũq; rē,tu ostēdis mihi sic.i.palā:cũ sit obscœnũ & triste visu nec facile creditu.Atq; ita ostēdit quo argumēto comœdia aut tragœdia fieri debet:ostēsurus q̃ profuse & qua ratione fieri debeat.De Medea autē nota est fabula quā in superiori lectione recitauimus:quomodo Iasonem iuuit & secuta est:& ab eo in matrimoniũ accepta post partũ quorundā filiorũ:& repudiata per nouas nuptias eosdē Iasoni epulādos apposuit.vnde in Buco.Sęuus amor docuit natorũ sanguine matrē Commaculare manus.Atrei vero fabulā illic narrauimus.Aut cœna Thyeste.Prognes autē tangitur in bucolico vbi dicitur.Aut vt mutatos Terei narrauerit artus Quas illi Philomela dapes quę dona pararit & reliqua.

Progne. Tereus. Tereus enim rex Thracię Prognē Pandionis regis Atheniū filiam vxorem duxit:cuius precibus dum Philomelā sororem adduceret eius amore captus stuprauit eam:atq; illi ne facinus indicaret linguam abscidit.sed nihil profecit.Nam Philomela cruore suo facinus in veste descripsit Aut vt alij volunt acu depinxit.quo cognito ityn communem filium Tereo epulandum apposuit.Atq; inter epulandum cum sæpius filium quęreret mater respondit Quod petis intus habes.Quo accepto pater in syluas auolauit mutatus in vpupam sicut itys in phasianum:Progne in hirundinē:& Philomela in auem sui nominis quę Luscinia dicitur.

Cadmus Hermione. Cadmus autē rex Thebarũ vt Acrō recitat,& Hermione in angues cōuersi sunt.Nā Hermione inqt filia Martis & Veneris dicit fuisse.dicũtur autē in angues cōuersi ppter occisum draconē qui erat Marti cōsecratus: ex cuius seminatis dentibus vt dicitur acies armatorũ nata est. Regula autem hæc est.

Q̃uis magis moueāt visa q̃ audita:nō oīatamē oculis exhibebũtur:vt quę visu obscœna:aut immania:aut nimis triuialia forent:sed intus acta enunciabuntur.

ACR. Neue minor neu sit quinto productior actu.i.nō loquatur in fabula plus quinq; personis.Fabula quę posci vult & spectāda reponi.i.quę vult posci a populo & reponi spectanda vt denuo agatur.i.quę vult in auctoritatem venire.Nec deus intersit nisi dignus vindice.non debes inducere deum in scænā in tua fabula nisi causa subueniendi & puniendi:aliter tum demum inquit inferri debet deus:cum digna res interuentu eius exponitur.Alioqui male ponitur siquis seruum suum vult occidere.sed magis cum filius patrē:aut pater filiũ occidit.Itē tũc inqt psona numis debet interseri,qties adeo difficilis res ē:vt nō nisi interuētu numis explicari possit:vt hem⁹ apđ poe

Neue minor quinto neu sit productior actu
Fabula quę posci vult & spectata reponi.
Nec deus intersit nisi dignus vindice nodus

tam igressum fuisse Turnũ castra Troiana illicq; multasq; cędes impune fecisse.incredibile est solũ ista sine numine ĩplere potuisse. vidit hoc.poeta nimis arduum & subiunxit Huic Iuno vires animumq; ministrat. Nec quarta loqui p̃sona labo.quartã personam quando inducimus aut non omnino loqui debet,aut pauca.non dixit taceat:sed nõ loquando laboret:quo aptior sit dictio.Inducitur autem quarta persona aut vt annuat:aut ei aliquid imperetur. Actoris partes chorus officiumq; virile Defendat.sic debet vnusquisq; recitare fabulas:vt audientes laudent eum:suumq; officium laudando protegant ab accusatoribus.Quando vir agit viuũ,chorus debet induci.Chorus inquit non multarum personarum actus defendat.sed vnus suscipiat non ideo inquit,multarum personarũ partes suscipiat,quia in choro multi sunt:sed virilem partem tueatur: hoc est vni⁹ viri,virile autem non aliqua re astuta:sed vnumquãq; contingit. Est autem ordo . Chorus defendat partes actoris & officium virile. Alij sic exponunt.etiam si mulierum sit chorus eodem nomine appellatur.nec interest aliquid an mulierum sit chorus an virorum:dummodo verba conueniant.Defendat.tueatur.Mire dixit.neue inquit ipse chorus inter medios actus aliquam rem cantet incongruam:id est id canat quod ad presentem rem aptum sit. ne chorus aliquid discrepet ab argumento: neq; aliquid inter medios actus debet absurde cani.i.inter actus viri ne inducas chorũ mulierũ.Et regat.i.cõpescat:mitiget.docet qua causa chorus debet induci:vt faueat bonis:& cõcilietur amicę.Peccare.innocẽtes.Salubrẽ iusti.quia semp ĩcolumis est salus vbi est iustitia.Et apertis ocia portis.i.in pace.quia ĩ paceportę patẽt.vt Pãdunt portæ.Et ecõtrario.Qua mœnia clausis Ferrũ acuũt portis.Ille tegat cõmissa.cælet credita sibi.i.nõ palã faciat credita consilia.Miseris. ad miseros. Fortuna.s.bona.nam est & mala.vt Hac Troiana tenus steterat fortuna.

Incíderit.nec quarta loqui persona laboret.
Actoris partes chorus officiumq; virile.
Defendat:neu quid medios intercinat actus
Quod nõ proposito cõducat,& hęreat apte.
Ille bonis faueatq; & concilietur amice.
Et regat iratos,& amet peccare timentes.
Ille dapes laudet mensę breuis,illę salubrem
Iustitiam regesq; & apertis ocia portis.
Ille tegat commissa,deosq; precetur & oret.
Vt redeat miseris:habeat fortuna superbis.

Neu sit.q.p.a.f.Ne incipiat Tragœdia plusq̃ .v.partibus ĩpleri.Quæ posci vult &.s.r.Illud dixit. Si forte reponis Achillem.hoc est quę placere vult:& iterum proferri.Nec deus intersit.n.d.v.n.in.tunc demum inquit inferri debet deus cum indigna res interuentu eius exprimitur.alioquin male ponetur:vt in eo siquis seruum voluerit occidere.Sed magis cum aut filius patrem,aut filium pater occidit.Nec quarta loqui perso.la. Tres enim personę Tragœdiam itemq; comœdiam peragunt.si tamen quarta interponitur,nõ loqui debet sed annuere,statimq; dimitti. Actoris.p.c.o.v.defendat.i.ne viris agentibus fœminarum inducatur cho⁹:ne fœminis virilis:sed agente vsu has partes custodient. POR.

¶Tetigit quid in Tragœdijs potissimũ palã agerẽ & quid nõ. Nã trucidatiões huiusmodi tragicæ sũt nõ comicę:ĩ comœdijs autẽ solẽt nõ agi sed recẽseri aratiões,nauigatiões p̃icula maris nuptiarũ.celebrationes seruorũ cõpotatiões,virginũ violatiões & eiusmodi.Nũc aũt magis ad comœdiã respiciẽs.vñ & q̃ diffuse cõstare debeat paucis tãgit dicẽs,Neue minor & reliqua.quorũ Ordo est.Fabula vtpote comœdia q̃ vult.i.desiderat posci.i.requiri & exigi & reponi.i.diligẽter custodiri spectata.i.pp̃ro iterũ ad spectãdũ exhibẽda: neue. i.vel nõ:vel nõ sit mĩor.i.breuior quinto actu:neu.i.vel nõ sit ꝓductior.i.lõgior quinto actu.i.habeat pcipue quinq; actus ita vt neq; plures neq; pauciores.Nec deus.i.interpositio auxilij diuini vel manifesta p̃sentia dei aut inuocatio diuini auxilij intersit alicui operationi nisi nodus.i.difficultas & rerũ indissolubilis cõnexus dignus vindice.i.qui deũ habeat vĩdicẽ & dissolutorẽ,inciderit.i.a casu ĩteruenerit:hoc est nũq̃ finget diuinit⁹ factũ esse qđ ęque verisimilr̃ humanit⁹ fieri poterit.In Tragœdijs etiã siqs seruũ vult occidere,ĩdigna res cui de⁹ intersit aut ĩuocatio nõis ei⁹:dignior aũt cũ fili⁹ patrẽ aut pater filiũ occideret.Simir̃ apđ poetã legim⁹ in nono Turnũ ĩgressũ fuisse castra Troiana:illicq; multã cedẽ ĩpune fecisse:qđ ĩcredibile videret nisi subiũxisset:Huic Iuno vires animũq; mĩstrat.vel sic:nec de⁹.i.ĩuocatio auxilij diuini itersit reb⁹ dicẽdis nisi dign⁹ vĩdice nodus inciderit.i.nisi maiora moliamur q̃ q̃ humanis opibus effici possẽt.vñ nec comici,nec elegiaci, nec satyrici,nec epigrãmatici,nec id gen⁹ scriptores ĩuocare solẽt.Nec quarta p̃sona laboret.i.conet cũ difficultate ĩtelligẽdi loq in eadẽ scęna,hoc est ĩ vna eadẽq; scęna,licet cõplures p̃sonę sint,raro plures q̃ tres loquẽtur:q; si quarta loquatur,id admodũ p̃ce faciat ne cõfusio loquẽtiũ difficultatẽ ĩtelligẽdi pariat.Chorus id est multorũ collocutio & cãtus:qui in tragœdijs quibusdã adhuc cõspicitur,& in comœdijs esse solebat: defendet,id est protegat partes & officiũ virile actoris.i.non multarũ personarũ partes suscipiat:sed virilẽ partẽ tueatur,id est vni⁹viri vtpote actoris:aut alteri⁹ viri.aut reuera officiũ virile dicit sicut Liuius in prologo pro parte mea virili dicit:vel secundũ Porphyrionẽ pręcipit ne viris agentibus fœminarũ inducatur chorus,nec fœminis virorũ. Neu.i.neue chorus supple intercinat.i.canat qđ.i.aliqđ inter medios actus qđ nõ cõducat.i.vtile nõ sit ꝓposito.i.principali instituto.Et sup.qđ nõ hęreat.i.qđ non cohęreat & quadret apte.i.decẽter.ille videlicet chorus faueat bonis.i.dicat laudes in fauorẽ bonorũ:& cõcilietur.i.cõciliationẽ faciat amice.i.amicabiliter:vel vt quidã volũt cũ amica.sed min⁹ placet.Et regat.i.cõpescat iratos.Et amet id est se amare ostẽdat timẽtes peccare.i.innocẽtes.ille laudet dapes.i.fercula breuis mẽse.i.breuis refectionis.ille laudet iustitiã salubrẽ:quia vt inqt Acrõ,semp incolumis est salus vbi est iustitia: & reges.i.iustitiæ rectores:vel leges,quę vt Cicero inqt & virtutib⁹ pręmia & vitijs supplicia ꝓponũt Et laudet ocia.i.tranquillitatẽ pacis.apertis portis:qua in pace portę pãdũtur & aperiũtur.vnde vt dicitur secũdo æneid.postq̃ Troiani pacẽ habere sperabãt:Pãdũtur portę:iuuat ire & Dorica castra Desertosq; videre locos.Aperiũtur ergo porte ciuitatũ tp̃e pacis:& claudũtur belli portę in teplo Iani.vñ ęnei.i.Claudẽtur belli portę &c. Ille inq̃ chor⁹ tegat cõmissa.i.cęlet credita sibi:hoc ẽ nõ palã faciat credita cõsilia:neq; nodũ fabulę añ finẽ (ne popul⁹ aufugiat) dissoluat:& p̃cet & oret deos vt fortuna sup.bona redeat miseris.i.ad bonos ĩiuste patiẽtes & miseratiõe dignos.Nã miseri sine culpa nõ sine pœna sũt.Et abeat.i.discedat supbis.i.a supbis & elatis.Quia de comœdiarũ & tragœdiarũ decoro paulo post loq polliciti sum⁹:nũc de ipsarũ descriptiõe & ptibus pauca pręmittemus ex Diomede:qui sic inqt.Tragœdia est heroicę fortunę ꝓpositio.Tragœdia vt quidã volũt dicitur a tragos qui est hircus,& Ode,id est cãtus:qm̃ olim auctorib⁹ tragicis tragos,id est hircus pręmiũ cãtus ꝓponebatur:qui liberalibus die festo libero patri ob hoc ipsum immolabatur:quia vt ait Varro,hirci depascũt vitẽ.vnde Horatius in arte poetica.Carmine qui tragico vilem certauit ob hircũ, Mox etiam agrestes satyros nudauit.Et Virgilius Georg.secũdo.Non aliam ob causam baccho caper omnibus aris cæditur.Alij putant a fæce quã græcorum quidam trigon appellant,tragœdiam nominatã per-

Margin notes: ASCen. — Inuocatio quib⁹ faciẽda sit — Tragœdia. — Hircus.

mutationem literarum:id est videlicet in a:quoniam olim nondum personis a Thespide aut Thespi repertis tales fabulas peruncti ora fęcibus agitabant.vt rursum est Horatius testis sic.Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ Dicitur & plaustris vexisse poemata Thespis:Quę canerēt agerētq; peruncti fęcibus ora. Alii a vino dictam arbitrabantur:propterea q̄ dictabatur trix.vnde trigetos vindemia quoq; est.quia liberalibus apud atticos die festo liberi patris vinum cantoribus pro premio dabatur.Cuius rei testis est Lucilius in.xij.Comœdia est priuatę ciuilisq; fortunę sine periculo vitę cōprehensio.dicta ἀπὸ τῶν κωμῶν, id est apo tis comis seu tes comes.κῶμαι enim appellantur pagi,id est conuenticula rusticorum.Ita iuuētus(vt ait Varro)attica circum vicos ire solita fuit:& quęstus sui causa hoc genus carminis pronunciabat. Aut certe a vicis.Nam postq̄ ex agris Athenas commigratum,& hi ludi cōstituti sunt,sicut Romæ compitalatij,ad canendū prodibāt.vel ἀπὸ τοῦ κωμάζειν,id est apo tucomu, id est comessatione(Nā κῶμος dicitur festiuitas in conuiuio & comessatio)quia olim in huiusmodi fabulis amantiū iuuenū comessationes canebātur. Comœdia & tragœdia differūt:q̄ in tragœdia introducūtur duces,heroes,reges:in comœdia humiles atq; priuatę personę.In illa luctus exilia cędes.In hac amores:virginū raptus.Deinde q̄ in illa frequēter & pene semp dantur rebus lætis exitus tristes:& liberorū fortunarūq; priorum in peius admistio,tristitia nāq; tragœdię propriū est.Ideoq; Euripides petente Archelao rege vt de se Tragœdiam scriberet,abnuit:& precatus est ne accideret Archelao aliquid Tragœdiæ proprium:ostendens nihil aliud esse Tragœdiā q̄ miseriarū comprehensionē.Poetę primi comici fuerunt Susarion,Rullus,& Magnes:hi veteris disciplinę iocularia quedā minus scite & venuste pronunciabāt.Secunda ętate fuerūt Aristophanes Eupolis & Cratinus qui & precipuum vitia sectati acerbissimas comœdias composuerūt.vnde Horatius in sermonibus.Eupolis atq; Cratinus Aristophanesq; poetę Atq; alij quorū comœdia prisca virorū est,Siquis erat dignus describi q̄ malus aut fur:Aut mœchus foret:aut sicari⁹:aut alioquin Famosus:multa cū libertate notabāt.Tertia ętas fuit Menandri:& Philemonis:qui omnem acerbitatem comœdiæ mitigauerunt:atq; multiplicia argumenta gręcis auctoribus secuti sunt.Ab his Romani fabulas transtulerunt.& constat apud illos primo latino sermone comœdiam Liuium Andronicū scripsisse.Sunt qui velint Epicarmum in insula Co exulantem primum hoc carmen frequentasse:& sic a Comœdiam dici.Antea itaq; galeris non personis vtebantur:vt qualitas coloris indicium faceret ætatis:cum essent aut albi aut nigri aut rufi.Personis vero prim⁹ cœpit vti Roscius Gallus precipuus histrio:qui oculis obuersis erat nec satis decorus in personis nisi parasitos pronunciabat.Initio togatę comœdię dicebantur q̄ omnia in publico honore confusa cernebantur,que togate pretextatas & tabernarias diuidebant.Togatę fabulę dicuntur que p̄scriptę sunt secundū ritus & habitus hominum togatorum,id est Romanorum.Toga nāq; romana est.sicut græcas fabulas ab habitu eorū Varro Palliatas ait nominari.Togatas autem cum sit generale nomen specialiter tamen pro tabernarijs non modo communis error vsurpat:quia Flauius togatas appellat:sed & poetę, vt Horatius qui ait.Vel qui pretextas vel qui docuere togatas.Togatarum fabularum species tot fere sunt quot & palliatarum.Nam prima species togatarū quæ prætextatæ dicuntur:in quibus imperatorum negocia agebantur & publica:& reges Romani & duces inducuntur:personarum dignitate & sublimitate tragœdijs similes.Prætextate autem dicuntur.quia fere regum vel magistratuum qui prætextata vtuntur,in huiusmodi fabulis acta comprehenduntur.Secunda species togatarum quę tabernarie dicuntur humilitate personarum & argumentorum similitudine comœdijs pares:in quibus non magistrat⁹ regesq; sedes humiles homines & priuate domus indicuntur,quę q̄ olim tabulis tegerentur:cōmuniter tabernariæ vocātur Tertia species fabularū latinarū est.earūque a ciuitate Oscorum Attella in qua primum cœpte,Attellanæ dicte sunt,argumentis dictisq; iocularibus similes satyricis fabulis græcis.Quarta species est planipes:grece μῖμος dicitur.Ideo autem latine planipes:q̄ actores planis pedibus id est nudis proscœnium introirent non vt tragici actores cum cothurnis:neq; vt comici cum soccis olim:non in suggestu scæne sed in plano orchestræ positis instrumentis mimicis agitabant.Cuius planipedis Atta togatarum scriptor ita in ædilitia fabula meminit. Datum est aurum:exultat planipes. Si quas fame ex soccis fabulas fecerat,palliati pronunciabant.Togata prætextata a tragœdia differt: q̄ in tragœdia heroes introducuntur:vt Pacuui⁹ tragœdias nominibus heroicis inscripsit Orestem Chrysoen & his similia: sicut & Accius.in prætextata autē scribit Brutus vel Decius.Itē marcellus.Togata tabernaria a comœdia differt q̄ in comœdia græci ritus inducunt & p̄sone grææ vt Laches sostrata. in illa vero latinæ.Togatas tabernarias i scænā ductauerūt præcipue duo.Afrani⁹ & Quint⁹ Enni⁹.Nā Tereti⁹ & Cæcili⁹ comœdias scripserūt.Latina attellana a græca satyrica differt,q̄ in satyrica fere satyrorū p̄sonæ introducūtur:aut siquæ sunt similes satyris.In attellana obscænæ p̄sone,vt Maccus.quæ omnes fabule Dramatice sunt ab agendo dicte Nā agi fabula nō referri ab actorib⁹ dicitur.Sunt tamen quæ referūtur.quocirca Horatius vtraq; significatione interpretatur,cum ita de fabula dicit.Aut agitur res in scænis:aut acta refertur.sicut in græco choro vbi tres personæ tantū agūt.At latini scriptores cōplures personas in fabulas introduxere,vt speciosiores frequētia facerēt.Satyrica est ludendi causa iocandiq;,simul vt spectator inter res tragicas seriasq; satyrorū quoq; iocis & lusibus delectaret:& vt Horatius sentit his verbis.Carmine q̄ tragico &c.Mimus est sermonis cuiuslibet motus sine reuerentia,vel factorū cū lasciuia imitatio.Mimus dictus quasi solus imitetur:cū & alia idem poemata faciāt:sed solus quasi priuilegio quodā quod fuit cōmune possedit,similiter atq; is qui versum facit dictus poeta,id est factor:cū & artifices qui æque quid faciunt,non dicantur poetæ.Mēbra comœdiarum tria sunt.Diuerbium.Canticum,Chorus.Diuerbia sunt partes in quibus diuersorū p̄sonę versantur.Personæ autē diuerbiorū aut duæ,aut tres,aut raro quatuor esse debent.vltra augere numerū nō licet.In cāticis autem vna tantū debet esse persona:aut si duæ fuerint ita debent esse vt ex occulto vna audiat nec loquat̄, sed secum si opus fuerit verba faciat.In choris vero numerus personarum diffinitus nō est:quippe iunctim oēs loqui non debēt quasi voce confusa & concentū in vnā personā reformantes.Latinę autē comœdię chorū nō habēt sed duobus tantū mēbris cōstant diuerbio & cantico. Primis autē tēporibus asserit Tranquillus omnia quę in scæna versantur,in comœdijs acta.Nam & pantomimus & choraules in comœdia canebant. Verum actores comœdiarū pro facultate & arte potiores principatum sibi artificio vendicabant.sic factū est vt nolentibus cedere mimis cum artificio suo cæteris:separatio fieret reliquorum. Nam dum paucores inferioribus qui in omni magisterio erant seruire dedignabantur,seipsos a comœdijs separauerunt.ac si factum est vt exemplo semel sumpto vnusquisque suę artis rem exequi cœperit.neque in comœdiā venire.cuius rei indicia produnt nobis antiquę comœdiæ:in quibus inuenimus:Acta tibijs paribus aut imparibus aut Seranis.quando enim chorus canebat,choricis tibijs,id est choraulicis artifex concinebat.In canticis autem pyraulicis respōdabat.Sed q̄ paribus tibijs vel imparibus inuenimus scriptum,hoc significatum:q̄ siquādo monodio agebat vnam tibiam inflabat:quando synodio vtramque.hæc Diomedes.

Regula autem est.

Comœdia.
Ludi cōpitalitij.
Tragœdiæ proprium.
Comici poetæ.
Togæ.
Toga.
Palliatæ.
Pretextatæ.
Pretexta
Tabernariæ.
Attellanæ.
Planipes
Mimi
Satyra.
Agūtur fabulę & referuntur qdā.
Mimus.
Poeta.
Mēbra comœdiarum.
Diuerbia.
Cantica.
Chorus.

Comœdia quinque precise continebit act⁹, nec in vna scęna vltra quatuor personas inducentur loquentes, quinetiam quarta raro loquatur. In nulla autem seu fabula seu historia inuocetur deus aut dea, nec interuenisse dicetur vbi humanis opibus res geri poterit. In Tragœdijs autem chorus id quod in textu prescribitur munus explebit.

¶ Tibia non vt nunc orichalcho. Docet qua causa tempore multa mutata. Tibia.n. ante non erat ita ornata: & neq; tam multis foraminibus tubæ æmula. Modo vero & ornata est, & tam multa habet foramina: vt sonet queadmodum tuba. Ostẽdit autem luxuriam recentem & ambitionem natã esse, antiquitatem vero seuerã fuisse. nam prius tibia non erat ambitiosa: nec multis distincta foraminibus. Varro ait ad Mar. de li. li. quatuor foraminum fuisse tibias apud antiquos. Et seipsum in templo Marsiæ vidisse Tibias. iiij. foraminũ. ACR.

Tibia non vt nunc orichalco iuncta, tubęque
Aemula, sed tenuis: simplexq; foramine pauco
Aspirare & adesse choris erat vtilis: atque
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu,
Quo sane populus numerabilis: vtpote paru⁹
Et frugi, castusq;: verecundusque coibat.
Postq̃ cœpit agros extendere victor, & vrbes
Latior amplecti murus, vinoque diurno
Placari genius festis impune diebus,
Accessit numerisq; modisque licentia maior.
Indoctus quid enim saperet liberque laborum
Rusticus vrbano confusus, turpis honesto?
Sic priscę motũque & luxuriam addidit arti
Tibicen: traxitque vagus per pulpita vestem.
Sic etiam fidibus voces creuere seueris,
Et tulit eloquium insolitum facundia pręceps,
Vtiliũque sagax rerum & diuina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

Quare quaterna foramina antiquæ tibię habuerunt. Alij dicunt non plusq̃ tria. Aspirare & adesse choris erat vtilis. i. paucis spectãtibus: sufficiebat inquit breuis tibia ad sedilia populi complenda: quæ eo tempore adhuc non erant spissa atque densata. Atq;. n. spis. nondum erat vtilis tibia ad sedilia populi complenda, id est complere flatu suo spissa theatra vel aures oĩm spectatorum, adeo erat tenuis, & sonus ei⁹ vix audiebatur per totã scęnam. Quo. i. ad sedilia explenda. i. ad theatrum pauci conueniebant. Numerabilis. paruus, quia numerari poterat. Postq̃ cœpit agros extendere. i. postq̃ cœperũt homines ita epulari: velut in festis diebus: & postq̃ cœperũt impune vti cõuiuijs quasi sacris cœnis: creuit luxuria. Placari geni⁹. deest cœpit. postq̃ cœperũt naturali deo sacrificare. Festis. quasi festis. Impune. i. non contradicente lege aut moribus. Accessit numerisq; modisq; licẽ. ma. Quia ante tres erant chordæ. post. vij. factæ sunt. Deinde. x. Indoct⁹ quid enim. postq̃ cœpit esse indoctus populus, sine differentia cœperũt esse omnia, & hac de causa delicias inuenerunt: Tibicines vero vt populus voluptatib⁹ teneretur. Cõfusus autem est mixt⁹. dicit autem causam ꝑ quam creuit licentia: propter imperitiam populi, & quia nulla erat differẽtia inter bonos & malos. Liber. l. r. Liber tam a ciuili bello: q̃ ab extraneo. Sic taliter. postq̃ creuit populus & superstitio eius. Motumq; & luxuriam addidit arti. Gestum corporis & voluptatem. propter multitudinẽ foraminũ & tibiarum supra modum aucta est magnitudo. Traxitq; vagus per pulpita vestem. propter gestum vagus. quia non in vno loco: nec in vno modo tibicen: sed varie huc atque illuc sese circũfert. Per pulpita. per tabulas scænæ. Sic etiam f. v. c. s. Soni, modi insolentiores, siue numeri: nam prius tetrachordi erant citharœdi. antea enim lyra. vij. chordas habuit tantũ, postea excogitata est cithara. Siue aliter creuere. Cithara eñi monochordos fuit. deinde paulatim dextra lęuaq; addentes ponebant. Tragœdijs satyra dicitur amata, in quibus salua maiestate grauitatis iocos exercebant secundum Cratini institutionem. Is enim primus Athenis Dionysia dũ essent: satyricam fabulam induxit. Alia autem satyra est illa mordax, vt Lucilij, Persij, Iuue. hæ autem fabulę satyricæ dicuntur: vt tragicæ & comicæ. Tulit. protulit. Eloquiũ in. insolitum eloquium. i. nouam eloquentiam: hoc est inflatam & non propriam. sic & facundia elapsa est in loquacitatem & facta vitiosa, tunc enim cœperunt facunde eloqui: & amplius solito. Facundia pręceps est iucunda eloquentia. Vnde facundus: fatu iucũdus. sed facundia ꝑceps est quæ cum ingenti impetu fertur. Eloquentia q̃q; antea necessaria erat & vtilis, circa prouisionem futurorum cœpit furibundæ & delphicæ similis esse amissa moderatione. Vti. s. i. inuentrix gnara & diuina futuri, sicut philosophia: quæ ita futura præuidet sicut diuinatio. Sorti. sortes dantibus, per quas futura noscuntur. Non. d. s. d. i. quæ antea vtilis erat: talia cœpit dicere, qualia in templo Apollinis dicuntur.

¶ Tibia nõ. vt. n. o. i. t. q;. ę. s. t. Colligit priore tẽpore certiore lege scriptas esse fabulas q̃ hoc seculo. Nã nec tibia quæ interijt tam ꝑciosa erat: neq; tam magna q̃ nunc est: quæ orichalco ornatur: quod simillimũ bractęę aureæ est. Simplex. f. p. terna eñi tantũmodo habuit antiqua tibia. Sic. p. m. q;. &. l. a. a. Motũ nunc gestũ dicit. Sic etiam fi. v. creuere se. Ante enim septem chordas habebat, excogitata postea cithara est. Et tulit e. i. f. p̃. vsus est dicere. q̃ ꝑcipit eloquẽtia. Vtiliũq;. s. r. &. d. f. s. n. d. s. d. Ante enim sapientes loquebantur: & illorum ꝑceptum pro responso erat. Τῶν λεγη & multa quæ in templo Apollinis delphici scripta sunt septem sapiẽtum præcepta sententiam dixit: vt apud Græcos. POR.

¶ Hic loquitur de luxu & pompa theatrali, ostendens quo pacto incrementum sumpsit, additurus nonnulla de fabularũ progressione: atque decoro. & dicit. Tibia. i. fistula facta ex tibia potissimum gruũ: qua modulos faciebant: non sup. erat olim iũcta orichalco. i. instrumento facto ex orichalco: quod in colore auro simile est, & æmula tubæ. i. imitatrix æqualem sonum reddendo. quasi dicat, fistula erat olim ex tibijs gruum: & non ex metallo confecta: neq; tam ampla vt sonum tubæ redderet: sed erat tenuis. i. modica & simplex. i. nõ compacta: & pauco foramine. i. habens pauca foramina: quia secundũ Varronem tantũ quatuor foraminũ apud priscos fuit: vtilis. i. idonea & commoda aspirare. i. cantantibus choris concinere. & adesse. i. auxilio esse: atq; pro & complere flatu. i. sonitu suo sedilia. i. sessiones hominũ nondũ nimis spissa. i. adhuc non nimis repletas populo: quæ. i. ad quæ sedilia populus sane. i. valde numerabilis. i. facilis ad numerandum, vtpote paruus. i. modicus & frugi. i. parsimoniæ inseruiens & castus & verecundus coibat. i. conueniebat. postq̃ sup. populus Romanus victor exterarum gentium: cœpit. i. incepit extendere agros. i. possidere ampliores pos- ASCen.

sessiones: & murus latior supple cœpit amplecti vrbes.i.ciuitates extentiores factę sunt, & genius.i.deus naturæ cœpit placari (quasi iratus fuerit in sobrios, qui genium suum defraudare dicuntur) vino diurno (quia interdiu vacare cœperūt potationibus, cum prisci tantum labente die in cœnis conuiuere solerēt) aut vino diurno.i.quotidiano.i.postq̄ singulis diebus potationibus & comessationibus indulgere cœperunt: diebus festis.i.tempore festiuo impune.i.sine punitione, tunc sup. licentia.i.impunitas & permissio maior.s.q̄ prius accessit, numeris, id est aut versibus qui numero constant: & pro quibus sæpe numeri ponuntur: aut numeris rerum scænicarum vt auctorum & ornamentorum ac instrumentorum musicorū & foraminum in eis, aut numeris.s.chordarum: quia ante tres chordæ erant, post septē factę sunt, deinde nouem: q̄ pro et, & modis, id est modulationibus. Et causa est quare non tanta licentia maioribus erat: quam addit poeta dicens. Quid em̄ rusticus indoctus liber laborum: id est paulo ante solutus a labore: & confusus.i. permixtus vrbano.i. vrbē habitanti, & turpis.i.deformis permixtus honesto: id est pulchro: saperet.i.sapere posset: sic.i.hoc modo, tibicen.i.canens in tibia addidit arti priscæ: id est veteri: motum: id est gestum corporis, & luxuriam.i.voluptatē tripudiandi; & ipse vagus: id est vagabundus propter motum traxit vestem.i.syrma: quæ vestis oblōga ē a συρω quod est traho dicta: per pulpita.i.per tabulas scænæ. Et voces.i.sonoritates & modi in solētiores creuere.i.creuerunt etiam sic.i.hoc modo fidibus.i.chordis seueris: id est grauibus prius. & facundia p̄ceps. id est iucunda eloquentia, quæ cum ingenti impetu fertur: tulit.i.attulit vel protulit eloquium: id est eloquentiam: insolitum inconsuetum prius: & sententia sagax rerum vtilium: id est sapiēs res vtiles: & diuina.i. diuinatrix futuri, id est rei futuræ non discrepuit Delphis sortilegis, id est sortes dantibus, id est talia cœpit dicere: qualia in templo Apollinis dicuntur, cum antea sapientes loquerentur: & eorum præceptum pro responso esset.

Syrma.

Regula autem est.

Sicut apparatus scęnici paulatim susceperunt incrementum, ita & verborum ac sētentiarum pondus in poematis.

Carmine qui tragico vilē certauit ob hircum
Mox etiam agrestes satyros nudauit, & asper
Incolumi grauitate iocum tentauit: eo q̄
Illecebris erat & grata nouitate morandus
Spectator functusq̄ sacris & potus & exlex.
Verum ita risores ita commendare dicaces
Conueniat satyros, ita vertere seria ludo,
Ne quicūq̄ deus quicūq̄ adhibebitur heros
Regali conspectus in auro nuper & ostro
Migret in obscuras humili sermone tabernas,
Aut dum vitat humū, nubes & inania captet.
Effutire leues indigna tragœdia versus
Vt festis matrona moueri iussa diebus,
Intererit satyris paulum pudibunda p̄teruis.

ACR. ¶ Carmine.q.t. docet quomodo mutata est disciplina poetarum. nam primus Thespis tragœdiā scripsit. Vilem c. ob hir. Hircus fuit p̄mium tragœdo. Vnde & tragœdia dicta est. Tragos.n. græce hircus appellatur. Ille qui propter hircum scripsit tragica carmina, ipse descripsit qualiter se habent agrestes satyri. Mox e. Nō multo post ille aliquos carmine satyros induxit, qui nudi pergunt. Nā docet vn̄ nata sit satyra: ex tragœdijs.s. Agrestes.seueros. quia vitia carpant. Satyros.n. postea etiā satyram adiunxit tragœdiæ. Nudauit autem: q̄ liberius in ea dicant & fiant pleraq̄. Et as.in.g. carminis similis & asper tragœdus ita admiscuit iocū tragœdiæ: vt seueritatē seruaret incolumē.i.q̄uis esset asper sic iocatus est tragœdus per satyram, vt nō amitteret grauitatem. Asper autem seuerus & hoc ad habitum retulit: quia proterua q̄dā in satyris dicuntur, & fiunt. Eo q̄ illecebris erat. ideo admiscuit tragœdiæ satyram: vt per illecebras teneret spectatorem, Antea non voluptatis causa inuenti sunt ludi: sed religionis.i.ideo satyram admiscuit tragœdiæ: quia spectator grata erat nouitate retinendus: qui spectator veniebat post sacrificia, iam pransus: iam potatus. Illecebris autem quia habet satyra illecebras: quæ iocum continet: & risum mouet. auditor volebat delectationes nouiter factas audire. Spectator. populus videlicet ad obseruāda sacrificia, aut feriatus: & oīa negligenter accipiens: securus & sine lege. Verum i.r.i. debet misceri satyra tragœdiæ: vt personis suum decus seruetur. Risores. satyri, aut quia risum mouent, aut quia res rident humanas. Cōmendare scilicet spectatoribus. Omnia enim quæ dicuntur a poetis, ita debent dici vt commendari videantur.i. libēter aspiciantur. Dicaces autem iocosos: & liberos ad dicendum mordaces. Ita vertere seria ludo. videlicet cum satyra tragœdiam. Ne quicūq̄ d.q.ad.h. Subaudi in carmine tuo o poeta. Ac si diceret. ille qui debet scribere de dijs, vel de regibus, non debet eos vili carmine scribere. Conspectus. conspicuus. Migret in obscuras humili sermone. hoc docet vt consonantia dicamus. In ob.t. id est in humilem modum.i. non humiliter loquat̄. Tabernas autem humilia cubilia, siue casas. Aut dum facis illum humilitatem vitantem: facias inter nubem cælumq̄ versari. Effutire. hic emittere. proprie autem effutire est inepte loqui illum autem tragœdum poetam, quem non decent leuia, raro satyrica scribere decet, & si scribit temperare: & satyrorum procacitati satisfacere. Vt matrona festis diebus iussa saltare cum quadam verecundia moueri iubetur: ita satyra paululum erubescere debet vsurpata auctoritate. Vt fe.m.m.i.d. sunt enim quædam sacra: quibus saltant matronæ sicut in sacris matris deorum. Proteruis. aut quia vitia notant: aut student risui. Nam & ipsa tragœdia paulum pudibunda debet esse: quæ misceatur satyris. Vel intererit paulum: non paulum pudibunda.

POR. ¶ Carmine .q.t. v.c.ob.h. Circa hunc enim tragœdiarū scriptores apud antiquos contendebant. & tragœdia inde appellata est. Mox e.a.s.n. hoc est satyrica cœperunt scribere. vt Pomponius Atlantem vel Sisyphon vel Ariadnen.

ASCEn. ¶ Carmine qui tragico. Hic docet quomodo mutata est disciplina poetarum, dicens. Is qui certauit ob hircū vilem carmine tragico, videlicet Thespis secundum Acronem: nudauit mox.i. paulo post: hoc est nudos introduxit satyros agrestes.i. syluestres: & in agris versari solitos, & ipse asper.i. seuerus reprehēsor vitiorum, tentauit, id est conatus est adhibere, iocum.i. iucunditatem grauitate sup. existente incolumi.i. salua: eo.i. ideo q̄.i. q̄a spectator functus.i. perfunctus sacris.i. quiiam expleuerat rem sacram: & potus.i. vino captus: & exlex.i. extra legem rationis existens, morandus.i. detinendus: illecebris.i. delectationibus illicientibus: & nouitate grata.i. cōmoda, non tamē sic: vt propter nouitatem decorum penitus omittatur. vnde subdit. Verū: id est sed conueniat.i. conueniens sit cōmendare.i. laudare satyros īductos & risores.i. derisores & dicaces.i. scōmata; & dicteria in quęcunq̄ iacientes, & vertere ludo.i. in ludum seria.i. res seriosas, ita.i. hoc modo ne, id ē

vt non quicunque deus adhiberetur: aut quicunque heros conspectus nuper.i.in priori fortuna in auro, id est veste aurata vel aurea & ostro.i.purpura, migret.i.habitatum eat in tabernas: in quibus res vendantur, obscuras.i.tenebrosas, & hoc cum sermone humili: id est nimis abiecto. Aut pro vel: dum.i.quando deus vel heros vitat.i.effugit humum.i.humilem habitationem, captet.i.capere festinet nubes & inania.i.regionē aeris, hoc est quis inter satyros fuerit tamen rationem personæ suæ habeat. Tragœdia indigna effutire.i.quæ effutiat, versus leues.i.parum graues: intererit Satyris.i.miscebit res satyricas: proteruis, i.e. procacibus: & petulantibus pudibunda paulum.i.cū verecundia, vt.i.queadmodum matrona.i.mulier nobilis matrimonio tradita, iussa moueri, id est tripudiare diebus festis: sup. est pudibunda paulum. Quid heros sit docet Augu.li.x.de ciuitate dei: docens ab Hera.i.Iunone heroas dictos. Et lib.vij: dicit q Trimegistus quoque auctor est heroas habitare inter aeris purissimam partem supra nos & terram: vbi nullus est nebulis locus. hęc illic. Verum ab auctore nostro videtur accipi pro viro principe: & excellenti prædito virtute. vnde quidam ab ἀρετη: id est virtute deducunt. Heros.

Regula.

Tragici itaque poetę quibus tragos id est hircus erat prēmium, vt salibus & iocis vrbanis populum voluptati indulgentem detinerent, satyros induxerunt, vnde satyrarum origo, in quibus ridiculę sunt personę. Ad quarum decorum pertinet vt dei, heroes, & principes viri maiestati suę decentem cū verborum, tum vestium habitum inter iocularia seruent, potissimum in tragœdijs quę a decenti grauitate discedere recusent, quis festiuos sales admittāt, sicut matronæ ī festis solēnioribus choreas quidem ducunt, sed petulantem saltationem deuitant. ACR.

Non ego inornata & dominātia nomina solū
Verbaque Pisones satyrorum scriptor amabo.
Nec sic enitar tragico differre colori
Vt nihil intersit Dauus ne loquatur an audax
Pythias emuncto lucrata Simone talentum,
An custos famulusque dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen sequar, vt sibi quiuis
Speret idem, sudet multum frustraque laboret
Ausus idem. tantū series iuncturaque pollet,
Tantum de medio sumptis accedit honoris.
Syluis deducti caueant me iudice Fauni
Ne velut innati triuijs ac pene forenses
Aut nimium teneris iuuentur versibus vnq:
Aut īmunda crepent ignominiosaque verba.
Offendunt em̄ quibus est equus & pater & res,
Nec si quid fracti ciceris pbat & nucis emptor
Aequis accipiunt animis, donantve corona.

Non e.i.non tātūmodo rustica & ppria verba quæro in satyris: sed etiā decus personarū. Inornata: vt rustica & vilia: vt est dicere pestilitatē: aut quæ græci vocant acyra. Et d.nomina. propria significantia. dominantia enim noia sunt, si proprijs vocabulis nūcupantur: vt lubricosa pagina. hæc autē non adeo propria sunt: vt virtus me fregit æneę, quid est nisi ipse Aeneas? Sensus: ego inquit non sola verba amo: qū satyras scribo: quæ sunt inornata ac dominantia.i.paulo horridiora: & ipsis satyris congrua, dominantia autē, quæ nouitate inflationis assumpta sua tantum auctoritate nitantur: sed etiam ea quæ habent ornatū aliquem: & non omnino sua auctoritate excusent rudē sermonē. Satyrorū. pro satyrographorū. Nec sic.e.t.d.c. Non tantum tentabo prolongari a tragico metro: vt in meis scriptis non differte interponam personas loquentes. Satyricam fabulam sic ait oportere scribi, vt sit inter seueritatem tragœdię & leuitatem cōediæ & medio temperamento figurata: id ē non sic volo esse differentiam inter satyricū & tragicum: vt in moribus nulla sit differentia: vt eodem modo seruet ætates satyricus quemadmodum tragicus.i.nec sic volo discrepare satyrā a tragœdia, vt persona non habeat decus suum. Dauus. induxit hic comicā personam cū de satyris loqueretur. Audax p. quæ est ausa eludere dominū suū. non dicit de Pythia Terentiana sed apud Lucilium inducitur tragœdiographum: ancilla per astutias accipere argentum a domino. Nam fefellit dominum & accepit ab eo argentum vel talentum. hæc eadem meretricula rapax Thais, quæ lucrum facit. Emuncto. deluso, vt Emunxi senem argento. An custos. dicendo custos grauiorem personam ostendit. Dei. Liberi, quē ipse nutriuit. Ex.n.f.c.f. argumēta satyrica ex tragœdijs notis confingam.i.fingam carmen quod ex nota possit esse materia.i.ita fingo carmen & ita comœdiam ex notis rebus: vti quiuis existimet se imitari posse, laboret autem cum aggressus fuerit. nam virtutis est ita scribere comœdiam: vt imitationi facilis videatur & executioni difficilis. Quis enim nescit modū litigandi: quo modo obiurgat pater filium, adolescēs irascitur meretrici, & alia huiuscemodi? Ausus idem. tā. se. ordo rerū: diuisio operis, ordo verborum, œconomia, compositio verborum.i.tantum valet ordo & compositio, vt eas difficile sit imitari. Tantum de medio sumptis a.h.i.rebus quæ aptæ sunt comœdię. Nam de medio hoc est de noto sumptæ scribuntur. Aut sumptis de medio id est de his quæ nota sunt sensibus seu verbis: aut ex serie & iunctura verborum. Syluis deducti. Aliud præceptum aut iudicium nostrum caueat: aut iudice me, id est poetæ deducti syluis timebunt iudicium nostrum, ita sum optimus iudex. Deducti autem syluis ideo dixit, quia solent poetæ discere in syluis & agere: hoc est in helicone: & in alijs similibus locis. Timebunt ergo ne videantur non vti poeticis verbis, ne illos vituperem, quasi vtentes forensi oratione. Ne velut. Aliud præceptum: id est non debere iocari in poemate, vt nati in triuijs vel in foro videantur. hoc est habeat modum iocus eorum.i.ne sint nimium delicati: sed habeat seueritatis aliquid carmen illorum. Aut im.c.i. non propria non latina: sed immunda & ignominiosa κατὰ τὸ αὐτὸ. Necesse est enim vt immunda ignominiam trahant. Offenduntur.n.q.est.e.&.p.&.r. Equestris ordinis dignitas, senatoria: vnde patres conscripti sunt. Res autem aut census & patrimonium, aut per hoc honestiores & docti. POR.

Non ego i.&.d.n.s. Inornata proprie significantia. Dominantia nomina. quæ proprijs vocabulis nuncupantur. vt libri, capsa, pagina. Hæc autem non propria sunt. vt virtus me fregit æneæ.i.æneas. Offenduntur.n.q.est.e.& pater & res.i.equites Romani quibus honestus census est, proprietate verborum delectātur. ASCen.

Perstat in instituto suo poeta. & monet vt verba rebus & personis quadrēt. Est autem duplex intellectus primorum verborum. eo q in aliquando auget: vt sit inornata.i.valde ornata. Aliquando negat, vt impotēs

id e non potens.& inornata.i.nõ ornata.Primo modo sic interpretantur.Ego o Pisones scriptor.i. qui volã scribere non amabo solum nomina & verba satyrorũ inornata & dominãtia.i.habe ntia propriã significationem sed inornata:vrũetiã sup.volam ad proprietatẽ & ornatũ accedere.Secũdo modo sic exponunt. O Pisones ego scriptor.i.qui volã scribere non amabo solũ noĩa inornata.i.valde ornata & proprie significãtia:& dominãtia,& plusq̃ sui iuris est importantia.vt virtus æneæ.i.æneas.sed q.i.quoq; verba satyrorum .i.satyrographorũ,hoc est nõ ero contentus in altera parte oratio nis:q̃ per nomina signi ficatur,seruasse decorum:nisi etiam in verbis.i.reliquã parte obseruetur.Mihi autem ita interpretari placet,vt noĩa & verba.i. singulæ partes orationis:sint inornata.i.non ornata,quia in satyra quę ornatum verborum refugit,sunt eñ satyri agrestes dei:vñ illis sermo rusticanus cõpetit,verũtamen erunt verba dominantia.i.electa,quantum ad sententias in quibus vim habent.Nec tñ satis est cõuenientia habere noĩa & verba:nisi & personis quadrent.vnde addit.Nec pro & nõ:& ego scriptor.i.qui volam scribere satyras:non enitar .i. nõ conabor differre sic colori tragico.i.a tragœdia.i.sic effugere sublimitatem tragœdiæ:vt nihil intersit an Dauus seruus loquatur: an Pythias audax.i.temeraria effecta:lucrata.i. postq̃ lucrata est talentum.i.tale pondus pecunię Simone.i.dño suo émuncto.i.deluso,vel sub specie melius faciendi pecunia priuato:sicut apud Terẽtiũ.Emũxi argento senem.Neq; tamen de Pythia Terentiana loquitur,sed de ea quæ apud Lucilium a dño q̃ astutias talentũ accepit.q.d.& si Dauus callidus est seruus,& Pythias lucrata talentũ callida ancilla,& ita in qualitate multũ conueniũt, tamen quia in sexu differunt: interit multum Dauus ne loquatur an audax Pythias, an Silenus custos & famulus alũni.i.a se nutriti dei,videlicet Liberi seu Bacchi.hoc est q̃uis sit petulans seruus & petulans ancilla,non tamen ad petulantiam Sileni,qui custos & nutritor est liberi seu bacchi,perueniet.Ego sequar carmen fictum.i.q.d' ego,fingam ex noto.i.secundum similitudinem carminis approbati& mihi noti:hoc est ego argumenta satyrica ex tragœdijs notis confingam.vel ita fingam carmen:& ita comœdiam ex notis rebus,vt quiuis existimet se imitari posse:laboret autem cum aggressus fuerit. Nam virtutis ẽ ita scribere comœdiã:vt imitatio eius facilis videatur,& executio difficilis sit.Quis eñ nescit modũ litigãdi quomodo obiurgat pater filium,adolescens irascitur meretrici & alia huiusmodi; Ordo igitur est. ego sic sequar carmen fictum ex noto.i.sic faciam carmen fictitiũ ex re nota:vt quiuis.i. quilibet vel potius qcũq; speret sibi idem.i.spem habeat idem posse facere,sudet.s.p labore,& laboret multum,& ausus.i.conatus facere idem laboret frustra.i.in vanum.vnde acclamat.tantum.i.intantum pollet.i.valet series.i.apt9 ordo & dispositio quæ œconomia dicitur,q̃ p & iunctura.i.subtilis cõpositio verborum,tãtũ honoris.i.venustatis & leporis accedit.i.adijcitur sumptis.i.ijs q̃ sumunt de medio.i.de rebus oĩbus ꝑpositis & cõmunibus. Fauni.i. dij syluestres a fando dicti deducti syluis.i.a syluis duct: i thæatiũ caueãt me iudice.i.meo iudici o,ne iuuent .i.iuueniliter loquant vnq̃.i.quouis tempore versibus nimiũ teneris.i.nimis blandam sententiam habentibus:quia faunorum.i.satyrorum est mordere:velut.i.sicuti sup.iuueniliter loquuntur: inati triuijs.i.in medijs ciuitatibus,aut hoĩm cõuenticulis,ac pene.i.quasi forenses.i.in foro versati:hoc est ne nimium vrbanos mores assumant,aut ne crepent.i.per crepitum ꝑferant verba immunda.i.obscœna & nimium lubrica,q̃ p id est,ignominiosa,id est ignominiam & contemptum parientia.quoniã pro quia,supple ij quibus est equ9.i. equites: hoc ẽ qui sunt de ordine equestri:& pater.i.qui sunt de ordine patricio:hoc est senatores,vel ij quibus est pater.i.liberi ingenui qui sub patre sunt,& res.i.diuites,vel rei publicę gubernatores offenduntur si quid obscœne dicatur,ne pro & non & si emptor ciceris fracti:id est pisti,aut emptor nucis.i.vilis popellus, qui aut cicere aut nucibus viuit,probat.i.approbat huiusmodi compositionem non tamen ij quib9 est equ9 & pater & res accipiunt,id est libenter capiunt aut donant.i.munerant compositorem corona.i. brauio vel præmio pro laude certantium.q.d.non quod vulgo sed quod peritis placeat faciendum esse. Regula aũt est.

Non satis est in satyris obseruare vocabula illis apta que sint inornata idest sub rusticana quidem et minus culta,sed in pondere sententiarũ dominãtia,Verũ annitẽdum est vt personis quadrent,quia aliter seruus q̃ ancilla,& aliter satyrus q̃ homo loquetur.Neq; vero Fauni ac satyri,qui dij syluestres sunt,sic loquentur, vt in vrbibus nati aut conuersati videantur,nec tamẽ tam obscœne vt pudicę aures nõ ferant,sed in re e medio sumpta, idest ad libitum excogitata tale seruabitur tẽperamentum,talisq; iunctura,vt facilis quidem videatur,sed difficillima sit imitatio.

ACR. ¶ Vnde etiã trimetris.I ãbus citus voluit. vi.pedum versum trimetrum vocari:cum soleant poetæ metrum pedem vnum vocare.Iambus.voluit duos iambos metrum vocari propter suam celeritatem.Quæritur cur trimetri appellentur cum se nos accipiant pedes.quoniam tanta est breuitas eorum:vt iunctura pedes binos accipiat.Primus ad.e.s.s.Ordo est hic.primus similis sibi.nunc autem non.nam adhibentur etiam nothi.Sensus aut hic est:primus iambus aliquando vsq; ad extremum erat similis.i.ante a totum iambicum metrum ex iãbicis constabat:nunc adhibentur etiam nothi.Tardior vt p.iambicũ metrum vt paulo tardius resonaret ĩparibus locis suscepit sp õ deũ.nam ante soli iambi ponebant. Spo n deos stabiles.tardos.ad comparationem iãbi tardiores & cunctatiores. In acti.n.t.a. Actius & Ennius legẽ metri in fabulis minime seruauerunt.Nam quosdam versus lõgiores habent.In sc.m.c.p.v. Sæpe versus q̃uis magnum sonantes reprehendit iudex aut quasi sine cura factos:aut sine arte:quia non sufficit si magnum sones,sed debes etiã cum arte scribere & cura. Monet ne aut tragœdia negligenter scribatur, aut imperite. Multi inquit vituperant versus missos ĩ scænam aut celeres,aut imperitos. Aut opæ.id est negligentia:aut imperitia vituperatur in tragœdia. Aut ignoratæ p.a.c.t.Quia negligẽtia spondeos non admiscet, aut imperitia

Syllaba longa breui subiecta vocatur iãbus,
Pes citus,vnde etiam trimetris accrescere iussit
Nomen iambeis:cum senos redderet ictus:
Primus ad extremũ similis sibi,non ita pridem
Tardior vt paulo grauiorq; veniret ad aures,
Spondeos stabiles in iura paterna recepit,
Cõmodus & patiens:non vt de sede secunda
Cederet aut quarta socialiter.hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus & Enni.
In scænam missos magno cp pondere versus
Aut operę celeris nimium curaq; carentis
Aut ignoratę pręmit artis crimine turpi,
Nõ quiuis videt immodulata poemata iudex,

Et data Romanis venia est indigna poetis:
Idcirco ne vager, scribamq; licenter? an oĩs
Visuros peccata putem mea, tutus & intra
Spem veniæ cautus? vitaui denique culpam
Non laudem merui. vos exemplaria græca
Nocturna versate manu, versate diurna.
At vestri proaui plautinos & numeros, &
Laudauere sales. nimium patienter vtrunque
Ne dicam stulte mirati, si modo ego & vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimũque sonum digitis callemus & aure.

incongruis locis ponit, dicit ob spõdeos Ennij versus crimine pmi. Et.d.r.v. est di.p.i. non seruent legem carminum: si non iudicatur de erroribus poetarum. ideo ergo scribã non seruans poematis legem neq; ordinẽ, quia venia datur. Videtur autem Ennium carpere, quia Romanus poeta nõ debet petere veniam. nam debet summus esse. Visuros p.p. an cum putauero oẽs visuros mea peccata: ero tutus? Vitaui deniq; cul. Q. si culpa careant versus nunquid & laudẽ mereri possunt? Data inquit venia culpam vito: non laudem promereor. Vos e.g.n.v.m græci eñ optime & caute scripserũt. eos legite: & ipsos sequimini. nam latini moderati sunt. At.v.pro.p.& n.& l.s. Plautum dicit frustra probatum ab antiquis, cui & sales & metri scientia defuit. vtrũq; autem laudauerunt, ne dicam temere: stulte. quẽ non debuerunt tã patienter laudare, quia immoderatus est & in metris & in iocis. ostendit autem non recte in oĩbus antiquos poetas esse laudatos. Si modo ego & v. s. Si quidem nos scimus decernere mala a bonis. hoc dicit. si auditores sciunt audire, non debet poeta immoderatus esse. Callemus, scimus: nouimus. Digitis autem & aure, quia sonus metri pollicis strepitu & auris perceptione probari solet. vnde & dactyli pedes quidam dicti sunt. & ipsi pedes appellati sunt, quoniam sonum metrorum pulsu pedis nostri adiuuamus.

¶ Syllaba longa breui subiecta vocatur iambus. His. n. syllabis constat. Vnde etiã trimetris accrescere iussit nomen iambeis. Omnes versus tragici iambici trimetri appellantur. Quæri autem solet cur trimetri appellentur cum senos accipiant pedes quoniam. s. tanta breuitas est pedum, vt iunctura binos complectatur pedes. Non ita pridem tardior vt.p.g.v.ad.a. Spõdeos.st.in.i.p.r. Cõmodus. apud omnes. n. antiquos velox ẽ, & raro spondeum recipit, nunc hoc tempore infertur. Non vt de.s.s.c.a.q. potest sine dubio vel primo loco, vel tertio: aut quinto inferi spondeus. Sed vtiq; secundo & quarto excludatur. His. n. locis iambus interponitur. Aut o.n.c.c.q;.c. Eos significat qui tragœdias actitant. Scimus inurbanum lepido seponere dicto. Lepidum est venustum & suaue. Legitimumq; sonum digito callemus: & aure, id est metra digitis & aure sentimus probantes an consonent. POR.

¶ Redit principaliter ad iambici trimetri rationem, ostendens eius Romanos non satis obseruantes fuisse, cohortansq; Pisones, vt exemplaria græca inspiciant. & dicit. Syllaba longa subiecta. i. postposita breui vocatur iambus, appositorie pes citus. i. velox & rapidus, vnde. i. a qua celeritate iussit. i. voluit nomẽ accrescere. i. dari iambeis sup. versibus trimetris. i. triũ mensurarum, cũ. i. q̃uis ipse pes redderet in singulis versibus dũ scanduntur: senos ictus. i. sex repercussiones digitorũ: existens similis. i. vniformis sibi, primus. i. a principio, ad extremũ. i. vsq; ad finem: sed pridẽ. i. a multo tẽpore non ita. i. talis: id est non vbiq; positus: sed vt ipse effectus tardior & grauior paulo veniret ad aures. i. perciperet auribus: recepit in iura paterna. i. in loca sibi a patribus. i. primis conditoribus derelicta spondeos. i. pedes illos: stabiles. i. tardiores & cunctatiores: existẽs cõmodus. i. libenter locũ suum accõmodans: & patiens. i. patiẽter ferẽs locũ suum vsurpari: Sic tamen vt nõ cederet. i. discederet socialiter. i. iure consodalitatis de secũda sede & quarta. i. de locis parib9. Nã ĩ sexto quoq; frequẽs est: immo vt quidam volunt necessarius. vnde in Persio Pegaseium mellos aut nectar: non melos legẽdum quidam volunt. Is videlicet iãbus apparet rarus in trimetris Acci. i. Accij & Ennij. i. Ennij nobilibus. i. q̃uis multum notis & multum laudatis. Sequentes bifariã explicantur, nã quidam legunt magno cum pondere, quidã magno q; pondere, priores sic explicare possunt. Et hic pes pt̃ermissus sup. premit. i. damnat & deprimit turpi crimine. i. infami nota: aut operæ. i. operationis siue operantis nimis celeris. i. festinantis: aut carentis cura. i. diligentia: aut artis ignoratæ. Premit inquã versus missos in scænam: id est ad spectacula hominib9 exhibitos cum magno põdere. i. cum maxima multitudine, hoc est si qui sane multos versus composuerint, & iambici rationem non seruauerint deprimentur & notabuntur vitio nimiæ celeritatis aut negligentiæ aut ignorantiæ. sicut Ennius & Accius notati sunt. Si quis autem dicat nobiles esse illorũ versus & a multis laudatos & idcirco non debere damnari, respondet poeta, non quiuis. i. quilibet iudex. i. volens de poematis iudicare videt sup. mente. i. cognoscit poemata immodulata. i. non suis modulis constantia. Et si sup. venia indigna. i. que non deberet dari, est data poetis Romanis, ne. i. an ego vager. i. sine ratione pedum & lege carminis huc illuc percurrã & scribam licenter. i. licentiose? q.d. minime. An sup. potius ego tutus, id est protectus arte mea: & cautus: id est cauens & circũspectus intra spem veniæ, id est q̃uis sim in spe venię mihi dandæ, putẽ. i. rear oĩs sup. hoĩes visuros sup. eẽ mea pc̃tã. i. vitia & errores? q.d. multo poti9. Posteriores vt Bonfinis qui q; legunt: sensum sic colligunt. Ne. i. an idcirco, q;. i. quia non quiuis. i. non quicunq; iudex: videt ĩmodulata poemata, premit. i. deprimit & damnat, versus missos in scænã. i. sub aures populi in theatrũ: magno põdere. i. in magna mole, aut graui supercilio, non inquã premit crimine turpi operæ nimiũ celeris & carentis cura: & sup. q; venia indigna. i. quã nõ meruerũt: quia mediocrib9 esse poetis nõ dij: non hoĩes: nõ cõcessere colũnę: ẽ data poetis Romanis. i. an ideo q; quidã dissimulãt. ego vager & scribã licenter? an ego tutus & intra spem venię. s. dãdę caut9. i. mihi cauẽs & pspiciens nõ nimis de venia dãda securus, putẽ oĩs. s. mortales visuros mea pc̃tã? q.d. multo potius faciã hoc posteri9 q̃ illud prius. In hoc ordine solum offendit: q; quis per quicũq; exponit: p quo malim legere quisquis, & certe nisi legatur quisquis, aut quis exponatur per quicũq;, nõ videt sed vidẽs locũ haberet: & tamẽ lex metri id non admittit. Deniq;. i. & vt breuiter qđ volo dicã: vitaui. i. ponam9 q; vitaui culpã. i. q; a nemine culper, tñ sup. nõ merui laudem. i. nõ debeo laudari, nisi sic vitia vitauero vt & artẽ seruauero. Et quia nimia venia Romanis poetis data est: vos o Pisones versate. i. frequẽter voluite exẽplaria græca. i. libros græcorum poetarũ: manu nocturna & diurna. i. tam noctu q̃ interdiu. At. i. sed forte dicetis: vestri proaui. i. maiores & antiquissimi Romani laudauere. i. laudauerũt nũc numeros. i. bonos versus & bene numeratos seu bonos modulos verborum. i. facetias vrbanitates & venustates sententiarum plautinos. i. ipsius Plauti poetæ. Respondet poeta. Mirati inquã sunt vtrũq;. i. & numeros & sales, nimiũ patienter. i. cũ nimia patientia: quia debebant castigare quos laudauerunt: ne. i. vt non dicã stulte. i. q; stulte mirati sunt: qđ tamẽ dicere possemus: si modo. i. dũmodo ego & vos Pisones scim9 sepone-

ASCẽ. Iambus.

Iambici carminis decorum

Terẽti⁹ metro cõſtat. Iãbici verſus gña. Monometri. Dimetri. Trimetri. Tetrametri. Pẽtametri. Hexametri. Spõdeus ĩ ſecũdo & quarto loco. Sext⁹ caſus græcorum. S litera.

re.i.ſeparare inurbanũ ſup.dictum.i.ruſticum & inelegãs dicto lepido.i.a venuſto & ſuaui ſiue vrbano verbo.& ſi modo callemus.i.callide cognoſcimus ſonũ legitimũ.i.legi carminis cõuenientẽ,callemus: dico digitis quibus menſuram dephendimus,& aure.i.iudicio aurium,quo bonos modulos bonãq; carminis venam dijudicamus.Solent eñ qui menſuras carminũ diſtinguere diſcunt,eas digitis dignoſcere,quibus numerũ deprehendunt:auribus autem cõcẽtum & modulos.Quia hoc loco de iambico carmine quo comici & tragici fere vtuntur,dicere polliciti ſumus,afferemus in mediũ pauca ex Priſciano grammatico,cuius verba ſunt huiuſmodi in tractatu de comicis verſibus.Cum non ſolum Terentius:ſed Plautus etiam Ennius Acciuſq; & Neuius,atq; Pacuuius Turpiliuſq;,& oẽs tã tragœdię:q̃ comœdiæ latinæ veteris ſcriptores eodẽ metri modo iãbici ſunt vſi,vt in omnibus locis indifferenter ponerent quinq; pedes.i.iãbum,vel anapeſtum:vel dactilũ:vel ſpondeum:abſq; poſtremo loco,in quo vel iambum vel pyrrhichium omnino poſuiſſe inueniũtur,miror quoſdam vel abnegare eſſe in Terentij comœdijs metra,vel ea quaſi arcana quædã, & ab oĩbus doctis ſemota ſibi ſolis eſſe cognita confirmare.Quod vt vel imperitiæ vel arrogantiæ vitium effugiamus,breuiter de ſupradictis metris auctorũ exponamus:& vetuſtiſſimorum teſtimonijs etiam metrorum verſuũq; approbationibus vtentes.Sciendum igitur q iambici verſus vel monometri ſunt ex duobus pedibus ſimplicibus coniuncti:vel dimetri ex.iiij.vel trimetri ex ſex,vel tetrametri ex octo.Nam pentametri ex.x. & hexametri ex duodecim rariſſime inueniuntur.Ergo trimetris & tetrametris frequenter vtuntur comici:alijs vero raro,& in medio diſperſis pronunciationis rhythmicæ cauſa & diſtinctionis.Ideo autem ſpondeum vel dactylum in ſecundo vel quarto loco poſuerunt:q inuenerunt etiam apud græcos comicos vetuſtiſſimo ſiq̃uis tamen raro,fieri hoc idem. Solent autem latini in multis initium aliquod accipiẽtes a græcis ab anguſto in effuſum licentiæ ſpatium hoc dilatare,quomodo fecerunt in ſexto caſu ſecundum vetuſtiſſimos græcorum grãmaticos.Sextum enim caſum illi dicebant ἐμέθεν emethen, σέθεν ſethen,ἕθεν hethen.i.a me a te:a ſe, q̃ in omnibus caſibus ſeruare magiſtri latini.S quoq; cum rariſſime neceſſitate carminis vim conſonantis amittat apud græcos:latini tñ cum licentia & maxime vetuſtiſſimi ſubtrahunt eam in metris frequenter. Sũt tñ qui altitudinis cauſa etiam & pompalitatis,quæ ſtylo elocutionis conuenit latinæ:hoc factum dicant, Hæc autem frequentia dactyli vel ſpondei facit:vt pene diſſoluta:& pedeſtri ſimillima eſſe videatur perſonarum ſermocinatio.hęc Priſcianus & reliqua quæ illic ſequũtur.Qui ergo decorum iãbici trimetri ſeruare volet: iuxta auctoris noſtri pceptũ,aut omnibus ĩ locis iãbum ponat:& faciat iambicum carmen ſequente.Epodo, ſicut ipſe poeta cum dicit Mala ſoluta nauis exit alite Ferens olentem Mœuium . Epodos aũt dicunt verſus quolibet metro ſcriptos,& ſequentes clauſulas habentes:quales ſunt Horatij:in quibus ſingulis verſib⁹ ſingulæ clauſulæ adijciuntur. Aut in ſecundo & quarto loco ſpondeum recipiant. Verũtamen apud tragicos recipit dactylũ & tribrachum locis omnibus pterq̃ nouiſſimo:qui ſpondeus eſt. Anapeſtum tantum locis imparib⁹.Sed vt Priſcianus docet,neq; comici:neq; tragici latini eã legem ſeruant:immo frequenter carmẽ ſuum iambo vel Pyrrhichio claudunt:vt Poeta cum primum animum ad ſcribendum appulit.Cuius menſura eſt.poe.iambus.ta.cum.iambus.primani dactylus.mad.ſcri.ſpondeus.bendap.ſpondeus.pulit pyrrhichius.vnde patet q̃ frequens ſit in comœdijs literarum conſumptio per vocales ſequentes. Regula autem eſt.

¶Verſus iambicus ab iambo,qui q ex breui & longa conſtat pes citus ac pceps eſt denominatus,olim ſex iambis conſtabat.ſed trimeter id eſt trium menſurarum eſt dictus q bini iambi propter celeritatem ſingulas duntaxat menſuras facerent. nunc vero vt grauior fieret locis imparibus ſpondeum recipit,nec tamen a ſecundo aut quarto recedit,q̃q̃ in trimetris Accij & Ennij raro conſpicitur. Verũtamẽ ex hoc ſolo pede vel decenter poſito vel prętermiſſo iudicare poſſumus aut diligentiam,aut negligentiam ſcribentis.Sed non omnes cognoſcunt artificium carminis,& Romanis poetis datur nimia venia,ac permittitur licentia, ob quam tamen diligens poeta non ſecordius aget,ſed gręcorum exempla noctu diuq; verſabit,nec a Plauti aut alterius poetę latini ſalibus exemplum ſumet,quia minus diligentes a doctis offenduntur. Sic quidem ſecundum priorem lectionem & conſtructionem,ſecundum poſteriorem autem ſic. Et licet non quicunq; videt poemata immodulata,id eſt non habentia modulos & pedes iuſtos,deprimat ea,& licet Romanis poetis detur nimia venia,non continuo vagari, nec Romanos:ſed gręcos nobis imitandos proponere decet.

ACR. ¶Et plauſtris v.p.th.tã multa ſcripſiſſe:quę poſſet plauſtris aduehere. Ante.n.chori in plauſtris cõſtituti circa vicos tragœdias dicebant.& hoc ad chorum retulit:quoniam tragœdiæ choros habebant.Pallęq; r.h.pulchrę.decoræ,qm̃ Palla non niſi honeſtis perſonis datur.Et.m.in.p.t.Oſtendit ſcænas non fuiſſe antea grandes.Non ſine.m.l.quia nominatim appellabantur principes ciuitatis a comœdiographis:alij in honorem:alij in iniuriã.Sed in viti.l.ex.Licentiam habebant ſatyrici mores cuiuſcunq; ſcribere anteq̃ lex a ſenatu lata fuiſſet.Ergo in vituperationem chorus erupit, q libertate ſublata vituperare deſijt: vel poſtea vituperari cœpit ipſa comœdia:quia libere maledicebat& reprehendebat mores hoĩm.& hac de cauſa lege prohibita ẽ , ὀνομαστὶ ποιεῖν.quę nominati male loquebatur.i.maledicebat. Vetus autem dixit ad cõparationẽ ei⁹ que poſt ea inuenta eſt vel vetus ideo:quoniam priuſq̃ iudicium incurrit & amiſit choros, neoterica appellata eſt,licet primum inuẽta, ſed poſt tragœdias. Et v.d.l.r. in violentiam & iniquitatẽ,dũ eñ in comœdijs ſuis aliquos

Ignotum tragicę genus inueniſſe camœnæ
Dicitur,& plauſtris vexiſſe poemata Theſpis
Quę canerent agerẽtq; peruncti fęcibus ora.
Poſt hunc perſonę pallęq; repertor honeſtę
Aeſchylus,& modicis inſtrauit pulpita tignis
Et docuit magnumq; loqui nitiq; cothurno.
Succeſſit vetus his comœdia non ſine multa
Laude,ſed in vitium libertas excidit,& vim
Dignam lege regi,lex eſt accepta,choruſque
Turpiter obticuit,ſublato iure nocendi.

Nil intentatum nostri liquere poetę,
Nec minimum meruere decus vestigia gręca
Ausi deserere: & celebrare domestica facta,
Vel qui prętextas vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret clarisve potentius armis
Qđ lingua Latiū, si non offenderet vnum
Quenq; poetarum limę labor & mora, vos o
Pōpili⁹ sanguis carmen reprehendite quod nō
Multa dies & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.

carpunt vitium incurrunt. Ante vero in comœdijs libere licebat lacerare: quod postea lege prohibitum est, quod factū est sub Augusto. Sublato iure.n. lacerandi. qm̄ sublata est actoribus loquendi libertas. Nil.i.n.l.p. hoc est cum latini scripserunt hmōi comœdias: in quibus noiatim maledicebant. Et.c.d. f.i. priusq̃ voluerunt vti suis, & cum cœpissent poetæ nostri græcos imitari, & latinas historias scribere, laudati sunt. Vel.q.p.i. & qui ptextatas fabulas fecerunt, vel togatas, meruerunt minimum decus. Prætextatā q-dā dicunt tragœdiam: comœdiam togatam. Alij autem dicunt prætextatam & togatam comœdias esse, sed togatas in quibus græca argumenta sunt: in quibus latina, prætextatas. Et togatas Heli⁹ Lamia. Antoni⁹ Ruf. Cn: Melissus. Afranius. Pomp. scripserunt Comœdiarum gnā sunt sex. Stataria: motoria: ptextata: tabernaria: togata, palliata. Nec.v.f.c.p.a.q̃.l.l. Non minorem consecuti fuissent latini gloriam ex eloquentia q̃ ex armis: si in corrigēdis carminibus laborare voluissent. Limæ labor & mora. expolitionis & emendationis. Lima em̄ nitidius facit q̃ fuerat scabrum. limam em̄ pro correctione posuit translatiue. hoc est si carmen suum vnusquisq; emendare non fastidiret. Vos o Pōpilius.f.i. Pisones. ab ipso em̄ originem trahebant. Calpus filius est Numæ Pompilij, a quo Calpurnij Pisones traxerunt nomen. Ad vnguē. tractum a marmorarijs, qui iuncturas marmorum vngue pertentant. Alibi. Ad vnguē factus homo: ad perfectionem, ad examē, hoc est ad perfectum iudicium. hoc ergo dicit: reprehendite o Pisones illud carmen: quod neq; multum tempus, neque litura correxit.

¶Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ. Thespis primum tragœdias scripsit, genere Atheniensis, ad quas agendas plaustro circum ciuitates egregias græciæ vehebatur. Quæ.c.a.q;.per.f.ora. Ex hoc etiam putant quidam tragœdiam appellatā quasi Trygodiam. quia fæcē Tryga appellant. Post hunc personæ pallæq; repertor honestæ Aeschylus. primus tragœdijs cothurnos & personam & pallam dedit. Horum.n. triū auctor est. p allę honestæ. pciosæ. Successit v.h.c. quæ appellatur Archea. Est genus autem maledicacissimū: & multum distans ab hac noua. Vos o Pompilius sanguis. quia Calpus filius est Numæ: a quo Calpurnij Pisones traxerunt nomen. POR.

¶Ignotum tragicæ &c. De hac re Donatus in Terentium, vt statim recitabimus, aliter sentire videtur. Nā initium tragœdiæ & comœdiæ a rebus diuinis inchoatum asserit, quibus pro fructibus vota soluentes operabantur antiqui etiam ante constructionem Athenarum. vnde infert. Itaq; vt rerum ita etiam temporū ipo rum cœpto ordine tragœdia primo prolata esse cognoscitur. Nam vt ab incultu & feris moribus paulatim puentum est ad mansuetudinem: vrbesq; sunt conditæ: vita mitior atq; ociosa processit, ita res tragicæ longe ante comicas inuentæ. Q: uis autem retro prisca voluentibus reperiatur Thespis tragœdiæ primus inuētor, & comœdiæ veteris pater Eupolis cum Cratino Aristophaneq; esse credatur: Homerus tamē qui fere omnis poeticæ largissimus fons est: etiam his carminibus exempla pbuit, & velut quadā suorum operū lege præscripsit, q Iliada instar tragœdiæ: odysseam ad imaginem comœdiæ fecisse monstratur. Nam ad illius tale tātumq; documentum ab ingeniosissimis imitatoribus & digesta sunt in ordinem: & diuisa sunt ea quæ etiam tunc temere scribebantur adhuc impolita: atque in ipsis rudimentis haud q̃q̃ vt postea facta sunt decora. hęc ille. Vult ergo ante Thespim tragœdiam fuisse: sed nihil contra auctorem nostrum sentit. Non.n. dicit tragœdiam ab eo esse inuentam, sed ignotum prius genus camœnæ tragicæ. q.d. argutius & politius adductum genus tragœdiæ ab eo in vsum, quod tamen Aeschylus postea longe politius effecit. Hic igitur ostendit poeta quo pacto apud græcos aucta & consummata est fabula: a qua apud Romanos nouum gen⁹ cœptum & vetus continuatum, qui non minus laudis q̃ græci meruissent: si in castigando tam accurati fuissent. proinde monet potissimum Pisones: vt castigandi diligentiam nō fugiant: potiusq; ament docti esse q̃ videri. Cuius ordo verborum & sensus est. Thespis vetus ille & fere primus tragœdiarum apud Athenienses scriptor: dicitur.i. fertur vulgo inuenisse .i. excogitasse genus camœnę.i. fabulæ tragicæ ignotum: id est inauditum & incognitum prius, & vexisse plaustris, id est vehiculi poemata.i. opera sua in genere dramatico facta. qđ dictū Acro exponit dupliciter. vel q tam multa scripsisse dicatur vt ea posset plaustris aduehere: vel poti⁹ q ante chori essent in plaustris constituti circa vicos: primus tragœdias dicebat. verisimile autem est antheatri scęnarumque inuentionem fabulas in plaustris esse actas.i. psentatas. Et ita dicitur Thespis vexisse poemata plaustris: quæ poemata actores peruncti ora.i. habentes facies vnctas & illitas fæcibus canerent.i. pronunciarent & agerent, id est gestu repsentarent. vnde Porphirio & Diomedes dicunt quosdam putasse tragœdiam appellatam esse quasi trygodiam: quia Græci fęcem tryga appellant. Cælius autem li.ix.ca.x. dicit speciem coloris, quo ante excogitatas personas faciem obungerent, Batrachion vocari. Aeschylus vetus tragicus & etiam comicus fuit sup. repertor.i. inuentor personæ: id est faciei fictitiæ a personando dictæ, quia per medium eius fit sonus secundū loquentium qualitatem. vnde vnus multas personas agere potest. producit tamen secundam quā persona corripit. & repertor pallæ: id est pallij velātis honestæ, id ē decoræ & pulchrę, quia Palla non nisi honestis personis datur. fuit inquā repertor post hunc: id est post Thespin, & instrauit.i. instruxit pulpita.i. proscænia, quo plures agere possent: tignis.i. trabibus transuersis modicis: quia rerum fere initia modica sunt. Et edocuit loqui magnum, id est magnificæ, & niti i. inniti inter agendum cothurno.i. alto calceamento, quo altiloquentia significaretur. Comœdia vetus successit his.i. sequuta est tragœdias non sine.i. cum multa laude, Sed libertas.i. impunitas scribendi & carpendi vnūquēq; etiam viuentem, & proprio nomine, excidit.i. dilapsa est in vitium.f. quia in perniciem bonorum virorum, & in vim.i. violentiam dignam regi.i. moderari: lege.i. pcepto: ne quis viuētem sub nōmine proprio carpat, neue libellum famosum edat. Lex.i. illud publicum edictum est accepta.i. approbata a populo & poetis: & chorus.i. multitudo simul canentium & laudantium bonos obticuit.i. siluit & ptermissus est turpiter.i. inhoneste, & hoc iure nocendi sublato. Turpe enim est nolle bonos laudare: quia malos non possit diffamare. Nostri poetę.i. latini nil.i. nullum genus fabulæ liquere.i. dereliquerunt intentatum.i. quod non tentarent imitari: & ipsi ausi deserere vestigia græca: & celebrare.i. celebria reddere facta domestica.i. patria, quasi domi suæ acta, non meruere mini ASCen.

mum decus:immo per Liptotẽ maximũ,vel.i.siue sup.ij.qui docuere ꝑtextas.i. ꝑtextatas fabulas: quæ sunt de nobilibus Romanis ꝑtexta vtentibus,vel.i.siue ij sup.qui docuere togatas.i.fabulas de populo Romano q̃ togatus est.nec pro & non: Latium.i.regnum Italiæ vel imperium Romanum nõ foret.i.non esset potentius claris armis.i.facto armorum:& rebus bellicis q̃ lingua.i.q̃ eloquentia:si vnum.i.vna res: videlicet labor limæ.i.castigationis non offenderet.i.tedio afficeret quẽq;.i.quelibet poetarum. vel legamus cõiunctim sic.Si labor.i.diligentia limæ.i. castigationis:& mora.i.dilatio:& vt dicunt patientia castigandi non offenderet vnumquẽq; poetarum.Qđ ægre ferens exclamat poeta dicẽs.O vos Pisones existentes sup.sanguis Pompilius.i. ꝓgenies a Numa Põpilio producta,quia Calpus filius est Nume Põpilij a quo Calpurnij Pisones traxerunt nomen.vos inquã Pisones rep̄hendite carmen quod multa dies.i.multũ tempus:& multa litura.i. deletura,& castigatio non coercuit.i. continuit intra decorum suum.Veteres eñ in cæratis tabulis scribebãt: vnde scripturam nõ placerem linendo delebant.vnde literam quasi lituram dictã volunt.vel vt alij quasi legiteram a legendo.Atque ꝓ & rep̄hendite sup.carmen quod multa dies & multa litua non castigauit perfectum.i.postq̃ castigatum est:decies ad vnguẽ.i.ad extremã examinationem:sicut marmorarij politionẽ marmorum vnguibus ꝑ ipsa ductis examinant.vnde ad vnguem factum dicimus per politum:& perfectum: sicut poeta in sermonibus. Ad vnguẽ factus homo.Circa inuentionem satyrarum,& tragœdiarum,& comœdiarum,pauca ex Donato grammatico recitabimus,qui vult initium tragœdiarum & comœdiarum a diuino officio esse inchoatum.Nam antiqui illi & fere primi mortales dijs frugum ꝓ frugibus iam collectis vota soluebant,vbi constructis altaribus & hirco admoto chorus sacer canebat genus carminis in laudem liberi patris:quod a trago.i.hirco tragœdia dicebatur,quia tragus vitib⁹ inimicus est:vel quia cantoribus in ꝑmium dabatur,vel quia pellis hircina musti plena solẽne p̄miũ cantoribus:vel vt modo dictum est a fæce,quã Grȩci tryga vocant.Illo.n.tp̄e nondũ erant personæ:& ita fæcibus vini ora deformabant. Materia autem illius veteris tragœdiæ prima laudes & gratiarũ actiones pro frugibus fuerunt.vnde.ij.Geor.Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur & veteres ineunt proscænia ludi.deinde cœperunt ingenia iuuenum non solum laudes deorum canere,sed etiam ad mores ȩdificandos hoĩm vitas describere:quod quia faciebant quo tempore hircus immolabatur:& vt hirco donarentur,mansit fabulæ nomen tragœdiæ.Verisimile est eos vt sublimitatem immortalitatem & beatitudinem deorũ plenius colligerẽt:hoĩm etiam maximorum humilitatem,fragilitatem,& infelicitatem ostendisse:quæ hodie quoque materia est tragœdiæ nouȩ quam Thespis inuenit.Postea idem introduxit satyros:satyraq; priscam composuit comœdiȩ priscȩ nõ dissimilem,in qua mores hominũ etiã obscœnissimi populo exponebantur cum nota eius qui perpetrauerat,q̃ res diu bonis moribus multum profuit.Multi enim ne notarentur peccare veriti sunt. vnde Iuue. in satyra .i.Ense velut stricto:quoties Lucili⁹ ardẽs infremuit rubet auditor.cui frigida mẽs ẽ Criminib⁹.Lucili⁹.n.prim⁹ satyrã nouã carmie hexametro scripsit apud Romanos seruata libertate veterũ comicorũ.vñ poeta nr̄ i sermonibus.Eupolis atq; Cratinus Aristophanesq; poetæ:Atq; alij quorũ comœdia prisca virorum est,Si quis erat dignus describi ꝙ malus aut fur, Aut mœchus foret:aut sicarius,aut alioqui Famosus,multa cum libertate notabant.Hinc totus pendet Lucilius hosce sequutus Mutatis tantum pedibus numerisq;. Quia vero postea:aut odio proprio,aut aliorum instigati etiam bonos viros deformare mali poetæ cœperũt:nã Aristophanes etiam Socratem iniuriose notauit:lata est lex apud Græcos vt deinceps nemo nominatim quẽuis viuentem notaret:& ideo remotus est chorus a nolentibus laudare qui vituperare non poterant, & facta ẽ noua comœdia a Menandro potissimum,quam ad latinos transtulerunt Romani poetæ.& a principio græca argumenta secuti sunt. Deinde imitationem Græcorum relinquentes formauerunt latina argumenta,hic sunt comœdiæ prætextatæ:& satyra Lucilij,& sublato iure nocendi satyra noua.

Litera.

Fabularũ initia.

Tragus.

Tragœdia.

Regula est.

ACR. Castigandum est priusq̃ emittatur opus.

¶Ingenium.m.q.f.a.quia Democritus dicit plus valere ingenium q̃ peritiam. Et quia dicit non esse bonos poetas:nisi qui insaniunt.hoc idem & Plato. Vel Democritus ait poetam nõ arte fieri,sed natura nasci.Ergo quia Democritus ingenium debilius putat arte:ideo miseram eam dicit.& homines propterea multi fingunt furorem:vt poetæ videant.Misera autem ars est.siquidem non meretur poetæ nomen accipere quihabet artẽ,nisi habeat etiã ingenium.ingenium autẽ solum sufficit ad poetam:non ars.Verbi gratia:quatuor sunt genera poetarũ.Est alt⁹:est medius:est tenuis, estgrandiloquus.Tenuis & medius arte fiunt,magnus & grãdiloquus natura.Iste vero Democritus est a quo secta exorta ẽ epicurea,qui multa physica scripsit.Fortunati⁹ beatius,vt Fortunatȩ senex.Nõ.v.p.c.Poetas non vult more philosophorum incedere.notat hic imperitos:qui putãt poetas optimos esse eos q sunt demisso capillo vel barba.Barbam in singulari numero hominum in plurali hircinas dicimus. Si.t a. Anticyra dicitur insula in qua multum nascitur hellebori& cicutȩ.Hoc ergo Diasirtice dicit Hora.Si totonderit caput nãcifcetur nomẽ poetæ,quod caput sanatur trib⁹datis horis. Tõsori.l.Licinus dicebatur tonsor opulentissimus:quem postea dicunt factum senatorem a Cæsare,quia dicebatur nimium odisse Põpeium.Et est sensus.Si non commiserit tondendum caput Licino quod tres Anticyræ non possunt curare adeo insanum. Qui.p. b.propter purgãdam bilem rado caput meum,qui catarticum accipio ad purgandum me.vel qui purgo bilem pro bilibus.i. q cur ror.Sensus est,cum sciam a Democrito eos

Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit,& excludit sanos Helicone poetas
Democrit⁹,bõa pars nõ vngues ponere curat
Non barbã,secreta petit loca,balnea vitat.
Nanciscetur enim precium nomenq; poetȩ
Si tribus Anticyris caput insanabile nunq̃
Tonsori Licino commiserit.o ego lęuus
Qui purgo bilem sub verni temporis ora.
Non alius faceret meliora poemata:verum
Nil tanti est,ergo fungar vice cotis acutum
Reddere quȩ ferrum valet exors ipsa secandi.
Munus & officium nil scribens ipse docebo
Vnde parentur opes,qđ alat formetq; poetã,
Quid deceat,qđ nõ,quo virt⁹quo ferat error.
Scribendi recte sapere est & principiũ & fons.
Rem tibi socraticȩ poterũt ostẽdere chartȩ.
Vrbeaq; prouisam rem non inuita sequentur.

Qui didicit patriȩ q̄d debeat, & quid amicis
Quo sit amore parẽs, quo frr̄ amãdus & hospes
Quod sit cõscripti, quod iudicis officium, que
Partes in bellum missi ducis, ille profecto
Reddere personȩ scit conuenientia cuiꝗ.
Respicere exemplar vitȩ morumꝗ iubebo
Doctũ imitatorẽ, & viuas hinc ducere voces.
Interdum speciosa locis morataꝗ recte
Fabula nullius veneris sine pondere & arte
Valdius oblectat populũ, meliusꝗ moratur
Q̄ versus inopes rerum: nugȩꝗ canoræ.
Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui prȩter laudem nullius auaris.
Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum diducere, dicat
Filius Albini: si de quincunce remota est.
Vncia, q̄d superat? poteras dixisse triens, en
Rem poteris seruare tuã. redit vncia, q̄d fit?
Semis, ad hęc animos ęrugo & cura peculi
Cum semel imbuerit speramus carmina fingi
Posse linẽda cedro & leui seruãda cupresso?

veros poetas iudicatos qui sunt insani. vel purgo bilem, cholerã reijcio potionib⁹. Nõ a.f.m.p.i. nemo esset magis ĩ opinione poeta si essem demisso capilo. Verum nil tanti est.i. nullius momenti sum: quoniã nõ sum demisso capillo. &ꝙ p̱ singulos annos cholera purgor. dicebatur em̃ melãcholicus fuisse Horatius. vel Verum nil tanti est.i. nõ curo, sed contẽno dici poeta. ac si diceret, nõ possum poeta esse, vt contẽnam curam corporis mei. Exors ipsa secandi. id est quæ nõ habet munus & officium secandi a natura tributum. vt Exortem ducere honorẽ. Scribendi recte sapere est & principiũ & fons. id est copia verborũ: quæ debet sequi principia. contra illos qui dicunt poetam insanire debere, hic ait, vt possis recte scribere prĩcipio opus est sapere. Rem tibi socraticæ poterunt ostendere chartȩ. id est libri. & hoc dicit nõ debere poetã expertem esse philosophiæ. Item aliter. Poema constat ex re & oratione res ex philosophia originem trahit vt præcepta contineat. dicit ergo ꝙ inuenta re verba etiam inuita sequuntur. i. tunc non desunt cum habueris quid dicas. Et Pollio idem dixit. Male Hercule eueniat verbis nisi rem sequantur. Qui d.p.q.d.&.q.a.i. q̱ legit libros de officijs.i. ΛΥΓΙΤΥΠΟΥ. & ostẽdit poetas imbui debere philosophia. Dicit aut hoc. ille optim⁹ poeta est qui didicit quid singulis debeat id est quo amore debeat vnusquisꝗ circa patriam esse: aut parentes siue amicos. Respicere ex. v. Exẽplũ ẽ paradigma: exẽplar ΛΥΓΙΤΥΠΟΥ hoc dicit. consuetudinem vitæ iubeo respicere eum qui vult recte imitari, vt cũ inducat adolescentem, debet scire quemadmodum iuuenes solent viuere. quid enim est comœdia nisi imago vitæ quotidianæ? Viuas. veras. Hic. i. a vita quotidiana. a moribus communibus. Spe. l. i. si opportune fuerint inductæ personæ: aut locis, aut argumentis, vt non sit argumentum absurdum. Morataꝗ recte. Morosa fabula malis moribus morata hoĩs dicitur. Morata autem bene instituta. vnde & in consuetudine est bene moratum eum dici qui bonos mores habet. in qua mores singularum personarum optime exprimuntur. Nullius Veneris. i. venustatis & ingenij: quæ ad artem spectãt. ostendit modo quantum ꝓdest consideratio cõsuetudinis, dicens ꝙ interdum fabula opportunitate personarum inductarum & expressione morum q̄uis sit sine arte, sine venustate: sine grauitate sententiarum, plus placet q̄ versus quidem bene sonantes: sed morum obseruatione carentes. Magis possunt delectare res sine ornatu, q̄ ornata poemata verbis sine rebus. Sine pondere. sine magnis sensib⁹. sine grauitate verborum: id est non laborat poeta loqui rem sapienter inuentam. Menander cum fabulã disposuisset: & iam nondum versibus adornasset: dicebat tamen se iam cõplesse. Nugæꝗ. c. nullius momenti verba bene sonantia. Rotundo. i. perfecto. Prȩter. l. n. a. qui solam laudem cupiunt in scribendis carminibus: Romani. p. A prima ætate calculum discunt, hoc est cõputationibus operã dãt. Assem. assis est totum patrimoniũ. sextãs: quadrans: triẽs, q̄ncũx, dodrãs, deunx, semis: partes assis factæ. Quincũci addit vncia. i. ad alias q̄nꝗ accedit alia vncia. Triẽs. tertia pars libræ: quæ facit vncias. iiij. cũ sit libra vnciæ. xij. En. euge. i. bene hoc ille dixit qui interrogatus fuerat. Ad hęc animos ęrugo. Aeruginẽ appellat auaritiã quasi maculam. i. cũ auaritia occupauerit a prima infantia animos hoĩm Romanorum: sperandum non est posse scribere carmina recipienda in auctoritatem. Linenda cedro &. l. s. c. vtraꝗ. n. res odore suo summouet tineas.

¶ Ingeniũ misera q̄a fortunati⁹ arte. Ait. n. Democrit⁹ poeticã natura magis q̄ arte cõstare, & eos solos poetas esse veros, q̄ insaniãt. in qua persuasione Plato est. Si tribus Anticyris. Loc⁹ est in Achaia Anticyra: vbi helleborũ nascitur, quo sumpto dementes sanantur, hoc enim sumpto capitis dolor sanatur. Qui purgo. b. s. v. t. h. omnes enim verno tempore purgationẽ sumunt, q̄d vocatur ΚΑΤΆΡΣΙΣ, Scribendi recte. s. est &. p. & fons. i. scire quid scribas. hoc em̃ sapere est. Rem. t. s. p. o. c. poema constat ex re & ratiõe. Res ex philosophia originem trahit. i. vt præcepta contineat. has dicit Socraticas chartas etiã deinde comitabunt verba. Verbaꝗ p. r. n. i. s. hoc tale est. dicere inquit tũc poteris cũ habueris quod dicas. & Asinius Pollio idẽ dixit. Male Hercule, eueniat verbis nisi rem sequantur. Interdum. s. l. m. r. fabula. Colligit sæpe magis placuisse fabulam: quæ nudis narretur verbis, quoniam res spectatorem delectarent: q̄ quæ locis cõibus explicaretur. Si, verbi gratia, circulator referat de Regulo quomodo captus sit: aut punitus, verba sordida si non delectant, attamen res euocat auditu digna. Morataꝗ re. fabula bene instructa. vnde in consuetudine dicere solemus bene moratum eum qui rectos mores ediderit. Nullius Veneris. nullius voluptatis, nec decoris. Graijs dedit ore rotundo Musa loqui, præter laudem nullius auaris. in hac sola cupiditate promerentur laudem. tanq̄ Protogenes ille qui lutum finxit decem annis. Vel Apelles qui totidem pinxit annis. non enim vt acciperent festinabant: sed vt placerent morabantur. Et leui seruanda cupresso. Libri enim qui aut cedro illinuntur: aut arca cupressi inclusi sunt, a tineis non vexantur. POR.

Argumentum textus.

¶ Thespis quidem primus apud Græcos tragœdiam in plaustris nondum factis theatris agendam instituit: sed mox ornamenta adiecit Aeschylus. Cui vetus comœdia licenter quemlibet nominatim carpens successit: sed ex quo libertate abusi etiam bonos carpere cœperunt: lata est lex ne quem viuentium nominatim taxent, qua lata etiam chorus turpiter obticuit. Romani autem quæcunꝗ apud Græcos viderant imitati sunt: quod non sine laude effecissent, si castigandi laborem non refugissent. Ridet poeta in hoc principio eos: qui vt veri poetæ videantur sese insanos simulant. nam Democritus sententiam protulit, quam & Plato asseruit, neminem esse verum poetam qui compos esset sui, frustraꝗ poeticas pulsare fores qui nõ ASCen.

t

Insaniūt poetæ. dum afflatus esset furore. Proprium enim est vatis insanire. vnde de Sibylla dictum est in. iij. æneidos. Insanam vatem aspicies. Et in Bucolicis volens poetico munere fungi dixit, Insanire libet. Cuius causa videtur esse: quia in vero poeta dominatur deus & spiritus ille propheticus, vt non humanitus: sed diuinitus allata videantur. vnde Ouidius. Est deus in nobis agitante calescimus illo. verum poeta ostendit plus gratiæ inesse carminibus ex sapientia acquisita: q̄ ex illo subito calore compositis. Ideoque Græcos in ea re præstare Romanis, quia Græci laudi: Romani diuitijs student, dicit. ergo quia Democritus notissimus philosophus credit ingenium: id est vim intelligendi nobis a natura ingenitam: esse fortunatius. i. ad carmina fingenda dexteri⁹ & promptius: arte misera: vtpote quæ sine ingenio nihil potest, & quia excludit Helicone, id est a consortio musarum & diuinorum poetarum in Helicone monte musis sacro conuersantium: poetas sanos, id est nō afflatos poetico furore, bona, id est magna pars poetarum sup. non curat ponere, id est deponere vngues, nō scilicet curat ponere barbam, & petit loca secreta & vitat balnea quo plures conueniunt. Et hoc ideo. enim id est quia nanciscetur, id est acquiret precium, id est mercedem videlicet laudem: & nomen, id est famā poetæ si nunq̄, id e t non vnq̄ non commiserit vnq̄ Licino viro opulentissimo & tonsori, quem postea dicunt factum senatorem a Cæsare: caput sup. suum insanabile. i. tam insanum q͏ esset impurgabile tribus Anticyris: id est helleboro nascēti in tribus Anticyris (Reperitur autem hic helleborus vt in. iiij. Geor. & hoc helleborum) Anticyra enim insula est vbi helleborum siue veratrum candidum nascitur: quod ad purgandum cerebrum citra noxam capitur. Porphy. dicit Anticyram esse locum in Achaia vbi Helleborum nascitur, quo sumpto dementes sanantur a capitis dolore, immo contra queuis furorem valet. vnde in sermonibus. Danda est hellebori multo pars maxima auaris. Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem. Quia vero talis simulata insania nihil ad poetam facit, ideo ironicos de se loquitur poeta vtens exprobratiua particula: & dicit. oh ego sup. sum læuus: id est sinister & ad carmen infortunatus qui purgo bilem sub ora, id est extremitate verni temporis hoc est sub exitum veris. Nō alius. i. nemo faceret meliora sup. poemata q̄ ego si nō purgarer/quia totus essem insanus, verum: id est sed nil: id est nulla laus poetarum est. i. reputatur mihi, id ē a me tanti valoris sup. vt velim immundus & insanus haberi. ergo quia nolo facere quo alios poetas fieri prędico ego fungar vice, id est officio cotis. i. lapidis quo ferrum acuitur. quæ valet efficere ferrum acutum cum ipsa sit exors. i. sine forte & officio secandi: & ipse: id est ego docebo munus & officium, scribendi, & vnde: id est qua re opes, id est auxilia scribendi vel metaphoricos diuitiæ parentur, id est acquirantur, & quid alat: id est foueat: & formet. i. instituat poetam: quid deceat sup. poetam: quid non sup. deceat poetam, quo. i. ad quem finem, virtus. i. vera sapientia ferat, id est ducat: & quo error ferat: quia sapere. i. sapientem esse & philosophię peritum est principium & fons scribendi recte. chartæ Socraticæ. i. scripturæ philosophicæ non quas Socrates scripsit, qui nihil scripsisse dicitur, sed quas Plato & reliqui philosophi ex eius ore collegerunt, poterunt ostendere tibi rem: id est argumentum & materiam scribendi, & verba non inuita immo vltronea sequentur rem prouisam, id est prius ex philosophia notam. vnde & Asinius Pollio. Male inquit Hercule eueniat verbis nisi rem sequantur. Poema enim constat ex re & oratione. Res autem & philosophia originem trahit vt præcepta contineat. Oratio in grammatica & rhetorica dicitur. Est enim numerata locutio: quæ rei inseruire debet. contra quod peccant qui vt bonam clausulam inferant totam rem mutant. Ostendit ergo poeta quid ex philosophis discere debeamus, dicens. Qui didicit quid debeat patriæ in qua natus est & quid amicis, & quo amore parens sit amandus, & quo frater: & quo hospes: id est hospitio acceptus: & quod officium sit supple patris conscripti: id est cum alijs ad senatum ascripti: quod officium sit iudicis, quæ partes: id est qđ officium: supple sint ducis missi in bellum: ille: id est is profecto, id est re vera: scit reddere, id est attribuere: cuiq͏, id est vnicuique personæ conuenientia, id est quę ei conueniunt. Ego iubebo id est volam vel præcipiam imitatorem doctum, id est eum qui volet docte imitari: respicere: id est iterum atque iterum inspicere exempla vitæ & morum hominum: & ducere: id est trahere: hinc. i. ex hiusmodi exemplari voces. i. locutiones viuas. i. ad viuum effictas: quia fabula nullius Veneris: id est sine venustate & sine pondere, id est maiestate loquendi & sine arte confecta speciosa locis: id est habens specimen locorum vel in suis locis, & morata: id est insequens, mores hominum recte, id est debite: oblectat: id est delectat & afficit interdum populum, valdius, id est vehementius & moratur, id est detinet desiderio spectandi melius: id est ampli⁹ q̄ versus inopes rerum, id est egeni sententiarum bonarum: & nugæ. i. carmina futilia & nihil ad rem agentia, canoræ. i. iusto numero: ornatis verbis: & multa concinnitate compositæ. Musa: id est dea poetarum dedit Graijs: id est Gręcis: auaris: id est cupidis, nullius sup. rei: præter laudem: id est præterq̄ laudis, ingenium ad excogitandum, & loqui ore rotundo. i. perfecto, & hoc quia philosophiæ student. Sed pueri Romani. i. liberi Romanorum discunt longis rationibus: id est per longos calculos & longas cōputationes diducere. i. diuidere assem. i. libram duodecim vnciarum in partes centum Filius Albini sup. inquit præceptor calculorum: dicat si vncia est remota. i. ablata de quin. unce. i. de quinq͏ vncijs, quid superat. i. restat? Respondet puer vel potius poeta: si tu es filius Albini sic interrogatus poteras dixisse: id est fieri potest vt dicas, triēs sup. superat. i. restat. Et præceptor dicit adulando: en fili si sic sapis tu poteris seruare tuā rem. Triens enim. i. tertia pars assis quæ quatuor vnciæ sunt: restat si a quinq͏ deducta vna. Interrogat iterum magister. Si sup. vncia redit. i. accedit vel addit ad quincuncē quid fit: respondet puer, semis. i. dimidium assis: hoc est sex vnciæ. contra quod institutum exclamat poeta: dicens, Speramus: id est debemus ne sperare. q. d. nullo modo carmina linenda. i. digna quę liniantur cedro: quæ est arbor quæ non sentit cariem & cuius succo illitæ chartæ non consumuntur, & seruāda, id est digna quæ conseruentur cupresso. i. scrinio aut arca cupressina leui. i. leuigata & polita: quia libri arca cupressina inclusi a tineis non vexantur, posse fingi. i. cōponi, cum. i. postq̄ ęrugo. i. macula videlicet auaritia, & cura. i. cupiditas peculi pro peculij augendi imbuerit. i. instituerit vel instruxerit semel animos iuuenum ad hæc: id est ad huiusmodi calculos ponendos? q. d nequaq̄. Regula est.

Tametsi Democritus censuit poetam bonum nasci: bonitateq͏ igenij & diuino furore potius q̄ arte & eruditione fieri: nō tamen pretermittenda est eruditionis diligentia: sed res scribēdę ex philosophorꝝ libris: & describēdorū officia ex moralibus depromenē: qb⁹ habitis rē verba sequenē nō īuita. Quod vt assequamur poti⁹ Gręcos solius laudis: q̄ Latinos pecunię auaros mirabimur ac imitabimur.

ACR. ℂQuicquid. p. esto b. i. præcepta debēt esse breuia, quia si longa fuerint, aures deficiunt auditorū. Percipiāt ergo animi, & dociles fiant, quia quod percipio & intelligo: docet me. Itē esto breuis. i. serua necessaria. Teneātq͏ fideles. vt seruēt qđ accipiūt, ne effluāt q̄ audiunt. Pleno. d. p. i. fastidiēte & ē sensus. pect⁹ ēm qđ iā varietate satiatum & plenū est, eaq͏ superuacua audierit nō retinet. Manat. effluit. Ne quodcunq͏. V. Ordo.

Aut prodesse volunt: aut delectare poetę,
Aut simul & iucunda & idonea dicere vitæ.
Quicquid prçcipies esto breuis, vt cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantq́ fideles.
Omne superuacuũ pleno de pectore manat.
Ficta voluptatis causa sint proxima veris,
Nec quodcunq́ velit poscat sibi fabula credi,
Neu pransę Lamię viuũ puerũ extrahat aluo.
Centurię seniorum agitant expertia frugis:
Celsi prætereunt austera poemata Rhãnes.
Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci,
Lectorem delectando pariterq́ monendo.
Hic meret æra liber Sosijs, hic & mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat æuum.
Sunt delicta tñ quibus ignouisse velimus:
Nã neq́ chorda sonũ reddit quẽ vult manus & mẽs
Poscẽtiq́ graue persępe remittit acutũ.
Nec semper feriet quodcũq́ minabitur arcus.
Verũ vbi plura nitẽt ĩ carmine, nõ ego paucis
Offendar maculis: quas aut incuria fudit
Aut humana parũ cauit natura. q̃d ergo est?
Vt scriptor si peccat idem librarius vsq́
Quis est monitus venia caret, & citharœdus
Ridetur chorda qui sẽper oberrat eadem,
Sic mihi qui multum cessat fit Cherilus ille:
Quem bis terq́ bonum cũ risu miror, & idem
Indignor. Qñq́ bonus dormitat Homerus.
Verum operi longo fas obrepere somnum.
Vt pictura poesis erit: quæ si propius stes
Te capiet magis, & quædã si longius abstes,
Hęc amet obscurum, volet hęc sub luce videri
Iudicis argutum qua non formidat acumen.
Hęc placuit semel, hęc decies repetita placebit

quodcũq́ velit sibi credi fabula poscat. i. comœdia aut fabula. i. poemata quæ fingũtur ꝑpter voluptatẽ: sint verisimilia.. Neu prã sæ. l. id est ne fingat tale argumentũ fabula, ꝙ deuorauerit Lamia puerum qui de vtero eius postea viuus prolatus sit. Extrahat. id est eximat. Centuriæ seniorum agitant expꝫ tia fru. id est senes Ro. non probant poemata quæ sunt leuia. adolescentes non delectãtur austeris. quid ergo faciendum est poetę? poema temperare: vt & voluptati seruiat iuniorum & seueritati satisfaciat seniorũ. Agitant expertia frugis. i. persequuntur: quę vtilitatem non habent. Item expertia. f. id ẽ inutilia, aliena a maturitate: carentia bonitate vel austeritate. Celsi prætereunt austera. p. sensus est. senes grauitate carminis & dictionis pondere delectãtur, iuuenes austera & grauia non amant. Rhamnes: Luceres: Tatienses Romanæ tribus erant: vel vt verius, eq̃tes. Omne tulit. p. q. m. v. d. omnium suffragium, omniũ iudiciũ meretur ille, qui & dulcis est & vtilis. Puncta dicuntur populi suffragia. vsus est hoc verbo Ci. in Fundania. Item aliter. Solus suffragia & iudicium populi tulit qui vtile & dulce poema scripsit: & qui prodesse & delectare potest. Pũctũ ideo dixit/quia antea suffragia ferebantur. Hoc ergo dicit, omnium meruit fauorem. iuxta legem tabellariam: quæ cauerat non voce, sed puncto debere fieri suffragia. Hic me. i. præstat. i. dignus est emi. vel meret mercedem affert. Noto. famoso: in opinione poetæ posito. Sũt delicta. t. q. i. v. inter multa bona si habueris mala pauca ignoscendum est. Nam. n. si ergo citharœdus erat, multo magis venia tribuenda poetis est: si in quibusdam errauerint. Nec semper feriet. nec semper sagittarij destinata iaculantur. hoc vult dicere. Merẽtur poetæ veniam: quia pene omnes in errore versamur. Verum vbi plura. si plura carmina facio optima: non est mirum si possum offendere in paucis locis. Maculis. vitijs: peccatis: delictis. Incuria. negligentia, qua maculæ funduntur. Quid ergo est. quod moneo, si poeta itidem peccet sæpe: monitus caret venia. quemadmodũ scriptor vel antiquarius, si in eodem peccat sæpe monitus. Librarius. scriptor. naturalis. vel bibliopolas veteres dicebant. hoc Tranquillus affirmat. Vsq́ semper: iugiter. Fit. c. ille. Cherilus poeta fuit qui Alexandrum magnum secutus bella eiusdem descripsit: cui Alexander dixisse fertur, malle se Thersitem Homeri esse, q̃ huius Achillem. Cherilus Alexandri poeta depactus est cum eo: vt si versum bonum faceret aureo numismate donaretur, si malum colaphis feriretur, qui sæpe male dicendo colaphis nectus est. Quem bis terq́. Si vnum aut duos versus bene dixerit admiror quasi bonum præter solitum. non enim dixit laudo. Quandoque bonus. d. h. hoc est negligenter scribit, id ẽ quãdoque errat bonus poeta. Verum operi. l. f. i. lassitudinem sumere: id est negligentiam carminis agere. Vt pictura poesis erit: id est non erit dissimilis poetica ars picturæ. Nam quomodo pictura quædam de proximo vult videri, alia eminus vt vitia celentur. ita & poema aliud semel lectum placet. probum autem poema placet etiam sæpe repetitum, aliter vt pictura: ita poema aliud dum recitatur in præsenti placet. Aliud postea sępe repetitum. Hæc amat obscurum. i. mala. quia fuco: id est coloribus magis potest placere q̃ arte.

¶ Neu prãsæ Lamiæ viuum puerũ extrahat aluo. Hæ ad infantes terrendos solent nominari. non est ergo poeticæ ꝙ tale argumentum fingat vt deuoratum Lamia puerum educat. Centuriæ seniorum agitant experitia frugis, id est ea quæ nugatoriæ dicuntur exagitant senes. Expertia. quæ expertia frugis sunt exagitant. Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci. Solus suffragia iudicum tulit: qui & vtile & dulce scripsit, id est qui & prodesset & delectaret, punctum autem ideo, ꝙ antiqui suffragia non scribebant, sed puncto notabant. Hic meret æra liber. sensus. hunc bene vendent bibliopolæ. Antea Sosij erant notissimi qui comerciũ librorum faciebant. Quas aut incuria fudit. Incuria est negligentia quæ curam non habet. Sic mihi qui multum cessat: fit Cherilus ille. poeta pessimus fuit Cherilus ille: qui Alexandrum secutus opera eius descripsit. Huius omnino septem versus laudabantur: cui Alexander dixisse fertur multum malle se Thersitem Homeri esse q̃ Cherili Achillem. Verum operi longo fas est obrepere somnum. sed excusationem inquit Homerus mereri potest si aliquid in tanto opere non respondet magnitudini carminis sui. Vt pictura poesis erit. nõ erit dissimilis poetica picturæ. Nam quomodo in hac propius quædam spectanda sunt, quædam longius: ita poetices quædam statim aspicienda sunt, quæ lucida erunt prope cognoscentur: quæ vero obscura, longius remotis. POR.

¶ Hic vt poetæ voti sui compotes fiant, sciantq́ quẽ finẽ ꝑtendere debeant, ostẽdit triplex eẽ itẽtũ poetæ, & ASCen.

quis intẽti sui cõpos p̄cipue laudandus sit: addẽs cui & quatenus ignoscendũ sit. Innuit aũt triplicẽ finẽ poeta

Finis seu intentio poetarũ.

rum dicẽs. Poetæ aũt volunt ꝓdesse.i. aut tm̃ vtilitatẽ seu frugẽ morũ aut doctrinæ ꝑtẽdũt: vt qui seuere aut Satyrã scribũt aut quãuis artẽ p̄cipiũt: aut volunt delectare.i. ꝑtẽdũt solã delectationẽ audientiũ vel ꝑlegentium, vt qui lasciua carmina aut elegias amorũ suorũ edũt, aut volunt simul dicere & iucunda.i. delectabilia & idonea vitæ.i. congrua ad bene viuendum. Deinde ostẽdit q̄d illis faciẽdũ sit q ꝓdesse volunt.i. q̄ p̄cipiunt/dicens. Quicquid p̄cipies.i. quãcũq; artẽ p̄ceptionib⁹ trades: esto breuis, vt animi dociles.i. quos breuita-

Præceptio sit breuis.

te efficis dociles ꝑcipiãt.i. intelligãt cito dicta.i. q̄ dixisti vel p̄cepisti, & vt fideles sup. animi teneãt.i. nõ obliuiscãtur semel cõmissa. Et est metaphora sumpta a vase vel ab amico/q̄d vel q si secreta a dño vel amico tradita diligẽter contineat & nõ effutiat, fidele vel fidelis dicit̃. Oẽ supuacuũ.i. q̄d vltra capacitatẽ discipuli p̄cipit manet.i. distillat & supfluit de pectore pleno.i. de ingenio nõ amplius capaci. Ficta causa voluptatis.i. ad solam delectationẽ inuẽta sint proxima veris: id est vero similia. Et fabula.i. fictio poetica non poscat: id ẽ exigat credi sibi.i. fidẽ sibi adhiberi quodcũq; velit sup. fingere. Neu.i. neue pro & non: & non extra hat.i. eximat puerum viuũ aluo.i. ex ventre Lamiæ.i. strigis deuoratricis: q̄a hoc nõ est vero simile. Sunt aũt Lamiæ

Lamiæ.

mulieres q̄ a nutricibus dicunt̃ noctu volare: & pueros quos solos vagantes offendũt deuorare: ad terrorem videlicet puerorum. Ineptiret ergo poeta qui hoc vt verã historiã oculis spectãtiũ exhiberet. Sequẽtib⁹ ostẽdit poeta cuius intentum maxime laudetur/dicẽs. Centuriȩ seniorũ.i. graues viri vtpote senes agitant.i. expellũt sup. poemata expꝑtia.i. nullã partẽ hñtia frugis.i. vtilitatis, hoc est ad solã delectationẽ ficta. Et Rhamnes.i. equites Romani celsi.i. in summo loco sedẽtes, quorum fere molles sũt auriculȩ: p̄tereũt.i. negligẽter audiũt & cõtemnũt poemata austera.i. nimiũ seuera & nullã delectationẽ hñtia. q.d. q ꝓdesse volunt: placẽt quidẽ senioribus/sed nõ iuuenibus. qui delectare, ediuerso. verũ is qui miscuit vtile.i. vtilitatẽ dulci.i. delectationi, tulit.i. abstulit, oẽ pũctum.i. oĩm suffragiũ, q̄d tractũ ẽ ab ambientib⁹.i. magistratũ ambiendo petẽtib⁹

Punctũ.

qui suffragia petẽtes tabulas cȩratas circũferebãt: in q̄b⁹ suffragatores: hoc est vt dicũt voces suas dantes pũctum describebant. qui ergo omne punctũ tulit, omnium suffragio & cõsensu creabat̃/vtpote ab omnibus laudatus & omnibus placens. Idem quoq; fiebat in causis centumuiralibus, nam auditis partibus tabella circũ ferebatur iudicibus, ac singuli punctum siue notã imprimebant quo vel qua: aut dãnarẽt: aut absoluerent. Tulit ergo oẽ punctum delectando lectorẽ & monendo pariter.i. sentẽtias vtiles habẽdo: quib⁹ lector ad virtutem moueretur. Hic.i. huiusmodi, liber ita cõpositus codex, meret.i. lucrat̃ Sosijs.i. illis librarijs fratribus, q tunc Romæ libros vẽdebant, æra.i. pecuniam grandẽ. Et hic.i. huiusmodi liber transit mare.i. fertur ad vltra marinas oras: & prorogat.i. extẽdit: scriptori.i. auctori noto.i. vt dicunt famoso longum æuum.i. indelebilem fere memoriam. Et quia nemo ad vnguem perfectus ẽ: qui in nullo erret, ostẽdit ignoscẽdũ esse certis erroribus: dicens. Sunt tñ delicta.i. errores in scribẽdo quib⁹ nos velim⁹ ignouisse.i. dedisse veniã, nã neque chorda ꝑcussa a citharœdo r̃ndet.i. nõ reddit semꝑ sonũ quẽ manus & mens & intentio percutientis vult, q̄.i. q̄a remittit.i. refert/vel reddit: persæpe.i. frequẽter. poscenti.i. exigenti sonum grauem: sonum acutum. & arcus nõ semꝑ feriet.i. trãsfiget sagitta sua quodcũq; minabit̃ sup. ferire. sic lego & intelligo: alioqui legerẽ cũ Bõfine cuicũq;, vt sit, nec arc⁹ feriet semꝑ sup. oẽ cuicũq; minabit̃. Q̄d vero docte differit de q̄cunq; & s̃libus duo verba postulãtib⁹ (nã inepte dixeris, amo quẽcũq; bonũ: pro eo quod sit: omnẽ bonũ, aut optimũ quẽq; &c.) nil ad rem facit, quia siue quodcũq;, siue quicũq; legas, eadẽ sint duo verba: sed quodcũq; regatur a ferire, cuicunq; a minabit̃. Verum.i. sed: vbi.i. postq̄: plura.i. multa, nitent.i. resplendent & decora sunt in carmine, ego non offendar.i. lædar: paucis maculis.i. paucis erroribus, quas, id est quos, aut incuria, id est negligentia: fudit.i. emisit, aut natura humana prona ad peccandũ & errori proxima cauit, id est effugit, parum.i. non satis diligenter. quid ergo est, id est quid ex illo infertur: Respondet. vt si scriptor.i. qui componit opus: & si librarius.i. scriba qui mercede transcribit opus peccat vsq;.i. semper: idem.i. in eadem re, q̄uis est monitus sup. cauere talem errorem, caret venia, id est indignus est cui ignoscatur: & citharœdus.i. canens in cithara: ridetur id est deridetur qui oberrat semper eadem chorda. Talis enim est incorrigibilis & stolidus reputandus. sic: id est eodem modo ille videlicet poeta qui cessat multum oscitans, & negligẽs est in multis locis, fit mihi.i. reputatur a me ille. q.d. notissimus Cherilus, id est malus poeta qui Alexandrum magnum secutus bella eiusdem descripsit: cui Alexander dixisse fertur malle se Thersiten Homeri esse q̄ huius Achilem: id est vilissimũ Grȩcorum ab Homero descriptum q̄ præstantissimum, qui a Cherilo posset describi. Depactus antẽ est Cheriluscum Alexandro vt si bonum versum faceret aureo numismate donaretur. sin malum, colaphis feriretur: qui sæpe male dicendo colaphis nectus est: vt dicit Acron. Vnde poeta. Quem supple Cherilum ego miror cum risu, id est cum irrisione bonum supple esse bis terq;, id est in duobus aut tribus versiculis Et idem: id est ego idem indignor: id est ægre fero poetas malos scribere audere. Q̄ siquis dicat, Homerus bonus, id est perfectus: dormitat: id est negligenter agit quandoq;, id est aliquando: Respõdet poeta acsi dicat: fateor quidẽ verũ.i. sed, fas est.i. licitũ somnum.i. dormitionẽ obrepere.i. latẽter interuenire longo operi quantũ fuit Homeri Peccãt ergo qui licentia abutuntur in epigrãmate vno qua vsos vident poetas in opere magno. Cõparat deinde poeta sicut in principio huius opusculi poesim picturæ: quia sicut picturarũ q̄dã propter aptos colores licet mẽsurã non seruauerit longius stantibus & semel inspicientibus placet, & quȩdam propter symmetriam.i. bonã cõmensurationem prope stantes & bene inspicientes plus delectat: ita & poesis q̄dã semel audita placet, quia canora & iucunda videtur: sed vbi noscitur neq; œconomiam neq; decorũ seruasse villipenditur: q̄dã.s. illa obseruãs decies repetita placet. vñ dicit. poesis.i. cõpositio poeræ erit vt pictura, quæ.s. pictura capiat.i. delectet te magis si stes propius: & quædam: id est alia supple magis delectet si abstes.i. si ab illa sis lõgius. hæc.i delectans longius abstantẽ, amet obscurũ.i. in obscuro videri, & hæc quæ magis delectat propi⁹ visa, volet videri sub luce, qua.s. luce non formidat argutum.i. subtile, acumen.i. ingenium & examen iudicis, hæc.i. quæ vult de longe & inobscuro videri, placuit semel.i. cum primum visa est: & hæc volens de prope & sub luce videri, placebit repetita, id est reuisa: decies.i. frequentissime. Regula est.

Cum tria prȩtẽdant poetæ: aut prodesse tãtũ: aut delectare tãtũ: aut simul vtrũq; efficere: qui ꝓdesse volẽt aliquid docẽdo: sint breues & dilucidi: qui delectare sint vero similes & dulces: nec quicq̄ a vero abhorrẽs fingant. Qui vero simul & vtiles & dulces sunt: palmariũ auferũt. Quod siqui penitus p̄stare neq̄unt: ne sint tñ ob id incorrigibiles: nec sibi in modico quouis carmine vẽdicent licẽtiã: quam Homero & maroni cȩterisq; grauibus poetis in magno opere concessam viderint. Potius autem molientur verã artẽ q̄ delectabilem imitationem ac similitudi-

nem seruare, vt quanto interius ac penitus cognoscantur, tantum magis delectent & amentur, quod & picturis bonis contingere solet.

¶ Fingeris.formaris.erudiris. Medium.non ex toto perfectum. Certis rebus.ac si diceret; non omnibus: id ē paucis.i.recte cōceditur quarūdā rerum esse mediocritatē.vt si iurisperitus nō fuerit aliquis quomodo Casellius Aulus: aut orator quomodo Messala, attamen ferēdi sunt: si fuerint mediocres: quod in poetis non idem est. Non concessere.c.hyperbolicos ait.nec.n.saxa concedunt aliquid poetis de mediocritate. Colūnas autē dicit vbi ponebant poetæ epitaphia. Vt gratas inter mēsas. Queadmodum inter mensas iucundas offendit aut malus cantor, aut malum vnguentum, aut papauer cum amaro melle, cum poterat prandium confici sine his: Ita poema quod inuentum est propter amicos delectandos si paululum recesserit a perfectione/non placet: sine quo poemate res hominū poterat explicari. Symphonia. concentor: cantor. Crassum.mali odoris. nā vt leuem odorem dicimus suauē, ita & crassum malum. Sardo. Sardiaco. Papauer autē posuit pro placenta. Sine istis.sine concordi Symphonia & sine crasso vnguento & papauere. Iuuandis.delectandis. Si paulum summo decessit. Si modicum a perfectione recesserit, fit poema pessimum. si exiguum recesserit a summitate vergit in vitium. Vergit.perit. Trochi. Quaternarij. nā trochos Græci quaternarios vocant. aut trochi: id ē rotæ quam currendo pueri scutica regunt. Ne spisse risum tollant.i.c. ne rideat cœtus spectantium qui in similitudinem coronæ circundatur. Quid ni? cur non audeant versus fingere qui nesciunt? quid restat nisi per mutato ordine ingenuus quilibet liber a tributo ꝑ soluat summam nūmorum equestrē id est equestri ordini distributam? Nam consuetudo erat Romanorum, vt liberi tributa non soluerent. cæteri vero stipēdia ad opus militum soluebant. Liber & ingenuus. Cū stomacho pronūciādum, quasi Antipophora: id est si homo bene natus est, licet versus illi facere. Et est aliud liber, aliud ingenuus. Præsertim census equestrem summam nūmorum: vitioque remotus ab .o.i. eousq; ad subaudiendum est. in censum equestrem receptus est: aut qui sit professus se habere ACR.

¶ O maior iuuenum, q̄uis & voce paterna
Fingeris ad rectū, & per te sapis, hoc tibi dictū
Tolle memor, certis mediū & tolerabile rebus
Recte concedi, consultus iuris & actor
Causarum mediocris abest virtute diserti
Messalę, nec scit quantum Cassellius Aulus,
Sed tamen in precio est, mediocribus eē poetis
Non hoīes, nō dīj, non cocessere colūnę.
Vt gratas inter mensas Simphonia discors
Et crassū vnguētū: & Sardo cū melle papauer
Offendunt, poterat duci quia cœna sine istis,
Sic animis natum inuentumq; poema iuuādis
Si paulum summo decessit: vergit ad imum.
Ludere qui nescit cāpestribus abstinet armis,
Indoctusq; pilę discive trochive quiescit,
Ne spissę risum tollant impune coronę,
Qui nescit versus tamē audet fingere. q̄d ni?
Liber & ingenuus, pręsertim cēsus equestrem
Summā nummorum, vitioq; remotus ab omī.
Tu nihil inuita dies faciesque Minerua,
Id tibi iudicium est, ea mens, siquid tamen olim
Scripseris in Meti descendat iudicis aures:
Et patris & nostras: nonūq; prematur iannū.
Membranis intus positis delere licebit
Qđ nō edideris, nescit vox missa reueureti.

tātam pecuniam: quantam deberet habere eques. Nō enim licebat ante equitem Romanum fieri nisi habuisset certam summam pecuniæ, hoc est quadringentorum sesteriorum. Tu.n.id est a superioribus pendet. O piso, nihil dicas aut facias inuita Minerua, id est sapientia. Inuita autem Minerua facimus: quod est stultitiæ. est autem verbum artificum inuita Minerua: quia ipsa Minerua inter characteres poesis præest. In.m.d.i.a. aut iudicio Metij/aut nostro/vel patris laudentur aut culpentur, Nonūq;.p.in annum. Si mala fuit carmina vsque ad nonum annum lateant: & studiosius corrigantur. Missa. pro emissa.

¶ Hoc.t.d.t.m.i.hoc verbum in mente habe. Medium & tolerabile rebus recte concedi. quarundam rerum esse medietatem. Consultus iuris & a Consultus iuris aliquis si nescit quantum Casellius Aulus; iurisconsultus tunc optimus, attamen potest esse mediocris. Nec siquis orator idem potest quod Messala; sciat attamen non esse ideo contemnendum. Et Sardo.c.m.p. Corsicum & Sardum mel pessimi saporis est. Meti iudicis. Metius perdiligens carminum fuit æstimator. Nonūq; prematur in annum. Exemplo Cinnæ poterit vti: vt carmen suum si malum est nouem annis dissimulet. POR.

¶ Hic blande cohortatē ad castigationē poematis: ostendens poetam nisi summus sit non posse laudari: cum tamen in cæteris rebus vt Aristo. in Topicis auctor est, mediocre laudemus tanq̄ bonum. & causam ei⁹ rei subiungit dicens poema non esse necessitatis/sed voluptatis. Possemus em̄ sine numero & metro q̄d cōcepim⁹ eloqui. ꝑinde sicut in secūdis mensis vbi saturi sumus cibi vulgatiores ieiunis ventribus grati reijciuntur: & bellaria nisi suauissima sint displicent, ita poema nisi optimum & compositissimū vilescit. quocirca cōsulit q̄d impatoribus agēdum sit: monens vt opus cōpositū cōseruēt sibi in nonū annum: & demū relegant q̄a q̄ subito calore captis placēt refrigeratis displicēt. & q̄a cuiq; sua placēt monet vt ad peritiorum referant iudicium: dicens. O maior iuuenum.i. qui grādior es inter duos filios Pisonis, q̄uis.i.licet aut quātūuis, tu fingeris.i.institueris & cōponeris, &.i.simul, voce.i.eruditione paterna.i.patris tui Pisonis viri optimi & cruditissimi, fingeris dico ad rectū,i.verā artē: &. sapis.i.sapiens es, aut artem percipis & degustas, per te.i.proprio ingenio fretus: tamen sup. tolle.i.aufer a me: memor.i.recordaturus, hoc dictum tibi.i.ad tuam eruditionem, medium: id est mediocritatem & tolerabile.i.tolerantiam: concedi.i.permiti recte.i.debite certis.i. quibusdā rebus. q̄uis enim quiuis consultus iuris.i.iuris peritus qui in iure consulitur: & actor causarum.i. causidicus mediocris.i.mediocriter eruditus abest virtute.i.a perittia, Messalæ diserti.i.optimi iurisconsulti, & nescit.i.nō scit tantum quantum Aulus Cassellius: optimus actor causarum. Sed tñ.i.attamen est in pretio.i. multi magni faciunt eum, sed sup. hoīes: dīj, & columnæ.i.pilæ vbi poetæ ponebant epigrammata sua: nō concessere poetis esse mediocribus.i.vt poetæ sint mediocres & laudenī: quia vt.i, quemadmodum symphonia.i.consonantia carminis discors.i.male composita & vnguentum crassum.i.mali odoris sicut leuem odorem dici- ASCen.

mus suauem,& vt papauer.i.pulmentarium ex papauere cōpositum cum melle Sardo qd' pessimi saporis est,sicut & Corsicū ,ppter copiā raxi arboris amarissimæ cuius florē depastæ apes mella amara conficiunt. vnde Virg. Sic tua cyrneas fugiant examina taxos. vt inquā hæc incondita fercula offendunt.i.lædūt,cōuiuas inter mensas gratas.i.obsonia delectabilia,quia cœna poterat duci.i.perfici:sine istis vilibus esculentis:sic poema natū.i.inuētū animis iuuandis.i.delectādis,hoc est ad delectationē aīorū,si decessit summo i. a summa perfectione paulū.i.modicū,vergit.i.tēdit ad imum.i.ad infimā æstimationem,quia nō laudatur mediocre.Et tñ oēs etiam indocti audent poema cōficere.quod ægreferens poeta dicit.Is qui nescit ludere.i.luctari & exercere res militares abstinet armis cāpestribus.i.nō vtitur instrumentis quibus in cāpo Martio exercetur iuuentus Romana.Et indoct⁹ pilæ.i.qui nescit ludere pila,ve pro vel disci.i.massæ rotundæ quā in aerem ,pijciūt,aut trochi.i.quaternarij secūdū Acronē.Nā Græci quaternarios trochos vocāt,aut trochi.i.rotæ quā currēdo pueri scutica regūt.Sunt tñ qui putēt turbinē ex buxo dici quo pueri exercent,sed hic ,p exercitio militari accipitur.quiescit.i.abstinet a ludo.ne coronæ.i.circūsedentes in modū coronæ,spissæ.i.densę tolant.i.eleuent & extollant impune.i.passim:risum.i.vocem irrisionis.Et tñ sup.is qui nescit.i.ignorat:versus,id est artē versificatoriam,seu metrificandi,audet fingere.i.cōponere.Respondet poeta per obiectionem cū stomacho & indignatione,quia per antipophoram.Quid ni.i.cur non audeat fingere versus:liber.i.nulla seruitute tentus:& ingenuus.i.ex libera matre natus p̄sertim.i.pcipue census.i.cēsitus summā nūmorū eq̄strē.i.vsq; ad summā quadringētorū sestertiū:q̄ sola dignū reddidit vt quis eques Roman⁹ fieret,& remot⁹ ab omni vitio? Ad hoc poeta abnuendo & quatiēdo caput solūmodo r̄ndet.non em̄ est responsione dignū q.d.faciāt tales inepte supbientes & sibi placentes qui incorrigibiles sunt,qd' volūt.Ego certo scio q tu maior Pisonum nihil dices & facies Minerua.i.sapientia inuita.i.nolēte.i.quod tibi a sapientia negatū est:id.i.tale iudicium est tibi:& ea.i.talis mens.i.animus est tibi:tñ siquid scripseris olim.i.qñq;.i.tpe futuro:sup.illud descēdat.i.transeat:in.i.ad aures Meti.i.Metij iudicis:qui pdiligens carminū fuit ęstimator. Habet aūt primā longā etiā apud Virgilium:ideo Meti ,p metij dicit.& in aures patris tui Lucij Pisonis & nr̄as.i.meas:& pmatur.i.occultetur in.i.vsq; ad nonū annū:quia licebit:i.licitū erit delere.i. castigare & auferre quod male positū est:mēbranis.i.chartis in quib⁹ scripsisti positis.i.repositis intus.i.penes te,in scrinijs tuis,quod nō edideris.i.nondum promulgaueris,Sed vox missa.i.emissa nescit reuerti.i.irreuocabilis est.vnde alibi.Volat irreuocabile verbum.& philosophus Qd' semel dictū est amplius resumi non potest. Regula autem est.

Quoniā que in cęteris fere rebus laudatur mediocritas,in poetis non recipitur, q nisi summi ac perfectissimi sint nihil laudis meruerint(q̄ em̄ ad voluptatem comparātur si non delicatissima fuerint reijciunt,sicut bellaria minus sapida saturis apposita)nemo carmen audeat edere quod nō sit ad vnguē castigatū, & bonorum iudicio ,pbatū.atq; ne subito colore iā recēs natū placeat nouū recōdat in annū, quia ad non emissa semper tēpestatiua fuerit castigatio,at nescit vox missa reuerti.

ACR. ¶Syluestres.Syluas habitantes.Cædibus & victu fœdo.quia interficiebant bestias & manducabant. ipse eos fecit congregari,simulq; habitare.Et Amphion Thebanæ cō.vrbis.Cadmus Thebas constituit eas muro cinxit Amphiō.Fuit hæc sapientia quondam. olim poetæ sapientiā & eruditionē incultorū hoīm ,phibebant id est aliquando fuit hæc sapientia in poetis: vt docerent quomodo viuendū sit priuatim vel publice.

Syluestres homines sacer interpresq; deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus
Dictus ob hoc lenire tigres:rapidosq; leones.
Dictus & Amphion Thebanæ cōditor vrbis
Saxa mouere sono testudinis:& prece blanda
Ducere quo vellet fuit hæc sapientia quondā
Publica priuatis secernere,sacra prophanis:
Concubitu ,phibere vago,dare iura maritis:
Oppida moliri,leges incidere ligno.
Sic honor & nomen diuinis vatibus atq;
Carminibus venit,post hos insignis Homerus
Tyrtęusq; mares animos in Martia bella
Versibus exacuit,dictę per carmina sortes
Et vitę monstrata via est.& gratia regum
Pierijs tentata modis,ludusq; repertus.
Et longorum operū finis,ne forte pudori.
Sit tibi musa lyrę solers,& cantor Apollo.

Vago.meretricio.dicit quomodo poetæ docendo carminibus suis hominum qui modo ferarum viuebant:mitigassent animos. Sic. id est propter sapientiam. Diuinis vatibus. sacerdotibus adæquauit poetas. Hoc etiam Maro. Quique sacerdotes casti dū vita manebat.Quiq; pij vates & Phœbo digna locuti.Tyrtæusq; mares animos in Martia b. v. exacuit. Lacedæmonijs diu aduersum Athenienses certantibus oracula responderunt non aliter victoriam posse habere nisi Atheniensem ducem habuissent. Missis legatis:qui hoc ab Atheniensibus postularēt: Athenienses in contumeliam ipsis Tyrtæū quendam claudum dederunt:dicentes iuxta ignauiam ipsorum hūc eis ducem posse sufficere. Sed oracula quæ prom.serunt nō frustrata sunt. Nam Tyrtæus licet corpore esset debilis,scripsit tamen carmen heroicum. quo accensi Lacedæmonij in aciem processerunt,sicque consecuti sunt victoriam. Itē Tyrtæus fuit genere Atheniēsis:poeta:omni deformis parte membrorum. Is primus tubam inuenit.quo etiam Lacedęmonij vsi duce vicerunt Messenios. Nam cum diuturno tempore inter Lacedæmonios & Messenios bellum traheretur,consuluerūt Lacedæmonij Apollinem. Quibus responsum est nō aliter eos posse vincere nisi cum duce Atheniensi pugnarēt. Quibus Athenienses Tyrtæum dederūt:& ita Lacedęmonij vicerūt:cū hostes nouus tubæ sonitus terruisset.Sortes. respōsa Apollinis.Via,rō.hoc ē etiā philosophia mōstrata ē versib⁹.Et g.r.Carminib⁹ sunt descripti reges. carmina meruerunt amicitias regū.Et longorū operū finis.hoc est vt carmē libenter operarentur:& cū delectatione opus ad finē perducerēt.Finis.laudatio.Ne.f.p.sit tibi.Ideo inquit enumeraui hęc ne erubescas referri in numerum poetarū.i.ideo dixi multa cōmoda nasci de carmine forte o Piso poema sordidū videatur.Solers autē ,pprie dicitur qui habet peritiam rerum difficilium.Cantor a.Inuentor citharæ,qui præest musis.

POR. ¶Syluestres.h.s.i.d.cædib⁹ & victu fœdo deterruit Orpheus.Orpheus primū poeticā illustrauit. ex hoc dr̄ lenisse tigres & leones,qa efferatos hoīm aīos placauerit carmine.Leges.i.l.æreis em̄ tabulis antiq nō sunt

vſi,ſed roboreis has incidebant leges.vnde adhuc Athenis legum tabulæ Axones vocantur.Tyrtæus. fuit hic genere Athenieſis poeta:omni parte mēbrorū deformis.primus hic tubæ moderationes dedit ex hac cauſa.Nam cum Lacedæmonij bellum aduerſum Meſſenios gererent,diuq̨ traherent dubium Martis euētū: reſponſum acceperunt ab Apollinæ:ſi vellent vincere:Athenienſi duce vterentur,a quibus rogati Athenienſes miſerunt Tyrtæum claudum & luſcum:quem deformē crederent.vſi ſunt auxilio Lacedæmonij quibus ille cantum monſtrauit tubarum.quarum in auditu territi ſono,Meſſenij fugerunt.adepti ſunt victoriam Lacones.Dictæ per carmina ſortes per verſus hexametros reddidit reſpōſa Phœmonoe Pyrrho Epirotæ petenti.Aio te æacida Romanos vincere poſſe.Et vitæ monſtrata via eſt. ſententijs ſapientum quibꝰ inſtructa vita eſt.

ASCENSIVS.

¶Quia poeta oſtendit arem poeticam eſſe difficillimā:quippe in qua nemo verā laudē niſi q̄ eā in ſummo attigerit meritꝰ ſit,oſtēdit eādē eē digniſſimā quā totis viribꝰ noſtris ſtudeamꝰ aſſequi.Ea nāq̨ eſt q̄ prima hoīes a feritate ad manſuetudinem:ab incultis ſylueſtribuſq̨ moribꝰ,ad vrbanos:a cædibꝰ ferinis ad ciuilem concordiam conuocauit.Eadem eſt qua præditi non ſolum ſummis mortalibus vtpote imperatoribus triumphantibus verūetiā dijs immortalibꝰ comparent.Impatoribus quidē & ſummo cuiq̨ victori:quia eadē palma,eadēq̨ laurꝰ fortiter agēti/& eū q̄ fortiter egerit diuine laudāti decreta ē.neq̨ id quidē ab re aut citra meritū.Nā ſi victori iniuſto bello deorū imortaliū gloria:qui triūphus eſt:decernitur,non tam ꝙ hoſtium victor effectꝰ eſt q̄ quo eiuſmodi gloria ad conſimilem victoriam mortales animos facile pelliceat,iuſtiſſime eadem gloria poetæ vtpote tantūdem aut eo quidem amplius de repub.merenti adiudicatur.Qui etenim fortiter agit ſemel quidem & id paucis conſpicientibus facit,qui vero fortia & inclyta geſta recitat a mille millies legi relegiq̨ poteſt.Quin adeo non minus poetarum præconia q̄ fortiſſimi ducis dextra in bello profuiſſe comperta ſunt.Homerica ſiquidem tuba cum alios multos tum Alexandrum illum magnum ad fortiter agēdum inflammauit:vſqueadeo vt ſtans ad ſepulcrum Achillis fortunatos diceret illius manes qui Homerum meruerint habere præconem. Quod alij ſic dictum volunt. O fortunate adoleſcens qui tuæ virtutis præconem Homerum inueneras.Silius autem Italicus his verſibus. Felix æacida cui tali contigit ore Gentibꝰ oſtēdit,creuit tua carmine virtus.Tyrteus autem (pro quo quidam apud Iuſtinum mendoſe Cyrtæum ſcripſerunt.Et fere omnes legunt Dircæuſq̨.qui de Pindaro Dircęo,id eſt Thebano intelligunt vt Landinus:iuxta illud poetæ Ode.ij.car.lib.iiij.Multa dircęum leuat aura cygnū.neq̨ liquido auſim aſſerere,vtrum a poeta ſit ſcriptum.Nam licet Tyrtæi hiſtoria quam mox recitabo Tyrtæo ſuffragetur,tamen quia de inſignibꝰ loquitur poetis:& Pindarus Tyrtæo multo inſignior eſt videtur de Pindaro poſſe intelligi:præſertim cum & ipſe animos verſibus acuerit,vnde de eo in dicta Ode ſecunda legimus:Seu deos regeſq̨ canit deorū ſanguinem:per quos cecidere iuſta morte Centauri,cecidit tremendæ Flāma chimeræ)Lacedæmonios plus q̄ dexterrimus quiſq̨ ducum adiuuit,quē Tyrteum vocari & Aeneas Sylуius ſeu papa Pius in ea epiſtola i qua de laude poetica loquitur,& ſexcenti alij atteſtantur.Eius autem hiſtoriam Acron recte tangit dicens. Tyrteus

Lacedæmonijs diu aduerſum Meſſenios certantibus oracula reſponderunt non aliter victoriam poſſe habere niſi Athenienſem ducem habuiſſent.Miſſis legatis qui hoc ab Athenienſibus poſtularent Athenienſes incontumeliam ipſis Tyrtæum quendam claudum dederunt dicentes iuxta ignauiam ipſorum hunc eis ducem poſſe ſufficere.ſed oracula quæ promiſerunt non fruſtrata ſunt.nam Tyrtæus licet corpore eſſet debilis:ſcripſit tamen carmen heroicum:quo accenſi Lacedæmonij in aciem proceſſerunt/ ſic q̨ conſecuti ſunt victoriam.Item Tyrtæus fuit genere Athenienſis poeta deformis omni parte membrorū.is primus tubā inuenit.quo etiā Lacedæmonij vſi duce vicerūt Meſſenios.Nā cū diuturno tēpore inter Lacedæmonios & Meſſenios bellū traheretur:conſuluerūt Lacedæmonij Apollinem.quibus reſponſum eſt nō aliter eos poſſe vincere niſi cū duce Athenienſi pugnarent,quibꝰ Athenieſes Tyrtæū dederūt,& ita Lacedæmonij vicerūt cū hoſtes nouus tubæ ſonus terruiſſet.hæc Acrō.cuiꝰ ſecūdæ ſententiæ aſſentit Porphyrio.Sed Iuſtinꝰ in epitomatis Trogi libro.iij. plenius exequitur hiſtoriam,dicens. Interea Meſſenij cum virtute non poſſent per inſidias expugnant.Deinde cum per annos octoginta grauia ſeruitutis verbera,pleraq̨ vincula,cæteraq̨ captę ciuitatis mala perpeſſi eſſent,poſt longam pœnarum pœnitentiam,bellum inſtaurant.Lacedæmonij quoq̨ eo conſpiratius ad arma concurrūt quo aduerſus ſeruos dimicaturi videbantur.Itaq̨ cum hinc iniuria inde indignitas animos acueret,Lacedæmonij de belli euentu oraculo Delphis conſulto iubentur ducem belli ab Athenienſibus petere.Porro Athenienſes cum reſponſum cognouiſſent:in cōtemptum Spartanorum Tyrtæum poetam claudum pede miſere:qui tribus pl̄ijs fuſus eouſq̨ deſperationis Spartanos adduxit:vt ad ſupplementum exercitus ſeruos ſuos manumitterent:ijſq̨ interfectorum matrimonia pollicerētur,vt non numero tm̄ amiſſorum ciuiū:ſed & dignitati ſuccederent.Sed reges Lacedæmoniorū ne contra fortunam pugnando maiora detrimenta ciuitati infunderent:reducere exercitum voluerunt, ni interfuiſſet Tyrtæus,qui cōpoſita carmina pro concione exercitui recitauit.In quibus hortamenta virtutis,damnorū ſolatia,belliq̨ conſilia cōſcripſerat.Itaq̨ tātū ardorē militibꝰ iniecit vt nō de ſalute/ſed de ſepultura ſolliciti teſſeras ſuis & patrū ſuorū noībꝰ inſculptis dextro brachio deligarēt:vt ſi oēs aduerſum plium conſumpſiſſet & temporis ſpatio confuſa corporum lineamenta eſſent:ex indicio titulorū tradi ſepulturæ poſſent. cum ſic aīatum reges exercitū viderent curant bellum hoſtibus nunciare.Meſſenijs aūt non timorem res/ſed æmulationē mutuā dedit.Itaq̨ tantis animis concurſum eſt vt raro vnq̄ cruentius plium fuerit.ad poſtremum tn̄ victoria Lacedæmoniorum fuit.Hæc ille.Ad eam ergo victoriam Tyrtæi non parum ꝓfuerunt carmina. Dijs vero immortalibus in hoc cōparanē poetæ:ꝙ dictæ per carmina ſortes:q̄a ſecūdū Pli. Heroicū carmē oraculo debet:abs quo inuētū ē.Preterea lyræ ſolers & cantor Apollo fuit.Ordo igit eſt. Orpheꝰ theologꝰ ille & antiquiſſimus poeta,facer quia muſarum ſacerdos,& interpres deorū,qui volūtatē deorū menti ſuæ inſpiratam mortalibus expoſuit,deterruit.i.deterrēdo abduxit hoīes ſylueſtres.i.in ſyluis habitātes,cædibꝰ.i. a mutuis interfectionibꝰ.ſic etiā Bonfinis intelligit,Acron tamen non male de cædibꝰ ferarū intelligit, quia reuera Orpheus non tam a cædibus hoīm deterruit,quia Argonautas laudauit & bellaces multos,q̄ a cædibus ferarum ob victum, veſcebantur enim tunc carnibus ferinis etiam crudis,vt de Achille atteſtatur Stathius,vnde additur.& fœdo.i.turpi victu.quia nōnulli crudis carnibus veſcebantur,oēs vero beluino more viuebant,& dictus eſt ob hoc.i.quia hoc faciebat:lenire.i.mitigare cantu ſuo & demulcere tigres & rapidos leones/quia hoīes eorum quibus veſcuntur naturam induunt.Et Amphion vates Thebanus, conditor id ē reparator (ſecundum quoſdam) vrbis Thebanę quæ eſt in Thracia:dictus eſt mouere.i.mouiſſe ſono teſtudinis.i.lyræ ex teſtudine primū factę,ſaxa.i.lapides quibus conſtructa ſunt mœnia Thebana:quia inſtigauit homines ad ea ex lapidibus conſtruenda,& dictus eſt ducere prece blanda.i.blanditijs ſuis ſaxa ſup.eo quo vellet.Sapientia cui homines ſtudebant fuit quōdam hæc.i.in hmōi rebꝰ,ſecernere:id eſt ſeparare ſacra id eſt res ſacras prophanis:id eſt a non ſacris quæ procul ſunt a phano,& prohibere,id ē arcere homines a cō

cubitu vago.i.meretricio extra matrimonium: & dare maritis iura sicut sunt iura dotium: & moliri.i.cum mole & difficultate facere oppida:id est operimenta ciuitatum: cuiusmodi sunt moenia, & incidere ligno:id e tabulis ligneis: leges, id est publicas sanctiones. Et honor & nomen venit sic.i.per huiusmodi opera vatibus.i. poetis diuinis.i.diuino spiritu afflatis, & carminibus, id est poematis eorum. Post. hos.s. Orpheū & Amphionem: Homerus poeta ille insignis, id est illustris & nobilissimus, & Tyrtæus vates ille Atheniensis exacuit id est inflammauit & acres fecit versibus suis in bella Martia:id est cruenta qualia Mars gerit, animos mares id est viriles. sortes.i.responsa Apollinis sunt dictę: id est data per carmina heroica.s. Et via vitæ, id est ratio viuendi vtpote philosophia est monstrata per carmina: & gratia regum est tentata: id est sollicitata modis Pierijs, id est musicis, hoc est proxima via ineundi gratiam regum est eos eorumq; gesta laudare. Ludus vtpote lyricus aut potius scænicus est repertus.i.inuentus modis pierijs, id est versibus poeticis. Et finis longorum operum: id est recreatio omnis laboris: supple inuenta est pierijs modis, id est modulationibus. vel finis, id est laudatio & merces omnium operum. & ne: id est vt non, vt musa non sit tibi pudori: id est verecundiæ propter eius vilitatem aut difficultatem, Apollo deus ille magnus est solers, id est diligenter peritus, lyræ, illius instrumenti musici, ad quod a Mercurio inuentum dono accepit: & ita lyricos commendat: vt prius scænicos. & inuentus est cantor.i.modulator.q.d. quod deo honori est homini pudori esse non posse. Ne quid autem titubes puer quia diximus epitomatis & poematis in ablatiuo plurali: quia id docti fere vsurpant licet recētiores poematibus dicere malint. Cauebis præterea ne cum vulgo Dircæum legas: licet Amphion Dircæus sit: quia manifesta historia Tyrtæum dici probat: & Acronis interpretatio: Cui etiam suffragat̄ ꝙ Homerus dicitur non Mœnius aut mœnides, vt duo sint propria nomina, nam vt vsitate dixeris Mantuanum & Siculum: ita minus apte Virgiliū & Siculum / sed Virgilium & Theocritum: sicut hic Homerus & Tyrtæus. sed acta agimus. Regula autem est hæc.

¶ Ne vero ob difficultatem contemnatur poetica prouincia, attendenda est eius vtilitas ac dignitas. Vtilitas quidem, quia primi laude digni mores primęq; leges ac ciuitates laudandę a quouis viro eloquentia & musis prędito sunt institutę, atque ob gloriam adipiscendam quam carmina pariunt, conseruatæ, Dignitas vero, ꝙ & Apollo qui oracula sua heroicis versibus edidit, musicę peritissimus cō probetur, & tam deorum q̄ hominum laudes carminibus contineantur.

¶ Natura fieret laudabile carmen an arte: quæsitum est. Multi quærunt vtrum poeta nascatur an fiat. Ego vtrunq; dico habere poetam debere: id est artem & ingenium. Sine diuite vena. hoc est sine ingenio bono & sine natura. Rude. stultum, sine studio. & imperitum. Alterius sic altera. vt illud Sallustianum. Alter alterius auxilij eget. Coniurat amice. conuenit amicabiliter. Qui studet optatam. qui studet ad gloriam venire: multa debet perferre, id est sudare, algere: vigilare abstinere a venere. Cursu. labore & opere: cursu qui primus vult esse. Sudauit. per ęstatem.s. Alsit. per hyemem frigus sustinuit. Pythia cantat, id est Pythonem cōpositum ab Apolline. Nūc satis e.t dixisse ego mi.p.p. In hac copia imperitorū sufficit alicui sese iactare, & dicere optimus poeta sum: cū nō sim. Pango. cōpono, id est ego possum mira poemata componere. hoc dicit malus poeta. Occupet extremum sca. ille patiatur scabiem qui extremus componet versus. Metaphoricos autem locutus est a ludo puerorū: Ita em̄ pueri currētes aiūt occupet scabies in extremo remanētē.i. ego poeta sū: habeat scabiē qui non ē poeta. hoc ergo ex persona illorū dixit q dicendo, carmina scimus facere: nihil sciūt, volūt tn̄ se æstimari poetas. Mihi turpe relinqui ē. Turpe mihi est: vt vltimus faciam carmina. Sa.n.f. ordo est. Mihi sane turpe est fateri nescire. Vt præco ad merces turbā.q.c.e. Queadmodū pręco voce hortatur populū accedere ad emendas merces ꝓscriptas: ita & poeta diues hortat̄ assentari sibi in carmine per dona multos. Assentatores. blandos. falsos auditores. Diues agris diues positis in fœ.n. qui multos agros & multos nummos habet positos in fœnore. Si vero est vnctum qui recte po.p..i. qui bene pascat. Vnctum aūt lautū cōuiuiū. vn̄ in alio loco. Acce. sic. ad vnd. Persi. Calidū scis ponere sumē. vnctū recte appellat pulmētariū bene coctū. & est satyrice dictū. Si vero sit poeta qui bene pascat, hoc est si habet eum qui cœnam ꝑparet, bene mirabor si istiusmodi homo possit falsum amicū a vero discernere. Nam cum falsus amicus eodē mō eū laudet & ver⁹: nō poterit larg⁹ poeta inter bonos malosq; habere iudicium

Natura fieret laudabile carmen, an arte
Quęsitum est: ego nec studiū sine diuite vena
Nec rude q̄d prosit video ingeniū: alterius sic
Altera poscit opem res, & coniurat amice.
Qui studet optatā cursu contingere metam
Multa tulit fecitq; puer, sudauit & alsit,
Abstinuit venere & baccho, qui Pythia cantat
Tibicen didicit primus extimuitq; magistrum
Nō satis est dixisse, ego mira poemata pango
Occupet extremū scabies, mihi turpe relinq̄ ē,
Et quod non didici sane nescire fateri.
Vt ꝑco ad merces turbā qui cogit emendas,
Assentatores iubet ad lucrum ire poeta
Diues agris, diues positis in fœnore nummis.
Si vero est vnctum qui recte ponere possit,
Et spondere leui pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum, mirabor si sciat inter
Noscere mendacem verūque beatus amicum.
Tu seu donaris, seu quid donare velis cui:
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum
Lętitię. clamabit enim pulcre, bene, recte.
Pallescet super his, etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem, saliet, tundet pede terram.
Vt qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolētibus ex animo, sic
Derisor vero plus laudatore mouetur.

ACR. Spōdere, interuenire & fidē dicere. Leui. tenui & egēti. vel vili. Tu seu donaris.s.q.d.v.c.N.ad.v.t.f.d.p.l.o. Piso seu donasti alicui seu donaturus es: hoc auditore carminum tuorū ne vtaris: vt pro donis lætetur; No-

lito precio aliquem laudatorem tuis versibus locare: ne tuo munere lętus fictas tibi laudes persoluat. Pulchre bene. i. esse cōpositos versus. Pallescet. pallidus fiet cū cœperit te falsum laudare: quasi prę nimia admiratiōe. Super his. i. super hæc quę dixit bene, pulchre. Stillabit. a. e. o. r. ficte laudādo & prę gaudio flendo. Amicis, id est assentatoribus. Vt qui con. p. in. f. hoc est: qui conducuntur ad funera, sicut grauiora faciunt vere dolentibus, ita & assentatores plus laudant q̄ amicus verus. Item antiqui prę ficas dicebant mulieres quæ mortuos alienos conducte plorabant. quod fit in quibusdam prouincijs. a quo beneficijs redimitur.[1]

Occupet extremum scabies. hoc ex lusu puerorum sustulit: qui ludentes solent dicere: Quisquis ad me nouissimus venerit habeat scabiem. Si vero est vnctum qui recte ponere possit. hoc est si habeas eum qui cœnā præparet. Vt qui cōducti plorāt in funere dicunt. Alexādriæ obolis conducuntur qui mortuos fleant: & hoc tam valde faciunt: vt ab ignorātibus illorū fuisse credātur qui efferuntur. Hi ergo vocātur Threnodę. POR.

Natura fieret &c. Quia vetus est opinio poetam nasci. i. sponte musarum, ingenijq; beneficio prodire: oratorem vero fieri, id est diligenti eruditione tradentis, & feruenti studio accipientis. Nec enim dicunt poetam posse euadere qui non idem ad hoc natus sit. Proinde diuinus ille Plato inter cætera quæ de futuro poeta tradidit indicia, id habet, ꝙ poeta non sumit artificij sui incrementū. Vnde apud nostros diuinus Maro non minus artificiose seruauit humilem characterem in Buco. & mediocrem in Geor. q̄ sublimem in Aeneid. quapropter Hesiodus apud Græcos dixit se potum Caballino fonte nullo labore a pecudum custodia ad poetarum collegium vocatum. Et Ennius apud Latinos dixit se sola receptione animæ Homericæ repente poetā euasisse: qua opinione persuasi multi eruditionē & studia contemnunt iactantes sese ad poeticā natos. Quos poeta noster hic irridet, & eius imitator Persius in principio operis sui. vnde sic dicit. Quęsitum est. i. quęstio & dubitatio fuit inter grammaticos & poetices studiosos sup. an carmen laudabile. i. dignum laude: fieret natura. i. solius naturæ beneficio: an arte. i. eruditione & scientia per studium acquisita. Ego inquit poeta nec. i. & non: non video quid studium. i. diligens exercitatio discentis prosit. i. proficiat alicui aut vtilis sit sine diuite vena. i. benignitate naturæ, qua carmina abundantius proueniunt. Nec video quid ingenium. i. beneficiū naturæ nobis ingenitum prosit rude, id est quod est incultum, & nulla eruditione adiutum: sic. i. vsqueadeo: altera res vtpote ingenium, poscit. i. requirit opem. i. auxilium alterius sup. rei/videlicet studij: & cōiurat amice, id est amicabiliter conspirat, sicvt nunq̄ quid boni faciat ingenium sine studio: nec studium sine ingenio. Moleste autem fert poeta solos poeticæ studiosos eruditionem & diligentiā contemnere: cum cæterarum rerum possessores tant feruenter studeant. & dicit: sup. is qui studet cōtingere. i. alios attingere/cursu. i. currēdo metam optatam. i. limitem statutum in stadio: tulit. i. passus est, & fecit puer. i. a pueritia multa. i. multas res: vtpote sudauit. i. sudorem emisit in æstate, & alsit. i. algorem seu gelu per hyemē sustinuit: & abstinuit Venere & Baccho. i. luxuria & vino nimio. Vnde Virgilius in carmine de Venere & Vino. Nec Veneris nec tu vini capiaris amore. Vno nanq; modo vina venusq; nocent. Vt Venus eneruat vires: sic copia vini &c. Et sup. is tibicen qui cantat Pythia. i. carmen in honorē Apollinis pro Pythone interempto decantatum: didicit prius: & extimuit magistrū. i. nullus ignorans artem musices musicā profitetur etiam in inferioribus rebus vtpote in ducēdis tibijs: nisi forte qui eandē perdidicit: & tamē in arte poetica satis est. i. videtur satis esse dixisse. i. vt quiuis dicat per iactantiā: ego pango. i. compono: & cōficio mira. i. admirāda poemata. scabies. i. turpis prurigo & lepra occupet. i. inuadat extremū. i. eum qui vltimus scribet versus. Turpe. i. indecorū est mihi relinqui, id est vt ego relinquar: & fateri me nescire sane, id est vt sanum decet, quod non didici. Et hoc metaphoricos locutus est poeta vtens translatione a ludo puerorum. ita enim pueri currētes aiunt: occupet scabies in extremo remanentē. veruntamē quia laus in proprio ore sordet, & non verisimile est multos propria opinione tā illudi: ostendit ad eam assentationē accedere. Ideo dicit poeta. vt. i. quemadmodū sup. facit prȩco qui cogit. i. compellit turbam. i. multitudinē populi ad emēdas merces: sic poeta diues agris & diues nummis positis in fœnore. i. datis ad vsuram iubet assentatores ire. i. venire & accedere ad lucrū: vero pro sed si sup. aliquis est qui possit. i. valeat ponere. i. anteponere recte. i. debite vnctū. i. obsoniū pingue. quod Persius sic interpretatur. Calidum scis ponere sumen: Scis trita horridulū comitē donare lacerna. & qui possit spondere. i. interuenire & fideiubere pro paupere cliente sup. leui. i. facili & emaci adulatore: & qui possit eripere. i. liberare implicitū id est inuolutū & irretitū litibus. i. contētionibus atris. i. obscuris & dubijs vel nociuis: ego mirabor si ipse beatus. i. tam diues sciet internoscere. i. discernere amicū mendacē. i. adulatorē, & verum. Tu o maior Pisonū seu id est siue donaris, id est iam donaueris quid, id est aliquid: cui, id est alicui seu, id est siue velis donare, id est donaturus es nolito ducere ad versus factos tibi, id est a te sup. virum plenū lætitiæ, id est hilaritatis propter bona tua vel pinguem propter obsonia tua. Sicut in Georgico. Quid faciat lætas segetes. quoniam pro quia talis sup. audiens versus tuos clamabit pulchre sup. versus tuos esse compositos: & bene: & recte. & pallescet, id est prę nimia admiratione se pallidum finget, super his videlicet versibus tuis. Et stillabit, id est effundet rorem, id est lachrymarum guttas ex oculis amicis, id est ex nimia lætitia quam de prosperitate tua habet quasi amicum significat: & saliet, id est præ nimia lætitia exultabit: & tundet, id est percutiet pede suo terram. vt, id est quemadmodum sup. ij qui conducti in funere, id est ad funebre obsequium plorant, dicunt & faciunt prope, id est quasi plura dolētibus, id est ijs qui dolent ex animo, id est de vero corde: sic, id est eodēmodo derisor, id est callidus assentator mouetur, id est demōstrat se affici plus vero laudatore. i. eo qui ad verū laudat. ASCen. Poeta nascitur.

Regula est.

Tametsi quęsitum est an carmen laudabile fiat natura. i. prȩstanti ingenio ac diuitę vena naturę: an arte id est studio & eruditione, & vt visum est Democritus (quod etiam asserit Quintilianus) bonitati naturę plus concedit non tamen perfectum (qui solus laudatur) poetam efficiet sine studio. quocirca cum in aliis certaminibus atque exercitiis qui prȩmia tollere volunt multos labores subeant: idē poetis faciendum est, qui sibi placere non debent: nec assentatoribus prȩsertim sibi obnoxis fidem habere.

¶Reges dicuntur multis vrgere culullis:
Et torquere mero quem perspexisse laborant
An sit amicitia dignus: si carmina condes
Nunq̄ te fallant animi sub vulpe latentes.

Reges dicūtur multis vrgere culullis. Reges enim quos volunt recipere in amicitiam multo mero inebriant tentantes an per potū quæ habent secreta prodant. Docet autem hoc loco multa cura & studio asciscendos amicos esse. Culullis, id est calicibus. & est ACR.

Quintilio si quid recitares, corrige sodes.
Hoc aiebat & hoc, melius te posse negares:
Bis ter'que expertum frustra: delere iubebat:
Et male tornatos incudi reddere versus.
Si defendere delictum q̃ vertere malles:
Nullũ vltra verbũ aut operã sumebat inanem
Quin sine riuali te'que & tua solus amares.
Vir bon⁹ & prudẽs versus reprehẽdet inertes:
Culpabit duros: incomptis allinet atrum
Transuerso calamo signũ: ambitiosa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambigue dictum: mutanda notabit:
Fiet Aristarchus: nec dicet cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ seria ducent.

diminutiuum a culeo. vt alibi. Ipse diues & aureis mercator excitet culullis vina Syra reparata merce. Et torquere mero, id est trahere ad confessionem, id est vino explorare ingenia dignorum amicorum.

Perspexisse. præuidere. Condes. compones. vt Respõdere paras seu condis amabile carmen. Nunq̃ te fallant animi sub vulpe latentes. Ingeniosi homines laudant mala carmina ideo vt te fallãt astutia animi: qui cum sint vafri & subdoli, innocentem ferunt vultum: quasi vulpes in Aesopi fabula contra coruos. Sub vulpe. sub imposturis adulãtiũ: sub dolo. vulpes enim dolosum animal est: vt in Aesopi fabula: sic & qui versus facit ex fictione facile adulantium potest subdolos animos præuidere.

Quintilio si quid recitares, hic Quintilius erat Varius poeta Cremonensis amicus Virg. Hoc aiebat & hoc. male dictum dicebat malo poetæ: vt corrigeret malos versus. Melius te posse negares. deest si, id est si negasses te meliora carmina posse facere, iubebat vt denuo versus corrigerẽtur, quemadmodum ferramentum male ductum redditur incudi & bene ibi formatur. Male tornatos. male compositos. Vertere, corrigere. mutare. Quin sine riuali te'que & tua solus amares. sine riuali amantur carmina: quando ab eo solo amantur qui facit ea. Riualem autem pro æmulo posuit. Riuales enim sunt vnius meretricis amatores. hoc tractum est ab antiquis. Riuales enim dicebantur qui in agris riuum haberent cõmunem: & propter eum sæpe discreparent. Inertes. sine grauitate factos. Duros. male sonantes. Incomptis, id est nõ bene sonantibus, non bene currentibus, sine œconomia scriptis. Allinet, id est apponet. Signum. notam culpę significat. nam notari versum male formatum dicimus.

Transuerso calamo. Transuersim ducta penna vitia carminum maculabis. Ambitiosa. superflua. Arguet ambigue di. amphibologias vituperabit. Mutãda notabit. designabit. certa faciet: quæ mutari debẽt. Fiet Aristarchus. nomen Græci grammatici, qui homeri carmina adnotauit. Ille ergo iudex etiam optimi poetæ fiet. ꝙ Aristarchus Homerum emendans, hoc signo notauit versus quos iudicauit Homeri non esse. Nec dicet cur ego amicum offendam in nugis. Sicut multi dicunt: cur ego debeo corrigere amicum in suo errore?

POR. Reges dicuntur multis vrgere culullis. Reges enim quos volũt recipere in amicitiã multo mero inebriãt, tentantes an per potionem quæ habeant secreta prodant. Et torquere mero. hoc est protrahere ad confessionem. Animi sub vulpe latentes. Sannatores & Mydronas appellamus qui benigne irridẽt. Quintilio si quid recitares. Hic erat Quintilius Varius Cremonensis amicus Virg. eques Ro. Et male tornatos incudi reddere ver. Hoc est denuo versus scribere. quomodo ferramentum male formatum redditur incudi vt ibi formetur. Quin sine riuali. æmulum riualem dixit. Incomptis allinet atrum transuerso calamo signum. significat ac notat versum male formatum. Fiet Aristarchus. Hic Homeri carmina adnotauit. Ille ergo iudex etiam optimi poetæ Aristarchus fiet.

ASCen. Vt in præfatione nostra diximus, auctor in calce operis sui potissimum ad diligentem castigationẽ cohortatur: quippe cuius negligẽtiores Romanos offenderit. Cæterum quia dicere instituerat quis minus idoneus sit castigator, vtpote qui mẽsa tua captus est: pergit ostendẽs solertiam & prudentiam veterum regum, id est principum conuiuiorum: quos reges cum alij tum Martialis persepe vocat: quorum morem sic exponit. Reges, id est prędiuites viri dicuntur vrgere, id est torquere multis culullis, id est calicibus vinarijs. Est enim diminutiuum a culeo, qui est saccus siue vter ex corio, in quo vinum reponebatur. Vnde poeta car. i. Diues & aureis mercator exiccet culullis Vina syra reparata merce. quia vero subobscure dictum videri potest, declarat sequentibus more Virgiliano dicens. & pro id est, dicuntur torquere mero, id est dicuntur contrahere ad confessionem puro vino: eum sup. quem laborant, id est conantur perspexisse, id est perfecte cognouisse an sit dignus amicitia. q. d. Diuites vt capiant: vina bona proponunt: quia ebrius & pueri & fatui dicent tibi verum. Tu autem miser vt capiaris. Verum vt noscat Piso quis bonus sit castigator, & quodnam eiusdem officium, pergit dicens: si condes carmina: animi latentes sub vulpe: hoc est sub dolo vulpino, nunq̃ fallant te, id est caue ne te fallant ingeniosi homines laudantes mala carmina: sicut in Apologis Aesopi illius Phrygij fabulatoris: Coruus illusus est a vulpe & emunctus caseo quem in ore ferebat. dicebat enim vulpes pulcherrimam fore auium si canere sciret: qui captus laude & canere incipiens caseum demisit: quo habito quæ prius laudauerat deridere cœpit. sed si tu recitares quid, id est aliq̃d compositionis tuæ Quintilio videlicet Vario Cremonensi poetæ/& Virgilij amico: aiebat, id est diceret ad te: sodes, qđ blãdiẽtis est. q. d. si audes puer corrige hoc & hoc, id est hunc & hunc errorem: si sup. negares te sup. posse facere melius, iubebat, id est iuberet te expertum: id est quem expertus esset bis & ter frustra sup. operatum esse, delere. i. penit⁹ deponere vel potius sic. iubebat te expertum bis & ter frustra, id est qui fecisti periculum an posses carmẽ tuũ ĩconditũ resarcire frustra, id est in vanum delere versum & nouũ facere: & reddere incudi, id est nouo artificio cõponẽdi versus male tornatos, id est male compositos. sed si tu malles/id est magis velles defendere delictum/id est errorẽ tuum q̃ vertere/id est corrigere: nullum/id est non vllum: non sumebat vllũ verbum, aut sup. vllã operam inanem/id est sine vtilitate vltra: quin/id est quo minus amares te & tua sup. carmina: solus sine riuali/id est æmulo. Riuales eñi sunt vnius amatores: qui sæpe inter se rixantur. quod tractum est a rusticis vel a tauris ad vnũ riuinũ cõueniẽtibus. Vir bonus & prudẽs rephendet versus inertes id est sine grauitate & arte factos. Et culpabit duros. i. male sonãtes: & allinet/id est apponet atrũ signum id est maculã atramenti: calamo transuerso, id est penna per transuersum ducta, incomptis, id est versibus inornatis: & recidet/id est amputabit ornamẽta ambitiosa/id est supflua/& ad solam pompam facta. Et coget dare versibus parũ claris/id est obscuris: lucem/id est claritatem. Et arguet/id est damnabit dictum id est quod dictum est ambigue/id est dubie. Et notabit: id est nota indicabit mutanda: id est quæ debeãt mutari: & fiet Aristarchus: id est Aristarchi similis: qui grammaticus Homeri carmina annotauit verubus & stellis: quę imitatus etiam est Hieronymus noster. Nec supple vir bonus & prudens dicet, cur ego offendã id est lędam amicũ in nugis: id est rebus vilibus; qualia sunt carmina incondita. Ideo autem non dicet, hæc

Culeus. Culullus

Vulpina fraus.

Riuales.

Aristarchus.

qui a hæ nugæ/id eſt huiuſmodi facilia carmina & incondita ducent/ id eſt afferent ſeria mala, vtpote malam dicendi conſuetudinem & incorrigibilitatem: quod in arte poetica grauiſſimum peccatum eſt.

Regula eſt.

Sicut reges.i.principes paraſitos & cęteros familiares vino torquere ſolent vt quam ieiuni diſſimulant veritatẽ fateãtur: ita poeta aduigilare debet: vt de carminibus ſuis verum obtineat iudicẽ. Qualis poetæ tempore erat Quintilius. Nec tamen ſatis eſt bonum iudicem obtinuiſſe: niſi illi obtemperaueris.

In mala deriſum ſemel exceptumq; ſiniſtre
¶ Vt mala quẽ ſcabies aut morb⁹ regius vrget
Aut phanaticus error: & iracunda Diana:
Veſanum tetigiſſe timent: fugiuntq; poetam
Qui ſapiunt: agitant pueri: incautiq; ſequuntur.
Hic dum ſublimis verſus ructatur: & errat.
Si veluti merulis intentus decidit auceps.
In puteum foueãve: licet ſuccurrite longum.
Clamet Io ciues: non ſit qui tollere curet.
Si quis curet opem ferre: & demittere funem:
Qui ſcis an prudens huc ſe deiecerit: atq;
Seruari nolit: dicam, Siculiq; poetæ
Narrabo interitum, deus immortalis haberi
Dũ cupit Empedocles, ardẽtã frigidus Aetnã
Inſiluit, ſit ius: liceatq; perire poetis.
Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.
Non ſemel hoc fecit: nec ſi retractus erit, iam
Fiet homo: & ponet famoſę mortis amorem.
Nec ſatis apparet cum verſus factitet vtrum
Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental.
Nouerit inceſtus, certe furit, ac velut vrſus
Obiectos caue valuit ſi frangere clatros.
Indoctum, doctũq; fugat recitator acerbus
Quem vero arripuit tenet, occiditque legendo
Non miſſura cutẽ niſi plena cruoris hirudo.

In mala ſeria.in malas neceſſitates.ſi non fuerit emendatus, irriſio laudati in alijs maioribus ipſum docebit errare. Siniſtre.cõtrarie. quia vt ſuperius dixit, Neſcit vox miſſa reuerti. Et ideo poſtq̃ mali poetæ carmina publicant contraria: ab omnibus excipiuntur & irrecuperabiliter deridentur: ſicut ſcabies & regius morbus cæteriq; morbi quos ipſe dicit/ſunt incurabiles adeo; vt vix aut nunq̃ poſſint curari. Regius.quem quidam dæmoniacum, alij comitialem, alij arquatũ vocãt: quem Græci icteron dicunt: quibus oculi vel rideſcũt. Aut fanaticus error. Fanaticum errorem pati dicuntur qui a Fanis percutiũtur; id eſt qui lymphatico agitãtur. Iracunda.lęſione offenſa. Agitãt.perſequũtur. Nã pueri prętereũtibus illudere ſoliti: quos inſectantur, in dementiam compellũt. Incauti. quia poſſũt ludi ab inſano poeta. Eructatur.pro eructat. vt Et iam nox humida cælo Pręcipitat. Sic veluti merulis intentus decidit auceps. Senſus eſt. Nec ſemel inſanos verſus faciet: nec carebit cupiditate tanq̃ aſſidue in foueam cadat. Dum cupit Empedocles. Empedocles fuit Agrigentinus, Pythagoricus: qui ſe in flammas ætnę mõtis iniecit immortalitatem affectãs. quod eius crepidulæ prodiderunt: quas flamma eructauit: æreis enim vſus fuerat. Empedocles vnum dicebat: ingenia frigido circa præcordia ſanguine impediri. Idem.ſimile. Nec ſatis apparet cũ verſus. Neſcitur pœna propter quam facit verſus malos inſanus poeta: an quia læſerit bidental, an quia violauerit patris ſepulcrum.

Bidental, locus fulminis. Triſte autem, ꝙ propter lapſum fulmen conſtituitur. Et eſt bidental a bidentibus dictum: nam reliquias fulminis põtifices cum ſacrificio ſepeliebant.

Mouerit inceſtus.inceſtus dicitur homo pollutus: qui flagitium cõmiſerit aut in ſororem: aut in ſacerdotẽ: aut in affinem. Clatros.oppoſitiones oſtiorum. Indoctũ doctumq; fugat.i.omnibus dicit, audite me: cum ab omnibus fugiatur. Non miſſura.cum cõprehẽderit corpus. Hirudo.ſanguiſuga. Alij ſanguiſugã: & alij ſanguiſugiam dixerunt. Diſtat autem inter harundinem: hirundinem: & hirudinem. Harundo canna eſt. Hirundo auicula. Hirudo ſanguiſuga.

Aut Fanaticus.id eſt qui lymphatico agitatur. Agitant pueri/incautiq; ſequũtur. Nã pueri prætereunti- POR.
bus illudere ſolent: & quos inſectãtur, in dementiã cõpellũt. Hic dum ſublimis verſus ructatur & errat.ru-
ctatur pro ructat. Antiqui & ructo & ructor dixerũt. hic genere patiẽdi extulit ructatur: vt venatur: lauatur.
Siculiq; poetæ Narrabo interitũ. Empedocles fuit Agrigentinus phyſicus: qui ſe in crateram præcipitẽ dedit
ætnę, immortalitatẽ affectãs. Ardentẽ frigidus ætnam inſiluit. Dum ſe credit ex opinione hominũ collectu-
rum diuinitatẽ: ſi nunq̃ cõparuiſſet. An triſte bidẽtal. Id quod Iouis fulmine percuſſum eſt bidẽtal appellatur.
hoc expiari non poteſt. Sunt autem qui putant ab agna dictum bidental. Hirudo.hæc ſanguiſuga appellatur.

In mala. Hic oſtẽdit quo demẽtiæ perueniat poeta malus ſibi placens & incorrigibilis: eo ſcilicet vt veluti ASCEN.
fera quæuis ab omnibus vitetur: ꝙ ſiquẽ arripuerit, ad ſatietatẽ vſq; longa recitatione torquet. Ordo autẽ in
principio ſecundũ Acronẽ eſt cõtinuandus cum ſuperioribus: vt ſit. hę nugæ ducẽt in mala ſeria/id eſt in ma
las neceſſitates. Poteſt tamẽ ſic accipi. vt, id eſt queadmodũ ſup. is quem ſcabies mala, id eſt quoduis genus le
præ: aut morbus regius, quem quidam dæmoniacũ: alij comitialẽ: alij arquatũ vocãt: & quem Græci icterõ
dicũt: vrget, id eſt torquet: aut error Phanaticus, id eſt furor quo percutiũtur: qui a Phanis tangũtur: & lym-
phatico agitãtur: hoc eſt qui alicuius numinis furore vexantur: qui & lymphatici & Ceriti dicũtur. Et ſupple
is quem Diana iracũdia, id eſt offenſa & læſa vrget, id eſt perſequitur furore, ſubaudi ab omnibus fugitur: ſic
omnes qui ſapiũt, timẽt tetigiſſe poetam veſanum, id eſt male ſanũ & deprauatũ: ꝙ pro et fugiũt eum ſup.
deriſum in mala, id eſt in malũ eius: quia ſine emẽdatione: & exceptũ, id eſt correptũ ſemel ſiniſtre, id eſt ſine
vtilitate eius. & pueri agitãt, id eſt perſequũtur vt inſanũ: & incauti, vt indocti qui vitioſum hominẽ cauere
neſciũt, ſequũtur, id eſt imitantur. Poteſt etiam cõſtrui ſine ſubauditione verbi ſic. Qui ſapiũt timẽt tetigiſſe
poetam veſanũ: & fugiũt poetam deriſum ſemel in mala, & exceptũ ſiniſtre: vt eum quem mala ſcabies, aut
eum quem morbus regius vrget. Hic, id eſt huiuſmodi malus & incorrigibilis poeta dum ſublimis, id eſt glo-
rioſus & ſibi placẽs ructatur, id eſt eructat & euomit verſus ſuos, vel dum ructatur, id eſt eructat & euomit
verſus ſuos ſublimis, id eſt magnificos & altiloquos: & errat, id eſt captus furore illo vagatur: ſi decidit, id eſt
deorſum cadit veluti auceps, id eſt captator auium intentus, id eſt operam dans merulis ſupple capiendis (Et
eſt merula auis quæ mera, id eſt ſola volat: cum ſturni gregatim volent) in puteum ve pro vel foueam: licet Merula.

clamet longum,id est longo tēpore Io ciues,id est,o boni vicini & concives mei succurrite mihi supple pereunti:non sit supple aliquis qui curet tollere,id est erigere eum ex fouea:ꝙ si quis curet ferre opem,id est auxilium:& demittere,id est deorsum in puteum mittere funem,id est restem vel chordā qua eum extrahat:ego,id est quiuis astans dicam,id est dicere possit qui scis.i.quomodo scis an qui in puteo est prudens.i.sciens & volens deiecerit se huc.i.in hunc puteum,atq; nolit seruari?Et ego narrabo,id est quiuis astans narrare poterit interitum,id est mortē poetæ Siculi videlicet Empedoclis.Et dicam,deus immortalis haberi &c.Pro hoc contextu intelligendo prius q̄ pergamus operæpretium est cognoscere vim similitudinis aucupis & poetæ errabundi in foueam decidentis:quæ tracta est ex apologis.Aucupes enim aucupio intenti vt aues emissas recipiant,miro modo clamare solent:& sese nonnunq̄ ne auibus capiendis terrori sint in puteos ac foueas demittere.Quorum clamore excitati agricolæ vicini,& accurrentes vt auxilium ferant ab ipsis cum derisu & execratione dimissi sunt.Euenit autem postea vt ijdem aucupes capiendis auibus nimiū intenti in non præuisas foueas inciderent.Et cum clamarent Io ciues succurrite:propter illusionem præteritam nullus accurrit,& ita submersi sunt.Similem fabulam habet Aesopus,de pastoribus sæpe falso contra lupum auxilium petentibus:quod cum vere petebant,non habebant.In hoc autem est aucupi similis poeta:ꝙ cum sæpe correptus noluit ab errore discedere:si in foueam deciderit credatur prudens & volens incidisse.Bene autem dicit poeta prudens & non prudenter:quia multi scientes & prudentes peccant:nemo scienter & prudenter.Empedoclis autem historia sic ab Acrone recitatur.Empedocles fuit Agrigentinus philosophus Pythagoricus:qui se in flammas ætnę montis Siciliæ iniecit immortalitatē affectans:vt videlicet in cælum credatur translatus.quod eius crepidulæ prodiderunt quas flamma eructauit æreis enim vsus fuerat.Is dicebat ingenia frigido circum præcordia sanguine impediri.Crepidulę sunt quas soleas vocāt.Ordo igitur est.Empedocles dum cupit haberi,id est iudicari deus immortalis frigidus,id est male sanus insiluit ætnam,id est montem Siciliæ ardentē.Et igitur sit ius & liceat poetis quod licuit philosopho nimis insano.sup.is qui seruat,id est eripit a morte inuitum,id est volentem seipsum occidere:facit idem,id est simile occidenti,id est qui occidit & interficit.Cuius dicti rationem sic Landinus colligit.Si quis inquit seipsum perdat idem ille erit & cædens & cæsus.Hunc igitur si seruabis,non solum eum seruabis qui occidebatur,sed eum quoq; qui occidebat:& ita erit similis occidenti.sed non procedit hæc ratio.Mens enim dicentis est ꝙ tantum peccat qui volentem mori saluet,ac qui nolentem interficiat.Et rationem subiungit:quia qui semel ita affectus est:vt seipsum velit occidere:nunq̄ postea erit homo,id est sanæ mentis vt more humano superuiuere velit.Et ita tanto aut maiore malo affeceris seruando volentem mori,quanto bono priuaueris volentem viuere occidendo eum.Neq; requiritur extrema veritas hic ex inuidia contra poetam malum loquentis.Inducitur enim quiuis de vulgo ipsum in fouea deprehendens:& dicens ipsum furore proprio,propter grauissimum crimen in eam incidisse.Et addens nec pro et non,& supple poeta hic nō fecit semel supple duntaxat immo frequētissime:hoc quod nunc fecit,id est non semel pręcipitauit sese in foueam.Nec & non:& si erit retractus,id est iterū extractus,non erit iam,id est posthac,homo,id est sanę mentis:&,id est non ponet,id est deponet amorem,id est cupiditatem mortis famosæ qua seipsos occidentes pereunt,sicut Annibal & Cato.Nec apparet satis,id est non est satis cognitum & perspectum:cum factitet versus,id est cum sit sæpe insanus,vtrum minxerit in cineres patrios.i.patris:& an ipse incestus.i.incesto pollutus mouerit,id est violauerit & perturbauerit:bidental triste i.locum fulmine tactum & bidente piandum:quem nefas erat tetigisse.Vnde Persius Saty.ij.An quia non fibris ouium Ergennaq; iubente Triste iaces lucis euitandumq; bidental &c.Certe.i.quæcunq; causa fuerit certum est ꝙ fuit:ac pro & ipse recitator carminum suorum acerbus.i.ingratus,iniucundus,fugat indoctum & doctum.i.omnes mortales:velut.i.sicut vrsus animal illud ferox si valuit frangere clatros.i.cancellos & oppositiones ostiorum caulæ suæ:vero pro sed tenet.i.detinet:ꝗ pro & occidit.i.interficit & necat:legendo,id est recitando malos versus suos quem arripuit.i.in fuga capere potuit existens hirudo.i.tanq̄ hirudo.i.sanguisuga non missura.i.talis quæ non dimitteret cutem plenam sanguinis:nisi sup.sit plena cruoris.i.sanguine saturata.Est autem discrimen inter harundinem,hirundinem,& hirudinē.Nam harundo canna est:hirundo auicula:& hirudo sanguisuga:que sanguinem exugit.Tangit ergo vltimo loco vitium inepte & moleste recitantium:de quibus Iuuenalis Saty.i.Semper ego auditor tantum:nunq̄ ne reponam Vexatus toties rauci Theseide Codri.& alibi.Et Augusto recitantes mense poetas.De quibus etiam poeta noster sæpe in Sermonibus meminit.Sed canendum est nobis receptui.

Aucupū casus. — *Prudens. Prudēter. Empedocles.* — *Harūdo. Hirūdo. Hirudo.*

Regula autem est hæc.

Summopere cauendum est ne in opinione nostra persistentes incorrigibiles simus: & dum gloriam captamus omnibus ridiculi simus: quod vitium pulchre vitauerimus si sapientum iudicio auscultauerimus.

ARTIS POETICAE FINIS.

MATTHAEI BONFINIS ASCVLANI: Cardinalis Diui Georgij a secretis, in Horatianas Odas Annotationes ad studiosorũ Adolescentium vtilitatem & Commodum.

Annotatio Prima & Secũda. Ode Prima.

Hunc, si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus:
Illum, si proprio condidit horreo:
Quicquid de Libycis vertitur areis:
Gaudentem patrios scindere sarculo
Agros: Attalicis conditionibus
Nunq̃ dimoueas: vt trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare.

ET si vix credibile videri põt aliquid pretermissum Ode presertim prima, quod videatur aut necessariũ aut cõmodũ: viris doctissimis: qui nostrũ hactenus Horatium sunt interpretati: & illos in suarum interpretationum vestibulo, vbi diligentia solet & debet maior q̃ in reliquis adhiberi: non omnia executos fuisse & perscrutatos: quæ ad veram auctoris mẽtem ac sententiam pertineant: Tamen, cum & aliquid hoc loco desideraui posse iudicauerĩ: ac cupiã eos potiꝰ imitari: q exparuis initijs ad maiora deueniũt, q̃ qui magna professi opinionem de se conceptã tueri non possint: haud ab re duxi esse: si pro annotatione prima tanq̃ ad rem admodum paruã & annotatu vix dignam ad suprascriptorum versuum ordinem descendero: qui cum satis videri possit adolescentibus presertim: quibus hæc scribũtur & annotantur: difficilis & implicitus: alijs pretermissus, a Mancinello vero mutilatus & (vt ipse sentio) inuerse est traditus, & ad declarandum preterea in eiusdem versibus (quæ secunda erit annotatio) qui sint honores tergemini, quos alij (ni fallor) non videntur intellexisse. Solus enim Landinus ita rem attigit inter duas explodendas (vt sentio) opiniones sententiasq; suas, vt casu quodam & quasi nolens secũdam, quæ optima videtur esse mihi: non secus addiderit, ac si quis non discernẽs diem a nocte dicat aut dies est aut nox. Quod ex eius scriptis latius videri potest. Quo in loco dicet aliquis nimis ĩ alienis fortasse rebus curiosus ac superstitiosus & criticus, ex aliena industria laudem sibi vendicat Bonfinis; quippe qui ea dicit, quæ Mancinellus & Landinus attigere. Cum illud ipsum Mancinello & Landino non ipsi referri debeat acceptum. Ego vero licet is sim, apud quem veritas & ratio longe magis valeant quam quorumuis opiniones, & qui nunq̃ voluerim ex alieno labore laudis mihi aliquid tribuere: in vniuersum tamen nunc prefatum ac dictum velim & in his & alijs nonnullis locis vtilitatis me aliorum potius quam gloriæ meæ studiosum ad aliorũ sententiam adiecturum esse, quæ visa fuerit opportuna in varijs vero aliorum sentẽtijs illi, quæ mihi probabitur astipulaturum: non id quidem, vt videri velim doctissimorum interpretũ iudex & censor, sed vt dubios adolescentum animos ancipitesq; & aliorum, qui mihi fidei aliquid habebunt: doceam, quantum erit ĩ me, & admoneam quam sequi debeant opinionem. Quod non video cur possit aut debeat dari mihi vitio: si paucis in locis fecero: & id quidem meo ipsius stylo meis verbis: cum omnino constet & appareat, quicunq; de re aliqua scripsere post primos illos rerum iuentores: præter admodum pauca quæ ipsi vt recentiores aliorum inuentis addidere & adiecere, eadem dixisse & tradidisse: quę priores dixerant ac tradiderant: nec aliquibus id in locis sed in operibus vniuersis: Et tamen pro suis omnia tradidisse & haberi etiam voluisse, vt exemplo est hoc ipso in loco, de quo agimus: Mancinellus, (vt alios pretermittam) qui in tergeminorum honorum expositione duas protulit sententias, alteram ex Porphyrionis, alteram ex Landini scriptis ad verbum exceptas. Sed his omissis erit ordo. Nunquam dimoueas hunc attalicis cõditionibus, vt nauta pauidus secet mare Myrtoum trabe Cypria: si turba mobilium Quiritium certat tollere scilicet illum ipsum, quem cupis dimouere: tergeminis honoribus. ac rursus repete: Nũquam dimoueas illum gaudentẽ scindere patrios agros sarculo Attalicis conditionibus: vt nauta pauidus secet mare Myrtoum trabe Cypria, si condidit, quicquid vertitur de areis Libycis/horreo proprio. Tergeminos vero honores accipiendos censeo non pro infinitis aut præfectura quęstura & consulatu (vt voluit Acron) non pro plausu populi/quo principes in theatrum excipiebantur (vt voluit Porphyrio/ & Porphyrionem secutus Mancinellus) non pro valde geminatis ac maximis (vt Landinus/ & Landinum secutus Mancinellus) non pro prætura consulatu & dictatura (vt idẽ Landinus) Sed pro omnibus honoribus: qui a turba Quiritium & plebe Romana prouenie bant: ac tergemini ordinis plebei equestris & senatorij hominibus gradatim mandabantur. Quæ quidem sententia fuit media trium (vt dixi) quas tradidit Landinus ita quidem dubie: vt ipsemet ignorare visus fuerit quæ vera sit & probanda. Et tamen/vt aliquid haud dictum alijs & hoc loco dicam (q̃q̃ & id quidem parui erit momenti) Cum certat & certet varie habeant codices: ob id certat legendum esse censeo: ꝙ condidit non condiderit dixit Horatius: cum vtrunq; ad verbum dimoueas sit referendum.

Marginal notes: Manci- nellus. — Landinꝰ. — Respõdet obiectiõi. — Quædã Bonfinis præfatio ĩ vniuersũ opus. — Annotatio i ordĩe versuum. — Annotatio i declaratiõe terge minorũ honorum. — Landinꝰ. — Certat nõ certet legendum.

Annotatio Tertia & Quarta Eadem Ode.

Me doctarum hederę premia frontium
Deis miscent superis: me gelidum nemus
Nympharũq; leues cum Satyris chori
Secernunt populo.

Sentiant (vt libet) hoc in loco, quæcumq; volunt/alij. Equidem nihil arbitror minus voluisse Horatium quam diuinos sibi honores vendicare, seq; deis miscere, ac in prima præsertim Ode arrogantiæ crimẽ subire (ne temeritatis dixerim & insolentię (Vsus est autem diuinus plane poeta eiusmodi verbis (vt mea fert sententia) nõ arrogantie vitio: sed vt apertius & clarius suę mentis conceptum exprimeret. Solent enim, qui rẽ aliquam immodice appetunt: eo dicendi genere frequenter vti: vt si dicat cupidus nimis & iuuenis & amans, si amica potiar: beatus sum: non ꝙ reuera sit: sed ꝙ sibi ipsi beatus videatur. Quale est etiam illud in superioribus, quod in hunc locũ ob id transtulimus: vt eiusdem generis annotationes vno essent loco.

Marginal note: Defendit ab immerita quo/ rũdam calumnia vẽdicati sibi diuini honoris. Horatius

Sunt: quos curriculo puluerem Olympicum
Collegisse iuuat: metaq; feruidis
Euitata rotis: palmaq; nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.

Dicant item & sentiant & hoc in loco, quæ velint, alij. Sensus tamen verus est palmam & victoriam in ludis Olympicis ita quosdam de-

lectare:vt sibi ipsis illi videantur ad deos dominos terrarum gloria ipsa & animorum suorum elatione euecti. Est autem versuum talis ordo. Sunt scilicet aliqui:quos iuuat collegisse pulverem Olympicũ curriculo:& quos meta euitata feruidis rotis & palma nobilis euehit ad deos dominos terrarum:& verbum iuuat semper est repetendũ donec ad carmen in principio annotatum perueneris Hũc si mobiliũ turba Quiritium. In qua periodo dimoueas verbum (vt ordinaui) supplendum est. Quod superuacaneũ fuerat admonuisse:nisi quidam oblati fuissent aliquando mihi viri alioqui non spernendi:qui obstinatissimo affirmare ausi fuerint animo hũc & illum ex iuuat verbo præcedenti dependere (qđ absurdissimum omnino mihi videtur) nõ ex verbo sequenti dimoueas. Dicit igitur Horati⁹ (vt redeam/vnde diuerterem) Hederę prępmia doctarum frontium miscent me deis superis, id est videbor mihi ipsi misceri deis:si hedera fuero coronatus:non id autem:ꝙ reuera sit deis mixtus & deinceps alia, quæ sequuntur. Hanc autem sententiam esse verissimã vltimi Odes versus, quos subijciam, apertissime declarant.

Improbatur quorundam ordo.

Quod si me Lyricis vatibus inseris:
Sublimi feriam vertice sidera.

Id est, videbor mihi ipsi ad cælum vsqꝫ pertingere:si habebis me in numero Lyricorum poetarum. Ostendit enim his versibus ex alieno se ipsum metiri iudicio non suo. Dicerem & hoc ipsum sensisse Landinum:nę debita hominẽ laude fraudarem:nisi apertissime ex eius colligeretur scriptis, si diligenter illa perpendas: se sibi ipsum ea in re (vt in alijs permultis) non constitisse:quam ita modo affirmauit: modo negauit, vt neutratum illum fuisse partium non immerito dicas. Cum discernere non possis quid senserit aut affirmauerit.

Landinus texatur.

Annotatio Quinta   Eadem Ode.

Si neqꝫ tibias
Euterpe cohibet:neue Polhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.

Decreueram equidem locum hunc non attingere:vtpote qui bene (vt mea fert sententia) haberet. Sed, quoniam multi sunt codices: qui habent neqꝫ Polhymnia pro neue:illud obiter annotandum duxi. versum claudicare:si legam⁹ neqꝫ. cuius dictionis prior syllaba æque ac posterior breuis est. Nam, cum cõstet (vt aliqui volũt) ex Spondeo Dactylo cęsura & duobus Dactylis, hoc modo. Euter, pe cohi, bet, neqꝫ po, lhymnia:siue (vt alij) ex Spondeo duobus Choriambis & Pyrrhichio, vt: Euter, pe cohibet, neqꝫ, polhy, mnia:vtrobiqꝫ breuis esset syllaba ꝑ lõga, nisi forte velit quispiam si priore modo scãdatur:affirmare consuesse id fieri:vt breuis syllaba, si pricipium sit pedis:producatur:præsertim si finalis sit dictionis: quale (vt exemplo saltem vno nitamur) est illud in quarto Aeneid. Pectoribus inhians spirantia consulit exta. Et alia permulta. Prout & nos quoqꝫ in nostro grammatices compendio quindecĩ abhinc annis edito abũde docuimus ac ostendimus. Sed quoniam syllaba, de qua agimus:non est finalis dictionis: (q̃q̃ mediæ quoqꝫ syllabe eandem fere vim habet & naturã:vt Ouidius in sexto. Metamorphoseos. Vitamqꝫ fatebor
Accepisse mihi:vitam dederitis in vndis.)
Tutius esse duco, vt neue legamus, q̃ vt eiusmodi sequamur abusus. Eam autem syllabam esse longã satis erit probare ex versu sequẽtis Odes:

Breuis syllaba si pricipium sit pedis:produci soli/ta:presertim si sit finalis.

Id e vsu⁹ i medijs.

Neue legendũ ꝑ neqꝫ.

quem subijciam:& qui Trocheum habet ĩ sede prima. Neue te nostris vitijs iniquum.

Sed illud quoqꝫ non prætermittendum duxi, vt tester eo tempore, quo has Odas publice iterpretabar, hoc est quintodecimo abhinc (& alias dixi) anno, Antonium Benicasam Anconitanum optimi virum iudicij maximę experientiæ & non mediocris eruditionis ostendisse mihi codicem:qui haberet. Nec Polyhymnia. Quæ quidem lectio q̃q̃ non displicuit:quia tamen meus & alij permulti codices Neue habent:& id quidem recte:vt sum ipse quidem ratus:nihil immutandum tunc duxi:nunc autem, cum vtraqꝫ recta sit lectio: liberum omnibus relinquendum vtram probare malint.

Antoni⁹ Benicasa. Anconitanus.

Annotatio Sexta   Ode Secunda.

Tandem venias precamur
Nube candenti humeros amictus
Augur Apollo.

Sic habent omnes fere codices: quos videre mihi contigit:& sic omnes affirmant legendum esse interpretes. Nec ipse quidem inficias eo sic posse legi. Cum sępissime vsurpatum id sit auctoribus vt vocalem sequente vocali non abijciendam locent. vt Virgilius in Buccolicis.
Ipsum etiam lauri etiam fleuerę miricę.
Et Idem in primo Aeneidos.
Posthabita coluisse Samo, hic illius arma
Hic currus fuit.
Verũ longe mihi magis probatur:vt nõ cãdenti nube, sed Cãdẽteis humeros legamus, ad euitãdam vocalium collisionẽ earum priore (vt poetarum mos est) non elisa. In quo eis syllaba non aduersabitur:vtpote quæ in accusandi casu diphthongo sit longa numero multitudinis.

Cãdẽteis humeros pro cãdẽti nube.

Annotatio Septima   Ode Quarta.

Soluitur acris hyẽs grata vice veris & Fauoni:
Trahuntqꝫ siccas machinæ carinas.

Et si omnes, quos videre mihi contigit: sic habent codices:& omnes eo pacto legunt interpretes:tamen, quia cuncti eiusdem Odes secundi versus in prima sede, q̃q̃ Iambici sunt, Spondęum habent:quem recipere possunt locis tantum imparibus primo scilicet tertio & quinto: ducunt pro trahunt reponendum censeo: vt sit ducunt pro deducunt. Cũ præsertim/quicunqꝫ latine sunt locuti ac proprie:deducere & subducere naues dixerint:vt Virgilius in primo.
Vrbẽ quam statuo, vestra est, subducite naues.
Et in quarto Idem.
Tum vero Teucri incumbunt:& littore celsas
Deducunt toto naues:natat vncta carina.

Ducũt ꝑ trahunt legendum.

Annotatio Octaua.   Eadem Ode.

Iam te premet nox fabuleqꝫ & manes:

Sic habent multi codices: permulti vero alij famulæqꝫ manes. Mihi vero prior lectio ob id non probatur:ꝙ (vt alias rationes omittam) versus non staret:qui haberet in sede penultima Spondęum pro Trochęo:quorum temporum ratio est diuersa. Posterior vero:ꝙ fabulę & manes substantiua sunt nomina: & eorum vtrunqꝫ copulam requirit: Nec latine locutus videretur Horatius ea, prætermissa nisi per appositionem. Cuius rei infinita sunt exempla ita tamen, vt sequentes versus incipiat a vocali vt in primo Virgilius.
Et quo sub cælo tandem quibus orbis in oris
Iactemur doceas. ignari hominumqꝫ locorumqꝫ
Erramus vento huc vastis & fluctibus acti.
Itaqꝫ dicendũ fuisset Horatio fabulęqꝫ manesqꝫ. cũ (vt dixi) sequatur versus a vocali incipiens
Et domus exilis Plutonia.

Fabulęqꝫ manesqꝫ.

Fabulę appositio manes incōgrue. Quid sit appositio. Fabuleq; ianes legendū.

Quam lectionem ipse quidem non improbarē: nisi melior visa fuisset: quam in huius annotationis fine subijciam. Ad hæc, si fabulę appositiue manes legamus: absurda (ni fallor) videri poterit appositio: Cum fabulæ non sint manes: immo potius manes sint fabulæ: & appositio ipsa sit declaratio quędam præcedentis non subsequentis nominis: ad quod refertur: vt virtus bonorum præsidium. i. quæ bonorū est præsidium Et propterea (vt dicam tandem: quod sentio) fabuleq; inanes legēdum affirmo: & ita scriptum iurarim reliquisse Flaccum & impressorum imperitia ac negligentia ex duabus literis i & n factam esse vnam m. Quod quidem ipsum (vt alias rationes omittam) videtur etiam sensisse Virgilius in sexto Aeneidos: cum dixit

Perq; domos ditis vacuas & inania regna.

Annotatio Nona Ode Sexta.

Scriberis vario fortis & hostium
Victor mœonij carminis alite:
Quam rem cūq; ferox nauibus aut equis
Miles te duce gesserit.

In his versibus etsi non minus superfluum videri potest aliquid me dicere tanq̄ in re, que videri potest clarissima & apertissima: q̄ temerariū: vbi clarissimi interpretes suam quisq; sententiam dixerunt: Tamen, quia nullus extitit hactenus: qui ea mihi in re satisfecerit: & veri simile duco fieri posse: vt permulti alij me sint opinionis: videri poterit (ni fallor) non ab re: si ad ordinationem quoq; eorum carminum & hoc in loco descenderimus: & nostram cum aliorum sententijs contulerimus: Periodi huius igitur, que solis quatuor his versibus clauditur: quos supra scripsi: nec, quantum ad ordinem pertinet: commune habet aliquid cū sequentibus (vt quidā, quorum videri possunt scripta voluerūt) ordo talis erit. O Agrippa scriberis vario fortis & victor hostium alite Mœonij carminis: quācunq; rem ferox miles nauibus aut equis gesserit te duce, id est erit hoc varij Poetæ onus & prouīcia: vt te laudet alite Mœonij carminis & appellet fortem & hostium victorem: quācunq; rem exercitus gesserit te duce nauibus aut equis. Qui quidem ordo quo explicatior & apertior videri potest: eo miror magis clarissimos tot interpretes tantum putasse illic esse difficultatis & laboris & rem ipsā obscuriorem potius & implicitam q̄ apertiorem interpretatione sua reddidisse. Est enim vsitatissimus hic loquendi modus.

Annotatio ī ordine.

Quicquid egerit exercitus te duce: tu vel honorem vel infamiam assequeris: id est adscribentur tibi quæcunq; exercitus egerit te duce.

Quale est Horatianum quoq; illud epistola secunda,

Quicquid delirant reges: plectuntur Achiui.

Et illud eiusdem sermone Sexto Primi libri.

Nō quia Mecœnas, Lydorū quicqd Ethruscos
Incoluit fines: nemo generosior est te.

Et alia eiusmodi multa: quę in auctoribus optimis deprehendet: si quis in illorum lectione fuerit paulo attentior.

Annotatio Decima. Ode Septima.

Sunt: quib⁹ vnū opus est intactę Palladis vrbē
Carmine perpetuo celebrare: &
Vndiq; decerptam fronti præponere oliuam.

Dicā & hoc loco qui mihi placeat ordo, cum suus cuiq; sit palatus: contra aliorum non solum ordinē sed & sententiam. Is igitur talis est. Sunt scilicet aliqui: quib⁹ est vnum opus celebrare perpetuo carmine vrbem intactę Palladis: & preponere alijs scilicet arboribus & rebus oliuam vndiq; decerptam. i. oliuę laudes vndiq; collectas fronti, i. ad frontis decus & honorem: ea enim victores coronabantur. Nam, esto vt frontem pro capite accipiamus: & possit pars pro toto accipi: imponere tamen vel apponere dicemus coronam non pręponere (vt alij voluerunt.)

Annotatio ī ordine & sententia.

Imponere & apponere coronā capiti nō p̄ponere

Annotatio Vndecima Ode Octaua.

Lydia dic per omnes
Te deos oro: Sybarim cur properas amando
Perdere?

Exponit Mancinellus amando actiue hic & passiue posse accipi. i. dum amas vel amaris Landinum (vt arbitror) in expositionibus imitatus: cum pro more suo exponit aut, hoc est aut illud. Ego vero ita sentio: vt, quicunq; eiusdem Odes verba recte pensitauerit & intellexerit amando sit actiue omnino accepturus: nullo autem modo passiue: & Lydiam ipsam vehementi p̄secutam amore Sybarim intelligat: fuisseq; illum perditurum ob id ipsum: q eū apud se retineret ad explendam libidinem suam: non q Sybaris illa amori aduersaretur: vt nostrę tempestatis scorta faciunt: quę quantum ad amorem pertinet & libidinem: adolescentes & iuuenes exquirūt pulcherrimos & Veneris potentissimos ac simplices & Tyrones: vt facilius irretire illos queant. Quod vbi sunt suis blanditijs & illecebris consecutę: eousq; miseros apud se captiuos retinent donec penitus iuuentę illorum florem & omnē succum emunxerint & expresserint: ac postea emittunt pallidos macilentos effœtos enerues molles & omnis deniq; virtutis & fortitudinis expertes. Sed, si quos ex eo genere sortiūtur prę ter formam etiam diuites: post exactam adolescē tiam Patrimonijs quoq; exhaustos vel mendicatum vel, si id puduerit, furatū & demū se perditum ire compellunt. Et propterea dixit Horatius perdere amando. quod potius dicendū fuerat odio habendo. Id autem apertissime demonstrant vltimi Odes, quos subijciam: versus.

Amādo actiue nō passiue accipiendum.

In scorta: Adolescentiū perniciē.

Quid latet: vt marinæ
Filium dicunt Therydis sub lachrymosa Troiæ
Funera, ne virilis
Cultus in cędem & Lycias proriperet cateruas.

Annotatio Duodecima Ode Nona.

Dissolue frigus ligna super foco
Large reponens: atq; benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Taliarche merum Dyota.

Exponit Acron & id quidem (vt reor) non recte: benignius id est remissius: cum liberalius & abundantius exponi debeat, non remissius & parcius: quod maxime abhorret a mente & voluntate auctoris: si verba cętera penses: & recte intelligas. Dicimus enim aliquem relaxare animum, cum libere alicui rei indulget: remittere vero, cum volumus affectum animi huic contrarium ostendere.

Benignius libera li⁹ nō remissius.

Relaxare & remittere animum

Annotatio Tertiadecima Ode. XII.

Dicam & Alciden puerosq; Ledę
Hunc equis illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Sydera fulgent:
Defluit saxis agitatus humor:
Concidunt venti: fugiuntq; nubes,
Et minax, q sic voluere: ponto
Vnda recumbit.

Acron & Landinus intelligunt hæc dicta de tempore veris: quo Castoris & Pollucis sydera oriuntur. Mihi vero, vt hoc displicet maxime: ita illud probatur: vt intelligamus defluere saxis agitatum humorem, ventos concidere, nu

Trāquillitas post tēpestatem de

bes fugere,& vndam ponto recumbere non ve ris tempore:sed quoties benigna illorum sydera nautis tempestate iactatis apparent:& saxa præterea pro scopulis non pro montibus accipiamus:vt aliqui voluere,

scribitur nõ tẽpus veris.

Annotatio Quartadecima Eadem Ode.

Romulum post hos prius an quietum
Pompili regnum memorem an superbos
Tarquini fasces dubito an Catonis
Nobile letum.

Dicant alij,quas volunt:ineptias de fascibus Tarquinij Prisci regis Romanorum: Equidem pro re certissima teneo Horatium nihil minus q̃ de eo hac Ode nobilitando ac laudando cogitasse:cui satis fuerat duos primos reges laudasse. Verum fasces superbos, id est nobiles posuisse pro Iunij Bruti consulatu:quem silentio præterisse ingratum videri potuisset & impium. Dixit autem Tarquinij fasces:quia Tarquinio illos ademerat. Cui quidem sententiæ meæ astipulari visus est Virgilius in sexto Aeneidos,cum dixit Animamq; superbam Vltoris Bruti fascesq; videre receptos. Qui quidem ob id quoq; videri poterant superbi & nobiles:ꝙ auctore Liuio solus illos Brutus habuit cõcedente collega ,cũ non posset vterq; consul habere: ne duplicatus terror videretur:& ex vno rege duo creati : qui regia haberent insignia.

Superbi fasces Tarqnij ꝓ Iunij Bruti cõsulatu.

Annotatio Quintadecima Eadem Ode.

Ille,seu Parthos latio imminentes
Egerit iusto domitos triumpho,
Siue subiectos orientis oris
Seras & Indos,
Te minor latum reget æquus orbem:
Tu graui curru quaties Olympum:
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

In his versibus duo sunt: quæ annotatione digna iudicauimus. Alterum,ꝙ cum exposuerint alij egerit,id est subegerit:facere non possumus,quin affirmemus id nobis minime probari : quandoquidem ad declarandum illos fuisse subiectos satis fuerat dixisse , iusto domitos triumpho: cum præsertim non Augustus sed Ventidius Bassus Asculanus contemporaneus meus eos subegerit: & de illis domitis ac subactis triumphauerit : & id ipsum non Augusti sed Antonij iussu: vt Plutarchus in Antonio refert. Verum,quoniam de Parthis Tranquill9 in Augusto hec refert. Parthi quoq; & Armeniam vendicanti facile cesserunt:& signa militaria , quæ Marco Crasso & Marco Antonio ademerant : reposcenti reddiderunt: obsidesq; insuper obtulerunt: denıq; pluribus quondam de regno concertantibus non nisi ab ipso electum comprobauerunt. Exponendum arbitror egerit,id est rexerit,& a Ventidio domitos sub imperio tanq̃ pastor oues habuerit. nisi velis intelligere Augustum ipsum fecisse: quod Antonij collegæ iussu factum est: & tunc magis placebit exponi egerit,id est ante currum,dum Ventidi9 triumpharet,duxerit. Alterum vero , quod annotandum duxerim,hoc est, vt regat quatias & mittas,pro reget quaties & mittes(vt alij voluerunt)legamus & reponamus. Erit autem ordo. Ille scilicet Augustus te minor æquus regat latum orbem:Tu graui curru quatias Olympũ. Tu mittas inimica fulmina parum castis lucis siue terris(vt alij legunt).seu egerit scilicet Augustus Parthos imminentes latio domitos iusto triũpho:siue scilicet egerit Seras & Indos subiectos oris orientis.

Ventidi9 Bassus. Asculanus.

plutarchus in Antonio

Trãquillus in augusto.

Egerit ꝓ rexerit.

Egerit.i. añ currũ duxerit.

Regat quatias & mittas ꝓ reget quaties & : mittes.

Ordo.

Annotatio Sextadecima Ode.XIIII.

O nauis referent in mare te noui
Fluctus:o quid agis:fortiter occupa
Portum:non vides vt
Nudum remigio latus?

Hac Ode præter illud ipsum,ꝙ in tertio versu nisi addas ne post non: quod i omnibus,quos vidi:deest exemplaribus:vt sit non ne vides: neq; stabit versus:neq; latina erit locutio:& eiusdem sunt Odes versus nonnulli in multis codicibus inuersi & perperam impressi , prout aliarum multarum: quorum mensuram , quicunq; volet:paruo poterit labore assequi,& ea adhibita versus ipsos in ordinem ac numerum redigere illud interim non prætermittendum duxi:vt affirmem tum alijs permultis rationibus placere mihi Ode ipsa Sextum Pompeium signari, & non Brutum(vt Porphirio & Mancinellus voluere):cum ea vel maxime:ꝙ(vt Appianus refert libro quinto)Sextus Pompeius Neptumni se filium vocitari passus sit:& chlamydem imperatoriam in Neptumni morem ex purpureo in cęruleum mutauerit colorem:& propterea iactes genus & nomen inutile dixit,& alia Quod quidem confirmat Ode.ix.in Epodo carmine ipsemet Horatius cum dicit.

Sex. põpeius signat nõ Brutus. appian9 de Sexto põpeio.

Vt nuper actus cum freto Neptũnius.
Dux fugit vstis nauibus.

Quo loco interpretes omnes de Sexto Pompeio intelligunt,& solus Porphyrio dicit appellatum ducem Neptũnium;quia Neptũni se filiũ appellari voluerat.

Annotatio Decimaseptima Eadem Ode.

Non pictis timidus nauita puppibus
Fidit:tu nisi ventis
Debes ludibrium:caue.

Acron hos versus ita exponit:Tu nisi caue pro caueas:debes ludibrium ventis.quod tam absurdum videtur:q̃ quod absurdissimum. erit autem ordo & sensus.Tu caue,nisi debes ludibriũ ventis . id est nisi ita statutum est: vt ventorum sis ludibrium.

Ver9 ordo & sẽsus.

Annotatio Decimaoctaua Ode.XIX.

Vrit me Glycerę nitor
Splendentis pario marmore purius:
Vrit grata proteruitas
Et vultus nimium lubricus aspici.

Mea quidem sententia,q̃q̃ cæteri aliter sentiunt:vult ostendere Flaccus noster tantam fuisse gratiam & Venerem vultus Glycerę nitoremq; : vt nemo posset firma oculorum acie illum aspicere & intueri:sed cogeretur statim oculos demittere & illo hebetari:vt solem aspicientibus accidit.& propterea lubricum dixit vultum:in quo aspiciendo nemo posset fixam oculorum aciem tenere : quod in Augusto Cæsare contigit,vt Suetonius refert de oculorum illius splendore & acie,

Vult9 lubricus aspici.

Annotatio Decimanona Ode.XXVI.

Musis amicus tristitiam & metus
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventis,quis sub Arcto
Rex gelidę metuatur orę:
Quid Tiridatem terreat vnice:
Securus.

Acron & Landinus legunt & interpretãtur quis pro quibus ventis: mihi vero id preter alias rationes ea vel maxime absurdum videtur : ꝙ venti Aeolum habent regem:nec alius est quę rendus: qui sit illis metuẽdus , preter proprium regem.Et propterea legendum arbitror , & in-

Quis nominandi casus. Gelidæ oræ dādi casus.

terpretandum quis rex, vt vtraq; dictio nominādi sit casus. Est autem ordo. Ego musis amicus securus quis Rex metuatur gelidæ oræ. vt gelidæ oræ sit dandi casus non gignandi: id est quem regem gelida ora metuat, & quid vnice terreat Tyridatem: tradam tristitiam & metus proteruus ventis portare: id est ad portandū in mare Creticum. In fine autem quarti versus & copulā reponendam censeo, quæ superiora sequentibus coniungat. vt sit rex gelidæ metuatur oræ: & quid Tyridatem terreat.

Et copula in fine quarti versus reponēda

Annotatio vigesima. Ode. XXVIII.

Occidit & Pelopis genitor conuiua deorum
Tithonusq; remotus in auras.

Q̄q̄ nullus interpres hac de re facit mentionem, ego tamen existimo ob id Horatium scripsisse Tithonū remotū in auras, q̄ fabulātur illū in Cicadam versum.

Tithonꝰ ī Cicadā versus.

Annotatio vigesimaprima. Ode. XXXV.

Vtcunq; mutata potentes
Veste domos inimica linquis:
At vulgus infidum & meretrix retro
Periura cedit.

In his versibus Et pro At reponendū censeo vt sit & vulgus & meretrix. Nā vnius periodi sunt carmina: nec Latina loquendi ratio amat eo in loco At poni: in quo Et geminatum q̄ aptissime ponetur.

Et ꝓ At reponēda

Annotatio vigesimasecunda Eadem Ode.

O vtinam noua
Incude diffingas retusum in
Massagetas Arabesq; ferrum.

In his versibus interpretandis dicit Landinus Thamyrim reginam Cyri caput in vtrem auro liquefacto seu fuso repletum mersisse, & ad id citat Herodotum. Is autem sanguine repletū fuisse dicit non auro.

Herodotus vtrē sanguine nō auro repletum dicit

MATTHAEI BONFINIS ANNOTATIONES in Librū secundū.

Annotatio. xxiij. Ode Prima. ij. Libri.

Motum ex Metello consule ciuicum
Belliq; causas & vitia & modos
Ludumq; fortunæ grauesq;
Principum amicitias & arma
Nondum expiatis vncta cruoribus
Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas: & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Omnes, qui hactenus hanc Oden interpretati sunt: mea quidem sententia seorsum a veritate & auctoris mente iuerunt: cū Metelli consulis collega quis fuerit exprimere voluerunt & quod bellorum ciuilium principum. Nam alij alium tradiderunt. nec veritatem sunt assequuti. Quod equidē non satis admirari possum, quum id apertissime Sallustius non ignobilis alioqui rerum scriptor in iugurtha tradiderit, cuius hæc sunt verba. Post Auli fœdus exercitusq; nostri fugam fœdam: Quintus Metellus, & Marcus Syllanus consules designati prouincias inter se ꝑtiuerant: Metello Numidia obuenit. in eā igitur (vt idem auctor est Sallustius) Metellus ꝑfectus, exercitu ad pristinam ac veterem militaris disciplinæ normam redacto Romanam rem contra iugurtham prospere gessit: cui, quum finem bello impositurus videretur Caius Marius ab eo Romam missus ad alia negocia, consul factus successit, illiusq; bene gestarum rerum gloriam sibi vendicauit, quod Metellus iniquissimo tulit animo: & graues ob id quum Mario inimicitias exercuit. Sed eandem Marius rerum vicissitudinem expertus est. Nam quum Syllam in ea prouincia quæstorem habuisset: finemque bello eius potissime opera imposuisset: triumphauit quidem ipse de iugurtha, eius tamen triumphi gloriam Syllæ: qui iugurtham captiuum ad Marium adduxerat, populus Romanus tribuit, qua ex re ciuilia inter eos bella: & postea inter Cæsarem & Pompeium, & alios gesta sunt, sed ea initium ex Metello traxere, & propterea dixit Horatius motum ex Metello consule ciuicum.

Sallustiꝰ in iugurtha. Q. Metellus & Marcus Syllanus consules. Numidia prouincia Metello obuenit. Marius. Metello gloriam adimit. Sylla Marij gloriā sibi vendicat.

Annotatio. xxiiij. Eadem ode.

Sed quantum ad Landinum pertinet: parum is proxima annotatione mihi admirationis attulisset, vbi cum viris eruditissimis in communem errorem lapsus est: nisi & in alium maiorem ac sibi proprium & peculiarem decidisset. affirmat enim & id quidem longa verborum pompa: Horatium velle hac ode Pollionē a describenda historia deterrere & dehortari, quod longe alienū esse a mente auctoris ex eius ipsius: quos subijciam, versibus liquet.

Lādini ridicula.

Paulum seruare musa tragœdiæ
Absit theatris: mox vbi publicas
Res ordinaris: grande munus
Cecropio repetes cothurno.

Annotatio. xxv. ode secunda.

Nullus argento color est auaris
Abdito terris inimice lamnæ
Crispe Salusti: nisi temperato
Splendeat vsu.

Exponit hoc loco Landinus noster explodēdas penitus ineptias & ridicula: prout alijs permultis: quos emendare vniuersos viri esset nimium ociosi. Exponit inquam nullus color est auaris: id est nimium cupidis inimicæ lamnæ: ita vt colorem non ad argentum (vt debet) Sed ad auaros iubeat referri: quod puerile admodum videtur, & inimicæ gignendi affirmet esse casus non vocandi. quod si fiat: versus non stabit: quippe qui in sede penultima Spondæum habebit ꝓ Trochæo. Sed omissis hominis nugis erit sensus & ordo, o Crispe Salusti inimice lamnæ, id est liberalis & spernens argentum: nullus color est argento abdito auaris terris: nisi splendeat tēperato vsu. Dixit autem auaris terris ob id: q̄ terræ reconditos habent thesauros & occultos.

Lādini ridicula. Sensꝰ & ordo. Auaræ terræ.

Annotatio. xxvi. Eadem ode.

Redditum Cyri solio Phraatem.
Dissidens plebi numero beatum
Eximit virtus.

Q̄q̄ hoc in loco variæ sunt opiniones: & multi inter alia exponunt virtus beatum pro beatorum ac ita ordinant, virtus dissidens plebi eximit Phraatem redditum solio Cyri numero beatum pro beatorum, & non patitur esse in numero eorum quos plebs beatos appellat: Tamen id non procedere & conuenire ex ipsius auctoris, quæ sequuntur verbis liquebit.

Beatū ꝓ beatorū nō recte.

Populumq; falsis
Dedocet vti
Vocibus, regnum & diadema tutum
Deferens vni propriamq; Laurum:
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

Nam Phraatis exemplo discit populus recta sentire & appellare beatos nō diuites auaros (vt consueuit) sed homines liberales & virtute præditos. Et propterea mihi probatur: vt beatū accusandi sit casus singularis numeri: & sit ordo virtus dissidens plebi: idē a plebe dissentiens eximit

Virtus eximit

Phraatē beatum numero, Phraatem beatum redditum solio Cyri numero.idest e numero & grege: quasi dicat facit illum egregium & singularem, nec patitur esse in numero idest in turba & multitudine & grege.

Annotatio vigesimaseptima. Ode. XI.

Eburna dic age cum lyra
Maturet in comptum Lacenæ
More comam religata nodum.

Exponit Acron incomptum nodum. idest incompositum, sunt item qui dicant & exponant: religata nodum incomptum appositiue comam. Vtraq; satis quidem inepta & absona (vt mihi videtur) expositio. Placet autem sic ordinari: dic age eburnea cum lyra Lyde religata comam. id est habens comam religatam in nodum comptū more Lacenę, scilicet mulieris: maturet scilicet ad me venire. Est enim mulier eo pacto religata comā plerumq; gratior (vt aiunt) & magis delectans & iucunda.

Religata Comam in nodū comptū more Lacenæ.

Annotatio Vigesimaoctaua. Ode. XIIII.

Absumet hæres cecuba dignior
Seruata centum clauibus & mero
Tinget pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis.

In huius quoq; Odes interpretatione omnes (vt mea fert sententia) interpretes hallucinati sūt & diuersi ab auctoris mente fuerunt affirmātes hęredem vina prętiosa sparsurum & effusurum quod sanę quidem mentis nemo faceret. Equidē sic sentio Horatium nostrum autvoluisse innuere hæredem ipsum prodigum ita vina sine modo sine temperamento non bibiturum solum: sed plane etiam ingurgitaturum: vt cogatur illa vomere in pauimentum. quod significauit Satyra sexta Iuuenalis: quum dixit.

Duplex expositio

Marmoribus riui properant, aut lata Falerno
Peluis olet.

Iuuenalis

Aut morem hic antiquorum tangere: vt bibētes in scyphis vini semper aliquid relinquerent: quod in pauimentum abijcerent, vt nostris quoq; temporibus facere permulti consueuerunt: & propterea tinget dixit pauimentum. de quo more Cicero in fine primi libri Tusculanarum quæstionum: & Plinius libro quartodecimo capite vltimo fecere mentionem.

Antiqu9 mos qevino in scyphis a bibentibus reliquendo, Cicero, plinius.

Annotatio Vigesimanona. Ode. XV.

Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant oppida publico
Sumptu iubentes & deorum
Templa nouo decorare saxo:

Hoc in loco illud annotandum duxi: rectam loquendi rationem exigere (q̄q̄ alij aliter sentiunt) vt in ordinandis versibus suppleas homines aut aliud simile, vt sit, nec leges iubentes supple homines in accusandi casu decorare oppida & templa deorum nouo saxo publico sumptu: sinebant supple iterum homines spernere fortuitum cespitem. idest dignum reputare: in q̄ sederent voluptatis gratia. alias sperni & decorari erat dicendum.

Accusandi casus, supplendus.

Annotatio Trigesima. Ode. XVI.

Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa? quid terras alio callentes
Sole mutamus? patriæ quis exul
Se quoq; fugit?

Hoc in loco: q̄q̄ alij aliter sentiunt: hunc tamen arbitror Horatij fuisse sensum, quis tantæ est dementiæ, vt quum patriam quæstus causa deseruerit: & patriæ se fecerit voluntarium exulem, velit seipsum quoq; fugere & ea non præstare quę debet: ac a seipso alienus esse? Sumus enim a nobis alieni & nos ipsos fugimus, Quum ea cupimus & quærimus, quæ non debemus: & quę sunt nostrarum non sunt partium. Debemus autem viuere paruo contenti, & non appetere plura q̄ ferat mortalium conditio.

Quomodo qs se fugiat qn̄ homines a se alieni.

Debem9 viuere pauo cōtēti

MATTHAEI BONFINIS ASCVLANI ANNOTATIONES IN TERTIVM ODARVM LIBRVM.

Annotatio, XXXI. Ode Prima. III. Libri.

Contracta pisces æquora sentiunt
Iactis in altum mollibus: huc frequens
Cęmenta demittit redemptor
Cum famulis dominusq; terræ Fastidiosus.

Omnes fere dicunt redemptorem eum esse, qui suis fabricat sumptibus pacta mercede: adduntq; aliqui redemptorem illum ideo vocari, q a primo emptore videatur id redimere: quod conducit ædificandum. Mihi vero id minime placet, nam si ea ipsa velimus ratione inniti, dominus potius q̄ alius quispiam designatur esse redemptor: qui Quum soluit architecto mercedē. rem suam videtur redimere architecto traditam obligatāq;: donec ille operis mercedē sit assecutus: qui enim conducit ædificandum, emere videtur potius q̄ redimere. itaq; si recte volumus hoc loco interpretari qua ratione appellauerit Horatius redemptorem (siue architectum siue dominum eum esse voluerit) ea erit vel potissima: q occupatam fluctibus terram & ademptam a mari ipso non ab alio quopiam videatur redimere.

Qui sit redemptor terræ.

Annotatio. XXXII. Ode Scd'a. III. Libri.

Angustam amice pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat, & Partos feroces
Vexet eques metuendus hasta.

Omnes codices in tertio versu & copulam habent, ita vt videatur Horatius admonere amicos, docendos esse pueros pati pauperiem acri militia: & vexare Parthos feroces, & deinceps alia: mihi vero id procedere nō videtur: vt intelligamus pueros condiscere vexare Parthos tanquā iam tum illi ad id in castris contra Parthos sint habendi. quum puer non possit esse metuendus eques. Et propterea vt pro & reponendum censeo: Et erit sensus: Docendos esse robustos pueros pati pauperiem acri militia et pati omnia fortia: vt ita assueti aduenientе postmodum maturo tempore et ætate vexent Parthos feroces et alia: quæ sequuntur: quod ita esse sequentes odes versus apertissime declarant: quos breuitatis causa non duximus subijciendos.

Vt p & reponenda. Sēsus verus & rectus.

Annotatio trigesimatertia. Ode tertia.

Nostrisq; ductum seditionibus
Bellum resedit, protinus et grauis
Iras et inuisum nepotem:
Troica quem peperit sacerdos
Marti redonabo.

Exponit Acron troicam sacerdotem, idest troianam: et ad id Virgilium citat dicentem in primo æneidos.

Donec regina sacerdos.
Marte grauis geminā partu dabit Ilia prolē.

Ego vero etiam si fateri velim illā fuisse Troianam: quod nego potius, facere tamen non possum quin affirmem carmen illud extra rem omnino adductum. in quo nulla de Troia fit mentio: et propterea sapientius vel (vt verius dicam) prudentius reliqui facere visi sunt interpretes: qui tacendum esse potius duxerunt q̄ ea dicenda: quæ suis non constarent viribus. Mea vero hæc est sententia: Vt troicam sacerdotē appellauerit Iliam, q̄q̄ a Troianis illam æque ac

Troica sacerdos pro Troiana non recte ilia

Troica sacerdos quare

dicta sit Ilia Ouidius in amoribus.

alios Romanos originem traxisse dicere possumus: vt Ouidius in amoribus Elegia Quinta tertij libri. Ilia ab idæo Laomedonte genus.)

Vestales virgines.

Quæ deæ Vestæ sacris præesset ex Troia allatis: a qua dea vestales dictæ virgines & sacerdotes quarum in numero fuit Ilia a Marte compressa.

Annotatio Trigesimaquarta. Ode Quarta.

Descende cælo: & dic age Tibia
Regina longum Calliope melos,
Seu voce mauis nunc acuta,
Seu fidibus Cithara ve Phœbi.

Acronis ordo non rectus.

Hos versus Acron ita ordinat. o Tibia descende de cælo, & deinceps alia quæ sequuntur. Quod quidem mihi tam absurdũ videtur, vt pro re certissima tenendum ducam impressorum id culpa factum esse potius: quam quod interpretum id quispiam senserit ac reliquerit interpretatum. Est autem verus & rectus ordo. O Calliope appositiue regina descende cælo: & age dic longum melos siue Tibia, siue mauis voce nunc acuta seu fidibus citharave Phœbi.

Rectus ordo & verus.

Annotatio Trigesimaquinta. Eadem Ode.

Audire & videor pios
Errare per lucos.

Acronis sensus et ordo nõ rectus.

Acron non audire quidem legit sed audiri: quod minime placet: atque ita ordinat: videor audiri & videor errare per pios lucos: id est videtur mihi audire cantus vestros: & alias deinceps ineptias Quo quidem loco non tam ordo auctoris volũtati minime congruens & multum contrarius admirationis mihi plurimum attulit, quam quod latinissima auctoris verba & lepidissime apposita & contexta ineptissime (ne dicam Barbare) exposuerit. Latina enim loquendi ratio exigit, vt dicamus videor audire: videris recte sentire & eiusmodi alia: si ostendere velim me esse qui audiam, & te qui sentias: non autem videtur mihi audire, videtur tibi recte sentire. Nam si secus fiat: verbum illud videtur vtrobique ad tertiam referetur personam non ad primam & secundam eaque locutione ostendere erit: alium quempiam esse, qui audiat & sentiat: non meipsum & te. Eiusdem etiam naturæ est verbum dicor & alia similia vt diceris esse doctus non autem dicitur te esse doctum & id genus cętera. Erit igitur ordo: videor audire pios. i. deos & musas ipsas (nam p deis & musis pios nominauit: quod sensit etiam Porphyrio/ errare per lucos. non autẽ audiri. quod voluntati auctoris aduersatur, vt dixi.

Latina loquẽdi rõ in verbo videor et alijs similibus.

Dicor et videor eiusdẽ naturæ, Verus ordo et sensus

Annotatio Trigesimasexta. Ode VIII.

Hic dies anno redeunte festus
Corticem astrictum pice dimouebit
Amphoræ fumum bibere institutæ
Consule Tullo.

Ver9 ordo et sensus.

In his versibus ordo talis erit & sensus, Hic dies festus Calendarum scilicet Martij dimouebit anno redeunte. i. singulis annis statisque dieb9 corticem astrictum pice amphoræ institutæ bibere fumum. idest vt biberet. consule Tullo, vt sit amphorę gignendi casus, & dicamus corticem amphoræ: contra illorum sententiam. qui dicunt dimouebit fumum cortici, affirmantes accusandi casum pro datiuo positum: & eos, qui dicunt fumum pro fumeum. scilicet corticem: & illos denique qui exponũt fumum pro fauillã fumi: nam sine dubio fumum refertur ad infinitum illud bibere: & non ad verbum dimouebit. quod sensit etiam Mancinellus. Qua in re illud quoque occurrit admiratione dignum: quod cum nostris tẽporibus in cellis vinarijs: & illis quidem subterraneis & in septentrionem potius quam in alias partes vergi iussis. vt magis frigidæ sint & recentes: vina seruentur: & si aliter fiat: seruari non possint voluetur quidem id dictum a Flacco: quod fumo vina veterascerent, & ad fumum (vt alij volunt) amphorarum cortices & operimenta durescerẽt Quæ deliramenta mihi & ridicula videntur esse potius quam interpretationes. Equidem sentio voluisse Horatium significare amphoram ipsam vetustate preciosam fuisse & a Tullij vsque consulatu bibisse & concepisse fumum, idest potentiam ipsam & vim. Nam vina, quo veterascunt magis, eo fumosiora fiunt & magis potentia, aut fumum pro puluere accepisse: obducuntur enim puluere & situ amphoræ & id genus alia. quæ diu non moueantur.

Non rectus quorumdam sensus et ordo.

Vina fumo veterascere absurdissimum.

Annotatio Trigesima septima. Ode eadem

Consule Tullo habent codices omnes non Tullio: vt omnino habere mea deberent sententia. Et quoniã opportune hic sese mihi locus obtulit: dicam nunc equidem: quæ alijs locis eiusmodi pretermisi: Tum vt meas tuear partes in illis ipsis cum aut mea manu scripta deprehendi possint aut emendata: tum vt prouideam, ne quis mihi id vitio det in alijs eiusmodi permultis, quæ sequentur. Synæresim igitur. idest duarum syllabarum in vnum sonum & vocem coitionem Diphtongisque persimilem inter alias loquendi siue scribendi figuras apud celeberrimos omnes poetas in maxime frequenti esse vsu eruditorum nemo sane erit. qui neget & propterea sine defensione aliqua videri poterat licere mihi affirmare Tullio legendũ esse non Tullo: ita tamen vt in vltimis duabus syllabis fieret ea: quam dixi, Sinæresis & coitio in vnam. Sed ad refellendam hoc in genere multorum impudentiam ac pertinaciam non erit ab re aliqua de quamplurimis exempla ac testimonia in medium afferre & ea ipsa ex principe dumtaxat poetarum Virgilio. Is igitur in Bucolicis æglogaquarta,

Tullio Tullo legendum

Synæresis quid.

Celeberrimos oẽs

Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice iam croceo mutabit vellera luteo

dixit non saue & luto.

Exẽpla Synæresis ex virgilio.

Idem Georgicorum libro quarto

Seu lento fuerint aluearia vimine texta

dixit: non aluaria. Idem Aeneidos libro primo.

Oenotrij coluere viri: non Oenotri, in quo non potest fieri Dactylus, cum no syllaba (quantum ipse legi) semper inueniatur longa: vt Silius italicus in principio primi libri.

In nomine œnotrius no semp lõga.

Ordior arma, quibus cælo se gloria tollit
Aeneadum: patiturque ferox Oenotria iura
Carthago. Idem libro duodecimo
Traxisti ad stygias œnotria tecta tenebras.
Idem libro tertio decimo,
Nam postquam Oenotrijs fundauit finibus vrbem.
Claudianus de victoria Stiliconis cõtra Alaricũ
Sustinuit toto mœrens Oenotria lustro.

Et vt ad Syneresim ipsam iterum redeamus. In ei & eis exeuntium infinita sunt exempla, vt Idem Virg. in eodem sexto.

Ferreique eumenidũ thalami & discordia demẽs.
Idem in primo,
Dependent lychni laquearibus aureis.

Sed diphthongum esse in illis dicam potius quam synæresim. Verum si proximus hic locus & alij permulti similes ita habent, & nulli absurda videntur ea et absona: quod assuetæ sunt his vocibus aures: quid erit obsecro causæ (vt in eodem Virgilio paulo diutius immoremur) Cur non legamus in primo Aeneidos et centum vinctus Ahenis post tergum nodis non Ahenis: vt imperiti legunt: Cur non eburneo pro eburno, Cur non

Ei et eis diphthõgi potius quam synæresis.

Ahæne, Eburne, Alue us.

Somnia. alueo pro aluo: Cur non passim in somnijs pro sonmis: vt omnes habēt codices: Cur nō eiusmo di multa immutemus & in pristinam lectionem ac veram restituimus: Et propterea vt ad Flaccū nostrum aliqñ redeamus. restituēdū duxi rue-

Imperij Fauonij Ingenij pompilij tarquinij Teucrio Tullio. tis Imperij rebus ꝓ īperi: igenij ꝓ ingeni: Fauonij ꝓ fauoni, Pōpilij ꝓ pōpili Tarquinij fasces ꝓ Tarquini puluere Teucrio ꝓ Teucro: Tullio (vt dixi) pro Tullo & alia passim infinita. Sed his omissis. super quibus satis superq lusim⁹ ad alia descendamus.

Annotatio Trigesimaoctaua. Eadem Ode.

Negligens nequa populus laboret
Parce priuatus nimium cauere. &
Dona præsentis cape lætus horæ &
Linque seuera.

Omnes quos vidi, codices etiam recentissimi (ne dicam recentiores) immo ex vltima Aldiviri diligentissimi impressione parce priuatus habēt & ita legunt & interpretantur Porphyrio Landinus & Mancinellus, sed hic præter hunc ipsum Lādin in alium lapsus est errorem. Exponit enim parce idest noli nimiū cauere & cautum esse. quū cautus fuerit dicendum. Acron interpretatur negligens. s. esto: quum participiū negligens adverbū cape & linque sit referendum. Ego vero parte legendum censeo, & sic ordinanda verba omnia: Tu priuatus negligens. i. parum curans cauere nimium. i. prouidere nimia cura & studio nequa parte populus laboret. i. nequo incommodo & labore afficiatur: & cape lætus dona pſentis horæ, & linque seuera. Non improbat inq̄ Horatius Mecœnatem habere curā reip. Sed nimiam prohibet, nulla præsertim instante necessitate.

Porphy rio. Lādin us Mācinel l⁹. Acrō. Vera le/ ctio par/ te non p ce. Verus ordo.

Annotatio XXXIX. Ode Duodecima.

Huius odes nonnulli habentur versus perperam & inuer se scripti & impressi, quorum omnium rationem persequi videri posset viri nimiū ociosi cum mensura ipsa (vt alias diximus) in ordinē redigi possint: sed quædam non omittenda duximus non admodum (vt arbitramur) protrita & annotatione non indigna in versibus: quos subijciemus.

Simul vnctos Tyberinis humeros
Lauit in vndis eques ipso melior
Bellerophōte neq; pugno neq segni pede vict⁹

In quorum primi fine reponenda erit syllaba la: quæ prima est verbi lauit: in fine secundi syllaba prima nominis bellerophonte: ita vt secundus versus initium sumat a syllaba uit, tertius vero a syllaba le: cuiusmodi multa in Horatianis inuenire est Odis & in huius Odes secundo versu, cuius finis est ex syllaba prima infiniti exanimari. Et bellerophonti legendum erit non bellerophonte: vt omnes habent codices, hoc modo.

Simul vnctos Tyberinis humeros la
uit in vndis eques ipso melior bel
lerophonti neq pugno neq segni pede victus.

Vera le/ ctio. Nam quū omnes pedes Ionici minores sint. q cōstant ex Pyrrhichio & Spōdęo. i. ex syllabis q̄tuor, duabus breuibus: & duabus longis: & primi duo ex tribus. tertius quisq; ex quatuor pedibus. si bellerophonte legeremus, quarta syllaba primi pedis breuis esset pro longa. Quo quidem in loco non possum non admirari Mancinelli viri alioqui diligentis negligentiam (ne imperitiam dixerim) qui in dictionibus humeros & melior, quarum altera primum: altera secundum versum voluit claudi, dixerit esse Anapestum pedem quatuor vtiq; temporum pro Ionico minore: qui sex habet tempora. Quum omnino illud sit certissimum, nō posse aut debere poni pedem aliquem pro pede. nisi conueniant in temporibus: vt Anapæstum pro spondęo, & Dactylo: Tribrachum pro Trochæo & iabo, & alios pro alijs. Dicemus autem Bellerophonti ꝓ Bellerophonte eadem mutua ratione quamq̄ diuersa: qua dicimus here pro heri rure pro ruri Tybure pro Tyburi Carthagine pro Carthagini mane pro mani: carminis necessitate adacti: ꝓ ut quædam eiusmodi dicentur etiam annotatione. lxxij. in principio poeticæ. Est enim (vt Fabius libro primo Institutionum capite de potestate literarum docet) quarumdam literarum affinitas & cognatio ac mutua cessio. & signanter de literis e & i mentionem facit. Nec vero miretur quispiam, q manidixerim. Nam sine dubio. quū eam dictionem aduerbialiter enunciamus, mane dicendum erit non mani, sicut diuerso literarum in fine exitu vesperi non vespere. Cum adiuncto vero aut præpositione mani non mane dicemus, vespere non vesperi, vt Plautus in Amphitryone a Mani ad vesperam dixit. Et propterea (vt latius & clarius rem exprimam) mani in auferendi casu dicas non mane. & vespere nō vesperi: si Latine loqui voles non Barbare aut Grammatice. Nam cubile cubilis cubili facit nō cubile. Monile monilis monili non monile in auferendi casu. Rursus: Pater patris patre non patri: Vesper vesperis vespere non vesperi: & alia eiusmodi cætera. Illud autem non prætermittā: vt affirmem nunc quoq; vt alias errare mea sententia illos: qui in eo casu omne vel omni dicunt. Quum omni solum sit dicēdum: quod equidem ipsum in cæteris eiusmodi sentio nominibus: Vt Perenni non perenne, Solenni non solenne. licet quædam in e & in i eum emittāt casum propter eam quam dixi affinitatem. Sed his omnibus, quę ad refellendam aliqua ex parte illorum opinionem & loquendi abusum attigimus: qui hoc mane & hoc vesperi dicunt & alia id genus: ad cætera persequenda transeamus.

Fabius. Mane Mani. Vespere Vesperi. Omne vel om/ ni nō re/ ctē i aute rēdi casu Quæ no mia emit tant abla tiuū in i.

Annotatio. XL. Ode Vigesimatertia.

Immunis aram si tetigit manus:
Non sumptuosa blandior hostia
Mollibit auersos penates
Farre pio & saliente mica.

In his versibus q̄q̄ omnes interpretes præter vnum Porphyrionem aliter sentiunt & ordināt talis tamen erit ordo & sensus. Hostia sumptuosa. idest. magni sumptus non mollibit blandior auersos penates. idest nō erit magis blanda ad moliendos ac placandos illos iratos, q̄ supple mollibit & placabit manus. sci. sacrificaturi, si immunis scilicet scelerum tetigit aram pio farre & saliente mica: Illorum autem sensum & ordinem emunctę naris viri (ni fallor) explodendum ducēt qui ita sentiunt & ordinant. Non mollibit auersos penates sumptuosa hostia blandior farre pio & saliente mica: tanquam velint dicere non erit blādior manus in molliendis penatibus sumptuosa hostia: id est cum hostia sumptuosa (vt explicatius rem dicam) q̄ farre pio & saliente mica, quo nihil videtur esse absurdius (ne alienius a latina dicam lingua) quæ (vt alia omittam) q̄ aduerbium in ea loquendi figura & genere exigit. Nam si manus nominandi est casus, vt est sine dubio, & comparatiuum blandior alium nominandi casum omnino exigit aut auferendi pro termino (vt Grammatice loquar) nemini dubibium videri debet ita sentiendum esse & ordinandum vt sensi & ordinaui, & mutuum habere inter se respectum, immunem manum farre pio & saliente mica et sumptuosam hostiam, et

Ver⁹ or/ do et sēs⁹ Sēs⁹ etor do explo dēdus. Sūptuo/ sa hostia

noīandi non aufe rēdi cas9.

eam ipsam in eodem casu, id est nominandi omnino ponendam: vt significemus potiorem esse immunem scelerū manum, si sacrificet farre pio & saliente mica & paruis ac vilibus eiusmodi rebus, q̃ sumptuosam hostiam manu immūda & impia sacrificijs adhibitam. Aliter sumptuosa hostia habere videbitur respectum ad far pium & salientem micam: ita vt si ita sentiam9 & ordinemus · innuere videatur Horatius manum scelerum immunē, si tangat aram: non futuram blandiorem sumptuosa hostia q̃ farre pio & saliente mica: quod q̃ absurdum videat & absonum eruditorum neminem futurum arbitror: qui non sit deprehensurus quandoquidem si æque immunis erit manus: sine dubio gratius exibebit sacrificium sumptuosa q̃ vili hostia. In quo syllaba mihi non repugnabit: Nam syllaba breuis produci sępe solet non solum pentemimeri heptemimeri & id genus alijs: sed etiam: si sit finalis dictionis & principium pedis: vt in nostro grammatices compendio docuim9, & Ode prima annotatione quinta ostendimus: ad quod in testimonium adduximus versum illum ex iiij. æneid.

Defēsio syllabæ.

Bonfinis grammatices compendium

Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Cuius infinita sunt exempla. Nec tamen pentemimeris erit aut heptemimeris: vt Dum sanguis inerat & alia. Illud etiam facere videtur ad roborandam meam hāc syllabæ defensionē: q̄ sa syllaba videri potest hic positiōe producta: cum sequantur b. & l. quamq̃ ea liquida: nam liquidas interdum vim consonantiū habere nulli dubium esse debet. vt Virgilius in. iij. Aeneidos. & Persius Satyra prima.

Liquidas colonantium vim habere.

Immemores socij vasto Cyclopis in antro
Hos pueris monitus patres infundere lippos. &

alia permulta. Nec etiam refert an eadem in dictione fiat positio an in sequenti ad syllabæ productionem. vt Martialis lib. quinto.

Positio ꝓpter seq̄ntis dictionis lite/ras.

Quid gladium demēs Romana stringis in ora?

Sed vt finem huius aliquando faciam annotationis: illud ego hac in re plurimi facio: q̄ illud ipse sentio: quod Porphyrio vir eius quam omnes sciunt, ęstimationis & auctoritatis: cū quo vno non solum in re certa & rationi innixa, qualis hæc ipsa est: de qua nunc agit: sed in rebus etiam dubijs satius esse duxi sentire cæteris aduersantibus q̃ (vt illorum hoc pace dixerim) cum reliqs Horatianis commentatoribus illo aduersante.

Bonfinis cum Porphyriōe senut.

Annotatio. XLI. Ode. XXIIII.

Dos est magna parentum
Virtus & metuens alterius vir
Certo fœdere castitas.

Sic habent codices omnes, quos videre mihi contigit, tamen, quia versus prim9 claudicare videtur: si habeat in sede vltima Spondæū pro Dactylo (q̃q̃ illi pares sunt in temporibus) petentibus pro parentum duxi reponendum: vt sit ordo: virtus & castitas metuens alterius viri certo fœdere est dos petentibus magna: vel est magna dos petentibus. s. vxorem: cū pręsertim dos vxorem respiciat non parentes: non enim parentum dotem dicimus sed vxorum. Sunt etiam qui legant parentium pro parentum: sed mihi nō placet tum alias ob causas, quas breuitatis causa pretermitto: tum ob eam ipsam: q̄ in gignendi casu eius nominis parentum dicim9 nō parētiū: q̃ genitiuus est pticipij in ens a pareo pares verbo.

Petētib9 ꝓ parētū

Parentū ꝓ parentium non placet.

Annotatio. XLII. Ode. XXVIII.

Nos cantabimus inuicem
Neptunum & virides Nereidum Comas:
Tu curua recines lyra
Latonam & celeris spicula Cynthiæ
Summo carmine: quæ Gnidon
Fulgentesq̄ tenet cycladas: & Paphum
Iunctis visit oloribus.

Nullus, quem ipse viderim: codex habet in fine quarti carminis & copulam: & propterea sunt, qui interpretentur Spicula Cynthiæ. i. stimulos veneris, intelligentes Cynthiā esse Venerem: cum Dianā Horatius significet nō Venerē: verū si addatur & copula: & versus æque stabit: & clarissima erunt omnia: vt sit ordo: & summo carmine. s. recines sup. deā, q̃ tenet Gnidon fulgentesq̄ cycladas: & visit Paphum iunctis oloribus: id est Venerem ipsam.

Spicula cynthiæ ꝓ stimulis Veneris nō recte.

Annotatio. XLIII. Eadem Ode.

Dicetur merita nox quoq̄ Nenia.

Q̄q̃ nulli dubium est Neniam lugubre carmen esse, quod mortuis in honorem inferorum cantabat: vt omnes exponunt interpretes: Ego tamen hoc loco neniam accipiendam censeo pro carmine aliquo ad laudandam noctem accommodato: vt sit sensus & ordo. Nox quoq̄ dicetur merita nenia, id est meritis laudibus non carebit. Absurdum enim videtur esse: si dicam9 nox dicetur merita nenia, idest lugubre carmen in noctis honorem cantabimus: cum pręsertim de iucundis hic agatur rebus non lugubrib9. Neniam autem in eam quam dixi: significationē & diuersam a snia interpretū & cōmētatorum accipi docet ipsemet Horatius epistola prima, cum dicit

Sēsus & ordo.

Nenia quid.

Roscia dic sodes melior lex an puerorum
Nenia: quæ regnum recte facientibus offert.

Annotatio. XLIIII. Ode. XXIX.

Tu ciuitatem quis deceat status
Curas: & vrbi sollicitus times
Quid Seres & regnata Cyro
Bactra parent Tanaisq̄ discors
Prudens futuri temporis: exitum
Caliginosa nocte premit deus:
Ridetq̄: si mortalis vltra
Fas trepidat.

Ordo est: tu sollicitus quid seres & bactra regnata Cyro & discors Tanais parent: prudens futuri temporis, id est tanq̃ vir longe in posterū prospiciens times vrbi: deus premit exitum caliginosa nocte: & ridet: si mortalis trepidat vltra fas. Sunt qui verba illa prudens futuri temporis sequentibus coniungant & ad deū referant non ad Mecœnatem: ad quā [illegible] de scribitur: vt sit deus prudens futuri temporis premit exitum caliginosa nocte: Re autē vera ad Mecœnatem sunt referenda non ad deum. Quis enim tam amens est, tam vecors: qui non teneat pro re certissima non solum omnes esse in deo virtutes, sed esse deum ipsum vnicum virtutum omnium & munerum & bonorum datorem: & ob id hoc loco futurorum illi prudentiam tanq̃ rem aliquam peculiarem tribuendam non esse: q̃q̃ ea ipsa interdum tributa peculiaris: vt Ode tertia primi lib.

Verus ordo & sensus.

Nequicq̃ deus abscidit
Prudens oceano dissociabili
Terras: si tamen impiæ
Non tangenda rates transiliunt vada.

Esse enim id omnino extra rem hoc loco: vbi Mecœnatem Horatius admonet: ne plus æquo versetur in futurorum cogitatione: & ob id molestia seipsum afficiat affirmās id non debere aut posse fieri: nam caliginosa nocte premere deum asserit futura & eum esse beatum ac sapientem: qui vtatur presentibus parum futura curās. Hęc autem esse verissima facillime dijudicabit: quicunq̄ diligenter Odes huius verba omnia perpendere voluerit.

MATTHAEI BONFINIS ANNOTATIONES in Quantum Odarum Librum.

Annotatio.XLV.Ode Secunda.

Siue,quos ælea domum reducit
Fama cęlestes:pugilemve equumve
Dicit:& cētum potiore signis
Munere donat.

Hoc loco interpretum aliqui ancipitem ac dubium sensum protulerunt:nec pro comperto habere visi sunt,intellexerit ne Horatius generaliter de deis omnibus an de Castore solum & Polluce.Alij vero præter Mancinellum certum:& nullam de Castore & Polluce mentionem fecerunt.Ego vero affirmauerim non signari his versibus ab Horatio nisi Castorem & Pollucem. Erit autem ordo: siue dicit.s. Pindarus pugilēve equumve:vt sit pugil pro Polluce:equus ꝓ Castore:quos cælestes ælea palma:reducit domum De quibus supra Ode.xij.primi libri.

Castor & Pollux signātur nō dei alij.

Dicam & Alciden puerosq; Ledæ
Hunc equis illum superare pugnis
Nobilem.

Annotatio.XLVI.Eadem Ode.

Concines lætosq; dies & vrbis
Publicum ludum super impetrato
Fortis Augusti reditu forumq;
Litibus orbum.
Tum meæ,si quid loquar audiendum:
Vocis accedet bona pars:& o sol
Pulcher o laudande canam recepto
Cęsare felix.

Hic forum litibus orbum intelligas propter ferias & iustitium indictum, vt Landinus vult: non propter Cæsaris æquitatem,vt Acrō. Ad hæc alij solem pro die acceperūt. Ego vero non pro die sed pro Cæsare ipso Augusto accipiendum cēseo quem ob id solem appellauit: ꝙ teste Suetonio tanta erat illius oculorum lux, tantus splendor:vt æque ac sol hebetaret aciem oculorum ipsum intuentium.De quo etiam in sequentibus Ode quinta huius libri.

Landini snīa contra Acro nis snīam probatur Sol ꝓ Cęsare Augusto nō pro die.

Lucem redde tuæ dux bonæ patriæ:
Instar veris enim, vultus vbi tuus
Affulsit populo:gratior it dies:
Et soles melius nitent.

Ordo. Erit autē ordo:ego felix recepto Cæsare canam o sol pulcher o laudande scilicet Cæsar.

Annotatio.XLVII.Eadem Ode.

Fronte curuatos imitatus ignes
Tertium lunæ referentis ortum,
Qua notam duxit:niueus videri
Cætera fuluus.

Dicant hoc loco interpretes:quę velint equidem censeo vitulum non curuatione cornuum, quod immaturum videri posset admodum tenero:qualis designatur:& contrarium verbis poetæ:qui nullam de cornibus facit mentionem:sed nota quadam alba retulisse tertium lunæ ortum in quo sensisse viderer cum Porphyrione : nisi & is de cornibus quædam dixisset:vt alij:& nō totam frontem albam fuisse asseruisset sed partem duntaxat illam qua ducta erat nota.

Verus sēsus.

Annotatio.XLVIII.Ode.IIII.

Qualem ministrum fulminis alitem.
Cui rex deorum regnum in aues vagas
Permisit expertus fidelem
Iuppiter in Ganymede flauo,
Olim iuuentas patrius vigor
Nido laborum propulit inscium:
Verniq; iam nimbis remotis
Insolitos docuere nixus

Venti pauentem.

Exponunt aliqui, venti pauentem, id est aera & ventos timētem.Ego vero ita sentio : vt, venti nominandi sit casus : & sit ordo & sensus. Verni venti remotis nimbis . id est dulciori & quietiori tempore:quale solet veris esse : docuere insolitos nixus pauentem, id est adhuc timidam scilicet aquilam : quæ non est prius egressa nido & assueta volatibus. Nec miretur quispiam : ꝙ ventos docuisse nixus exponam : nam perinde atq; secundo flumine commodius natamus & minore labore quam stagnante & firma aqua:ita volucres maiore nixu & impetu faciliore feruntur iuuantibus ventis. & propterea nixus dixit potius quam volatus.

Vēti nominandi casus nō gignēdi. Ordo & sensus.

Annotatio.XLIX Eadem.Ode.

Videre Rheti bella sub alpibus
Drusum gerentem:Vindelici,quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet quærere distuli.

Sunt qui Rhetos & Vindelicos eosdem esse putent, & ita ordinant : Rheti Vindelici videre Drusum bella gerentē sub alpibus: sed:diuersos esse non dubitabit, qui Suetonium in Tyberio legerit:vbi de bellis gestis in alpibꝰ facit mentionem:q̄q̄ Mancinellus ad illos distinguendos admonet supplendam esse & copulam Mihi vero placet:vt verbum videre repetatᷓ:non vt & supplea tur,hoc modo.Rheti videre Drusum gerentem bella sub alpibꝰ;Vindelici sup. itēū videre: quibus mos vnde deductꝰ obarmet dextras per omne tempꝰ Amazonia securi, distuli quærere.

Rheti & Vindelici diuersi

Annotatio.L.Ode Septima.

Frigora mitescunt Zephyris: ver proterit ęstas
Interitura simul,
Pomifer autumnus fruges effuderit:& mox
Bruma recurret iners.

Q̄q̄ sic habent omnes,quos hactenus vidi: codices:pro re tamen tam certa ausim affirmare, q̄ quæ certissima: vt fuderit pro effuderit legendum esse.Erit autem ordo : & mox bruma iners recurret: vt id est postq̄ pomifer autumnus fuderit fruges,id æstatem ipsam fugauerit. Nam vt cæteras omittam rationes:si effundere sine dubio idem est q̄d extra fundere & autumnus non habet aliquas in se fruges:quas effundat: nemini dubium erit ita legendum esse:vt emendaui.

Vt fuderit ꝓ effuderit legendum.

Annotatio.LI.Ode Duodecima.

Verum pone moras & studium lucri:
Nigrorūq; memor (dum licet (ignium
Misce stultitiam consilijs breuem.
Dulce est desipere in loco.

Exponunt omnes quos vidi : interpretes nigrorum ignium,id est funeralium.Ego vero cogor ab omnibus dissentire: neq; adduci possum vt credam Horatium virum alioqui prudentissimum admonere voluisse amicum Virgilium ad epulas & voluptates inuitatū:vt mortis ac funeris esset memor:quod quidē eo magis absurdum videtur ꝙ statim infert,dum licet: tanq̄ tunc maxime liceret (vt illi sentire videntur) memoria repetere ad funus pertinentia,& in mortis cogitatione versari. Ad hæc quanam possit ratiōe quispiam recte & commode ac decenter in cogitatione & memoria mortis occupatus stultitias serijs rebus admiscere : & sapienter de morte cogitans desipere non satis dijudicare possum : q̄q̄ supra Ode.iiij.primi libri,cum hortatus esset Sextium: vt genio indulgeret,subiecit.

Nigri ignes ꝓ funeralibus nō tecte. Dissentit ab o ibus Bonfinis

Pallida mors æquo pulsat pede pauperū tabernas
Regumq; turres:o beate Sexti

Vitæ summa breuis spē nos vetat īchoare lōgā.

Sed aliud est admonere aliquem in vniuersum vitæ tempus mortales nos esse, aliud amicū ad epulas inuitatum: vt mortis tunc maxime sit memor. Equidem affirmauerim Horatium voluisse Virgilium ad epulas inuitatum admonere: vt omissis ad tempus ferijs recrearet animum ac refocillaret occultorum vel ignobilium amorum memoria: aut allusisse ad alicuius vel puellę vel pueri colorē nigrum vel ad oculos vel ad crines nigros: q̄ plerunq̧ pergrata cōtingunt: quale est illud in superioribus Ode. xxxij. primi libri. Cum dixit.

Ver⁹ se/sus.

Et Lycum nigris oculis nigroq̧
Crine decorum.

Annotatio. LII. Ode. XIIII.

O qua sol habitabiles
Illustret oras: maxime principum
Quem legis expertes latinæ
Vindelici didicere nuper
Quid Marte posses.

Ita habent, quicunq̧ sunt mihi oblati: codices nec ibo quidem inficias sic posse legi: veruntamen longe magis placebit: vt in principio tertij versus q̄ pro quantum non quem legatur: vt sit ordo: o maxime principum, qua sol habitabiles illustret oras q̄, id est quantum Vindelici expertes latinæ legis nuper didicere quid Marte posses. Hæc autem facile probaturum confido quicunq̧ emunctioris erit naris: ac dijudicaturum illud quem in verborum ordinem non ita concinne & apte redigi posse vt q̄ pro quantū. Ad hoc illud quoq̧ facit, q̧ si quem legas, eiusmodi locutionem apud Horatiū alias (ni fallor) non inuenies.

q̄ p quē legatū. q̄ p qtū.

Annotatio. LIII. Eadem Ode.

Milite nam tuo
Drusus Genaunos implacidum genus
Brennosq̧ veloces & arces
Alpibus imposita tremendis
Deiecit acer plus vice simplici:
Maior Neronum mox graue prælium
Commisit: immanesq̧ Rhetos
Auspicijs pepulit secundis.

Non satis mirari possum: hoc loco omnes q̄s viderim: interpretes, prętér Mancinellum, intellexisse Drusum pro maiore Neronum hic positum esse ab Horatio: cum Suetonius in Tyberio apertissime declaret Tyberium ipsum fuisse natu maiorem: & inter cæteras expeditiões Rheticum & Vindelicum bellum gessisse & confecisse: cuius hæc sunt verba. Post hæc comatam Galliam anno fere rexit & barbarorum incursionibus & principum discordia inquietam: exhinc rheticum Vindelicumq̧ bellum, inde Pannonicum inde Germanicum gessit: Rhetico atq̧ Vindelico gentes alpinas, Pannonico Brencos & Dalmatas subegit. nec equidē negabo Drusum quoq̧ contra Rhetos, & Vindelicos bellum gessisse, vt ipsemet Horatius abunde in superioribus Ode. iiij. libri quarti ostendit: sed contra eosdem Tyberius bellum gessit & confecit (vt premittitur) post Drusi obitum: de quo sic idē Suetonius. Drusum fratrem in Germania amisit: cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens Romam vsq̧ peruexit. Et propterea Horati⁹ facta de Druso prius mentione statim subiecit Maior Neronum mox graue prælium commisit & deinceps alia. De Tyberio autem intelligēdum est qui maior natu fuit: non de Druso: quod apertissime declarat particula illa mox, quasi dicat post Drusum & Drusi obitum.

Suetoni⁹

Suetoni⁹

De Tyberio itelligēdum nō Druso.

Annotatio. LIIII. Ode. II. ī Epodo carmine.

Inutilesq̧ falce ramos amputans
Feliciores inserit.

His versibus arborū insitio describit: non aūt arborum putatio significatur: vt voluit Acron.

Annotati. LV. Eadem Ode.

Q̧ si pudica mulier in partem iuuet
Domum atq̧ dulces liberos:
Sabina qualis aut perusta solibus
Pernicis vxor appuli:
Sacrum vetustiis extruat lignis focum
Lassi sub aduentum viri. & alia quę sequuntur.

Aduersentur (vt lubet) codices omnes: equidem non prætermittam: vt affirmē in fine quarti versus & copulam esse adijciendam: vt sit ordo. qualis Sabina. s. fuit & vxor perusta solibus pernicis Appuli: & extruat sacrum focum lignis vetustis sub aduentum lassi viri. Nā si diligenter perpendas sequentes periodos, inuenies nimirum suis illas neruis & copulis connecti: ita vt alienum videri potuerit a Flacci nostri elegantia & candore eo⁹ in loco copulam & neruum esse pretermissum: quo poterat q̄ aptissime locari.

Et copu/la in fine qrti ver/s⁹. Ordo.

Annotatio. LVI. Eadem Ode.

Hæc vbi locutus: fœnerator Alphius
Iamiam futurus rusticus
Omnem relegit idibus pecuniam
Quęrit calendis ponere.

Quęcūq̧ voluerunt &, interpretati sunt Alphium fœneratorem hæc fuisse locutum verba: Horatij nostri mentem visi sunt non attigisse, cum reuera poetę sint verba non fœneratoris Alphij verum quoniam & hoc ipsum cognouit & tradidit Mancinellus: ne videar ex illius industria mihi laudē aucupari: illud duxi annotandū hoc loco, quod ille non attigit: in fine quarti versus & copulā eē omnino adijciendam: vt suis cōstet neruis verborū context⁹. Erit aūt ordo & sens⁹. fœnerator Alphius iāiā futurus rusticus relegit oēm pecuniam idib⁹: & quęrit ponere calendis. vbi, i. postq̄ locutus. s. ego sum hęc. quasi dicat Alphius vitæ rusticæ a me laudatæ captus & allectus dulcedine statim futurus rusticus relegit omnes pecunias, quibus fœnerabatur, idibus: & calendis quæ post idus immediate sequuntur: quærit ponere, id est statim & nulla mora facta: vt ostendatur non posse quempiam auaritiæ & malis artibus assuetum illis repudiatis bonas sectari: quamq̄ illarum desiderio interdum affici videtur & illas probare.

Ver⁹ or do & se/sus.

Annotatio. LVII. Ode Tertia.

O dura messorum ilia,
Quid hoc veneni sæuit in præcordijs.

Omnes sic habent codices ego vero cū non videam Horatianum id habere candorem: quis pro quid reponendum ac legendum duxi: vt sit ordo. o dura messorum ilia quis, id est quibus hoc veneni, id est allium ipsum sæuit in præcordijs. in quo ratio mihi carminis nō obstabit: quæ in sede prīa & locis alijs īparibus æque Spōdeū admittit ac Iambū: vt in ipsa videri potest Ode.

Quis p quid legē dum Ordo.

Annotatio. LVIII. Ode Quinta.

Non defuisse masculæ libidinis
Ariminensem Foliam
Et ociosa credidit Neapolis
Et omne vicinum oppidum.

Cum hunc locum alias Anconi interpretaret, ociosamq̧ dictam esse Neapolim affirmarē, q̧ locus sit maxime idoneus ad secessum: fuerūt qui secus sentirent: ac dicerent ociosam dictam Neapolim quasi studijs deditam & gymnasijs florentem. ad quod citabant Landini scripta,

Ancon.

Quare Neapolis dicta ociosa.

quæ quidem ad loci declarationem videre ob id supersederam, q ex consuetudine mea satius duxi semper ex frontibus ipsis, cum datur copia, aquas haurire: q̃ ex aliis qui hauserint: illas mutuari: satisq; mihi fuerat vidisse Strabonem (vt alios pretermittam) libro quinto de his abunde referentem: & Ouidium illi astipulantem libro. xv. Metamorphoseos: & hæc dicentem.

Strabo.

Ouidius.

Et in ocia natā Parthenopen.

Eo enim multi secedebant loci amoenitate allecti: inter quos noster fuit virgilius, affirmauiq; & affirmo nunc quoq; magis, nō floruisse Neapoli (vt innuere visus est Landinus: & illi asseuerabant) gymnasia vt Athenis & locis aliis: cum nullum hactenus auctorē legerim, qui ea scripserit præter Landinum ipsum: & alios audierim: qui ea dixerint, præter illos ipsos: qui ea de re mecum contendebant. Quantū autem ad Landinum attinet: non admodum equidē admirarer, q Horatij mentem perperam interpretatus esset: nisi & virgilij quoq; hos versus

Lādinus Virgiliani versus corruptor & fedator

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope studiis florentē ignobilis ocij,

Non solum non intellexisset sed plane etiam fœdasset & corrupisset, cum florentem ad Parthenope nomē referre visus est, quod nominandi casus est, non ad Virgilium, vt debuisset. Sed omissis explosisq; non minus ab illis, qui protinus meam in sententiam pedibus iuere, q̃ a me Landini ineptiis, ad aliud (vt fit) ex eo deuenimus, quæsitumq; est: quare Virgilius literarium & poeticum illud ac iucundissimum ociū ignobile appellarit. Fuerunt multę in medium adductę opiniones: & illæ quidem ipsę ex commentatoribus in Virgilium, quorum aliqui dicūt voluisse Virgilium ignobile ocium appellare, vt modestius de ea quam sequeretur, arte loqui videretur. Alij putarunt locutum fuisse ex vulgi sententia, qui lucro & auaritię deditus poeticam artem vituperare consueuerit: Alij ignobile dixisse pro valde nobile: vt prępositio eo loco augeat: non cōtrarium significet a simplici: vt consueuit: alij alias ineptias & stultitias Ego vero hoc sensi semper & nunc sentio: ignobile otium dixisse Virgilium non cognitum nisi paucis ignoratumq; & non intellectum. Nam cum nobilis appelletur res cognita & nota. & medium sit vocabulum: & ita nobilem latronem & nobile scortum & alia dicamus vt virum aliquem singulari virtute preditum, pari etiam ratione res aliqua non cognita (siue bona sit siue mala) ignobilis appellabitur, neq; adducat equidem: vt imperitæ multitudini ipse assentiar: quæ nobilē virum aliquem appellabit: quasi vetusti generis & honoratum: ignolem vero huic cōtrarium: cum reuera simplex & mera vocabuli nobilis significatio eadem sit: quę participij a verbo noscor notus nota notum & ignobilis huic cōtraria. quod ipsemet Horatius testatur apertissime in principio sextæ Satyræ siue sermonis primi libri, cum dicit: Naso suspendis adunco ignotos. i. ignobiles: ita vt nulla alia videatur esse inter nobilem & notum differentia q̃ q nobilis sit nomen: notus participium: & nobilis: qui aptus sit, qui noscatur, vt amabilis qui ametur, & alia id genus: notus vero simpliciter qui noscatur.

Poeticū ociū quare ignobile appellatum.

Nobilis.

Ignobilis. Imperita multitudo.

Vera significatio nomis nobilis.

Differentia inter nobilē & notum.

Florebat igitur Virgilius eo tempore Parthenope ignobili ocio literario & poetico hoc est eo ocio, quod non facile nosci & intelligi queat nisi paucis. Nam & priscis temporibus & nostra etiam tempestate incredibilis est illorū turba qui se poetas esse iactent: & carmina multa eructēt & effutiant: Re autem vera perpauci extiterint & existāt sacratissimo eius modi nomine digni. In causa autem illud est: q paucissimi sunt: quos eo in genere equus amarit Iuppiter & Mercurius, & mediocribus alioqui poetis esse non homines non dei non concessere columnę. Id quoq (vt de me ingenue dicam & fatear) fuit in causa vt cum equidem alias carmina multa facerem & in eo dicendi genere permultis satisfacere viderer: & mea carmina viris doctis probari scirē: destiterim tamen ab eo persequendo, q mihi ipsi satisfacere minime poteram: & mediocritatem illam excedere posse non videbar. Eaq; ob causam in soluta potius oratione q̃ metricis legibus subiecta versatus sū & versor: quippe in qua (q̃q̃ illud ipsum minimum esse scio) plus tamen videor habere felicitatis q̃ in altera. Facessant igitur suos ad auctores eiusinodi ineptæ & ridiculæ interpretationes: Nos ad Horatium pro virili parte a barbarie vindicandum redeamus.

Declaratio Virgiliani versus.

Boni poetæ ratissimi.

Bonfinis solutę orationi deditus.

Annotatio. LIX. Eadem Ode.

Prius cælum sidet inferius mari
Tellure porrecta super:
Q non amores sic meo flagres: vti
Bitumen atris ignibus.

Sic habent omnes, quos vidi, codices. sed non video: cur non potius mei legatur q̃ meo: Cum passiue sit accipiendū non actiue, id est quo Varum Canidia non Varus Canidiam prosequatur.

Mei non meo legēdum.

Annotatio. LX. Eadem ode.

Post insepulta membra different lupi
Et exquilinæ alites.

Hoc loco (ni fallor) vel exquiliniæ legēdum erit pro exquilinæ: vt stet versus, Cui vna deest syllaba: si exquilinæ legamus: vel ne syllaba sequente vocali nō abijcietur. Ridebit fortasse harum annotationum lector aliquis superstitiosus: q hæc duæ continuæ sequentes tam parui videantur esse momenti & tam paucis absolutę verbis. Ego vero admonendum illum duxi compertum habere me varietatem consuesse delectare: & æqui lectoris pręterea partes esse has & alias breues quæ sunt, & parui ponderis multarū aliarum, qualis est tertia abhinc pręcedens, longitudine si eam amat & grauitate compensare.

Exquliniæ non exquline legēdum.

Annotatio. LXI. Ode Septima.

Neq; hic lupis mos nec fuit leonibus:
Nunq̃ nisi indispar feris.

Cum exponat Porphyrio indispar aduerbiū esse ac si dixerit indispariter: & aliorum interpretum aliqui nihil de ea dictione dixerit: aliqui etiam ita ambigue sint interpretati: vt non liqueat ex illorum interpretationibus aduerbium ne sit an nomen: non abre duxi esse & meam hoc me loco dicere sententiam. Ea autē est: vt in dispar duas esse partes affirmem, alteram præpositionem alteram nomen: ita vt sit ordo & sensus: hic mos. s. vt homines alter in alterum inuicem sæuiant: neq; fuit lupis nec leonib⁹: nunq̃ supple iterum fuit hic mos feris: nisi in dispar. s. genus ferarum Sunt qui legant vnq̃ pro nunq̃: id autem si fiat, erit talis ordo: hic mos neq; fuit lupis nec leonib⁹ feris vnq̃ nisi indispar, ita vt feris adiectiuum sit nomen. eo autem ordine ostēdi videretur dispares esse lupos lupis & leones leonibus, quod fieri quidem posset licet incōgrue & præter auctoris mentem: si vellemus vtiq; intelligere dispar ætate signari non genere. Et propterea ad distinguenda opportune & congrue omnia, feris substantiuum esse nomen dicem⁹ non adiectiuum, & verbum erit, quod i primo locatum est versu in secundo quoq; repetet: & id si fiat: necesse erit

Porphyrionis nō recta expositio.

In dispar duę ptes.

Aliꝰ ordo & sēsus si legat vnq̃.

Feris substātiuum non adiectiuū.

negatiuam pariter dictionem repetere videlicet nunq̃,non affirmatiuam,qualis est vnq̃. Possumus etiam & congrue nomen feris adiungere lupis & leonibus:sed ita tamen, vt nũquã omnino legamus:non autẽ vnq̃ hoc mõ. Hic mos neq; fuit lupis nec leonibus nũq̃ feris.i. ſequieti-bus nisi in dispar.s.genus ferarũ.i. nisi in feras diuersi & non sui generis. Quam sententiam mu- Plinius. tuatus est ab Horatio nostro Plinius in pricipio septimi naturalis historiæ:cum dixit. Leonũ feritas inter se nõ dimicat: serpẽtium morsus non petit serpẽtes: ne maris quidem belluæ ac pisces nisi in diuersa genera sæuiunt.

Annotatio.LXII.Ode Octaua.

Quid q; libelli stoici inter Sericos
Iacere puluillos amant:
Illiterati num minus nerui rigent:
Minusve languet fascinum:

Sẽsus est/quid.s.dicis aut aliud simile. Num illiterati nerui.i.hominum illiteratorũ mentulæ & fascinum minus rigent aut languent:q;.i. qa libelli stoici amãt iacere inter puluillos sericos.s. tuos.vt itelligam⁹ rigere ꝓ arrigi & durescere lã- Quid sit rigere & languere. guere vero pro cadere & marcescere cõtra Porphyrionem:q exponit rigere ꝓ marcescere, qđ maxime absonum videri poteit.

Annotatio.LXIII.Ode Duodecima.

Nanq; sagacius vnus odoror
Polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis:
Q; canis acer vbi lateat sus:
Qui sudor vietis & q̃ malus vndiq; membris
Crescit odor:cum pene soluto
Indomitam properat rabiem sedare:nec illi
Iam manet humida creta colorq;
Stercore fucatus crocodili:iamq; subando
Tenta cubilia tectaq; rumpit:
Vel mea cum sæuis agitat fastidia verbis:
Inachia langues minus ac me, Et deinceps alia quę sequuntur.

In his versibus pręter illud vnũ, q; nõ possũ mihi ipsi satisfacere in probanda & laudãda Horatij nostri sagacitate in vitãdis morbosis & putidis eiusmodi scortis,viris vtiq; omibus studiosis nõ minus imitãda q̃ eius in signãdis & exprimendis animi affectibus candore & elegantia: loca nonnulla sunt (vt mea fert sentẽtia)deprauata:si a septimo in ordine versu ad tertiũdecimũ vsq; Horatiũ ipsum credamus amicã suam, immo inimicã potius tanq̃ tertiã ꝑsonã allocutũ. Quod licet illis, quas sæpe dixi: cauillationibus obtineri possit potuisse fieri: tñ absurdum adeo videtur esse,& ab Horatiano cãdore alienũ: vt permultos,immo ex doctissimis omes putẽ facillime adductũ iri ad mecũ sentiendũ. Mea aũt hæc est sententia:vt iudicẽ a principio ad finem vsq; Odes Horatiũ in anum fœdissimã iuectũ & illã allocutũ(vt cœpit) tanq̃ secũdã personã nõ a secunda in tertiã declinasse: quod minoris fuisset vehemẽtiæ. Et propterea, vt ad locorum emẽdationẽ igrediamur: in primis crescat odor legendum censeo non crescit. vt sit ordo. Saga- Ordo. cius vnus odoror qui sudor.i.qualis & q̃ malus crescat vndiq; vietis mẽbris:cum properas sedare indomitam rabiem.i. inexplebilem libidinem tuam. & reponamus ac legamus properas non properat. Paulo autem post legamus illis, scilicet mẽbris,non illi:& rumpunt:scilicet ipsa mẽbra,nõ rũpit:& agitas:scilicet tu mulier,nõ agitat.Et eo quidẽ pacto hac vna Ode quinq; emẽdabimus loca:& in pristinam ac Horatianam dignitatem restituemus. Quinq; loca vna ode emẽdata.

Annotatio.LXIIII. Ode.XIII.

Illic omne malum vino cantuq; leuato
Deformis ęgrimonię dulcibus alloquijs:

Hic locus nisi & copulã resumat:vt sit deformis ęgrimonię & dulcibus alloquijs:carebit iũctura & neruis verborũ contextus:& sensus apertissimus obscurus reddet,& sibi ipsi cõtrarius:cũ dulcia alloquia ad ægrimoniã referri posse videant. Et copula addẽda.

Annotatio.LXV. Ode.XVII.

Nec fera cærulea domuit Germania pube
Parentibusq; abominatus Hannibal.

Cęruleam pubem Germaniæ exponunt oẽs interpretes ob id dictam: q; cęruleos illorũ esse oculos affirmant: eorũq; Iuuenalis astipulatus est sententiæ:cum dixit. Cęrulea pubes germaniæ.

Cęrulea quis stupeat Germani lumina:

(Cęrulea autẽ dixi non cęrula:cũ in fine eius dictionis eã Synęresim eẽ affirmẽ: de qua supra) Ego vero,etiam si fateri velim non vidisse me germanos aliquos habẽtes alios q̃ cęruleos oculos:quã quidẽ ip fere hactenus in illis nõ deprehendi:absurdum tñ rebor esse ac pene incredibile illorũ oim oculos eẽ cęruleos vniusq; coloris & diuersam ab alijs hoim gñibus oculorũ naturã illos esse sortitos.Nã,etiã si fatear hoim nationes habere suã quãq; aspectũ & facierũ vt aliarũ quoq; rerũ differẽtiã, & nescio qd peculiare ac ꝓpriũ:& id cęli,sub quo nascunt:isluxu: ita vt solo aspectu & corpis habitu discerni posse facile dicas Germanũ a Gallo :Gallũ ab H.spa. no.ac(vt signatius rẽ exprimã)Insubrẽ a Ligure:Ligurẽ ab hetrusco:Romanũ a veneto: Venetũ a Florentino:nunq̃ tñ adducar: vt & illud quoq; fatear,nationẽ inueniri aliquã aut loci alicuius ppl'm,imo familiã vnã, quæ oculorũ (vt alia taceã)nullũ habeat discrimen & nullam coloris illorũ varietatẽ. Et propterea (quod interpretũ pace dictũ velim)donec aliud, quod magis placeat:expiscatus fuero:proximum illud vero ducã,ob id cęruleos dictos esse germanos: q; Britannis sint finitimi:qui glasto se oms inficere consueuerũt & cęrulei fieri:vt magis sint hostibus formidabiles de qbus Cæsar cõmẽtario quito sic ait.Omes vero se Britanni vltro glasto inficiunt:q; cæruleũ efficiat colorẽ: atq; hoc horribiliori sunt in pugna aspectu: capilloq; sunt promisso atq; oi parte corporis rasa pręter caput & labrũ supius. Mos aũt est poetarũ ea interdum quæ vicinorũ sunt locorũ:locis illa nõ habentibus tribuere,vt noster fecit Horatius, cũ Sabella posuit carmina ꝓ Marsis Ode sequẽti:& poetarũ princeps Virgilius: cũ Sidoniã dixit Dido ꝓ Tyria,ꝓpter eã,q̃ dixi: vicinitatẽ. Nec meæ (ni fallor) huic obstare videbitur opinioni Iuuenalis: quẽ puto aspectũ illũ Germanorum cęruleũ significare voluisse nõ oculos:q̃q̃ & oculi ipsi,et si coloris sint diuersi:reliqui tamen corporis colorẽ videntur attrahere sibi obiectũ, tanq̃ fere vitrei ac vitro persimiles. Cærulea ꝑ Synęresim nõ cærula legẽdum. Diuersarũ nationũ diuersi aspect⁹ Quare germani Cærulei. Poetarũ mos vt locũ ꝓ loco ponant.

Annotatio.LXVI.VII.VIII. eadẽ Ode.

Nulla sit hac potior sententia:Phoceorum
Velut profugit execrata Ciuitas:
Agros atq; lares proprios habitandaq; fana
Apris reliquit & rapacibus lupis:
Ire pedes quocunq; ferunt: quocunq; ꝑ vndas
Notus vocabit aut proteruus africus:
Sic placet:an melius quis habet suadere:secunda
Ratem occupare quid moramur alite:

Prima igit erit annotatio : vt in fine secundi versus quę relatiuũ addamus: id est quę ciuitas: & sit versus hypermeter,in quo nihil est: qđ repugnet:cum sequens incipiat a vocali: nam alio pacto carebit iunctura verborũ cõtextus.Secũ- Prima annotatio.

Secunda annotatio. da: vt in principio quinti versus legamus ite nō ire. Tertia, vt circa finē penultimi suadere reponamus pro suadere, contra omnium interpretū sententiam & lectionem. Erit aūt versuū omniū supra scriptorum talis ordo. Nulla sententia sit potior hac scilicet mea. Ite, quocunq; ferent pedes: quocūq; notus vocabit aut proteruus africus per vndas: velut profugit execrata ciuitas Phoceorum: quæ reliquit agros atq; lares proprios & habitāda fana apris & rapacibus lupis. Deīde, sequitur, sic placet? id est placet ne vobis hęc sententia: an quis id est aliquis vestrum habet melius? id est rem aliquam meliorem & magis conducibilem q̄ ea sit, quam dixi? suadete, id est dicite illam: & consulite in cōmune. Illis autē tacētibus sic pergit, quid moramur occupare ratē secūda alite id est bonis & secūdis auspicijs? Nā si ita (vt hactenus factū est) legātur particulæ siue infinita illa ire & suadere, abhorrere id admodum ab Horatij nostri nitore facile iudicabunt non obesę naris viri omnes ac doctissimi.

Tertia annotatio. Ordo.

Annotatio. LXIX. eadem Ode.

Eamus omnes execrata ciuitas
Aut pars indocili melior grege, Mollis & expes
Inominata perprimant cubilia.

Oīs legēdum non omnes. His in versibus præter illud vnum, q; oīs legendū esse carminis ratio postulat, quæ in sede tertia Spondeū: quē, si omnes legamus: sortita est. habere pro Iambo maxime respuit, absurda admodum & explodenda videtur esse quoq; ūdā interpretatio, quæ talis est. Eamus omes execrata ciuitas, aut pars melior indocili grege mollis & expes perprimāt inominata cubilia. Nam, si aut vniuersæ & omni ciuitati eūdum esse cēset Horatius: aut parti meliori eundum, & parti illi remanēdum quæ plebs esset & mollis & indocilis & sine spe, quo pacto cōgruere poterit & ꝓcedere, si talis sit ordo: qualem retulimus: & verba illa pars melior īdocili grege mollis & expes (cū diuersa sint & sibi ipsi contraria) omnia ad verbū ꝑprimāt referantur? Erit igitur hic ordo: & hoc pacto distinguenda sunt verba ipsa & dictiones. Eamus omnis execrata ciuitas: aut (supple iterum) eamus pars melior indocili grege. i. nos: qui sum⁹ indocili grege & plebe meliores: Mollis & expes, scilicet pars. i. illi, qui sunt molles & sine spe: perprimāt. i. semper premant inominata cubilia. Et propterea pergit: Vos, q̄bus est virtus: muliebrē pellite luctum: & alia deinceps quæ sequuntur.

Explodēda interptatio.

Verus ordo & sensus.

Annotatio. LXX. Ode. xvij.

Canidia parce vocibus tandem sacris:
Citumq; retro solue, solue turbinem.

Cū ad finem nostrarum in odas annotationū deuenerimus: anteq̄ attingam⁹ alia: vltimo quædam loco duximus obiter annotanda carmina: quæ videri possunt in scansione fortasse rara & diuersæ ab alijs rationis & mēsurę. q̄q̄ reuera: si vnū illud attēdatur, pedes in versib⁹ alterū alterius locū & sedē mutuo sortiri posse: vt alias dixi: modo coueniant in tpib⁹: vsitatissima videri poterūt & ꝓtrita. Recipit eī locis imparib⁹ hoc est primo tertio & q̄nto, versus Iābic⁹ vt Iābū: ita Dactylū Anapęstū & Spōdęū: Locis vero parib⁹ ęque Tribrachū ac Iābū. Couenire etiā locis imparibus proceleusmaticum locare, locis vero paribus Trochęū: sed hoc ipsum deprendimus nō esse in vsu. Habet igitur versus supra scriptus in prima sede Dactylum, in q̄nta Spondeū, in reliquis Iambos. Est huic persimilis versus dimeter Iambicus Ode tertia in Epodo carmine: Canidia tractauit dapes: q̄ habet in prima Dactylum, in tertia Spōdæum, in reliquis Iambos. Est & alius trimeter Iambicus Ode quinta in Epodo carmine: cuius primā habet sedē Dactylus secundam Tribrachus.

Iambici versus ratio.

Canidia breuibus implicata viperis.

Sunt & alia eiusmodi permulta, quæ persequi & nullum esset vsum, qualis est eadem Ode quinta versus dimeter Iambicus.

Canidia rodens pollicem. qui persimilis est dimetro suprascripto tertiæ Odes. quales sunt etiam trimetri versus decimæseptimæ Odes.

Luxere matres Iliæ addictum feris
Alitibus atq; canibus homicidam Hectorem.

Quorū prior in prima & quīta Spōdæū habet posterior in prima Dactylū: in tertia & quarta Tribrachū, in q̄nta Spondæū, in reliquis Iābos. Sed, vt de Anapęsto quoq; exemplum nō desit cum satis superq; liqueat de alijs: annotandum duxi versum secundæ Odes in Epodo carmine.

Pauidumq; leporem & aduenam laqueo gruē.

qui in prima & quinta Anapęstū habet: in secūda Tribrachū, in reliquis Iābos. In secūda vero & quarta sede Iābicus Spondæū & spōdæo pares nūq̄ recipit: vt ipsi⁹ Horatij testimonio edocemur: qui in poetica sic ait de Iambo.

Spondæos stabiles in iura paterna recepit
Cōmodus & patiens. nō vt de sede secunda
Cederet aut quarta socialiter.

Annotatio. LXXI. Eadem Ode.

Ea autē, quæ ꝓxima annotatione attigimus: nō ita protrita esse & vulgata, vt omnino prætermitti debuerint: illud argumento esse poterit: q; constat viros interdum eruditissimos & auctoritatis maximæ in illis non hallucinatos esse solū sed errasse. Est enī (vt cætera prætermittam) eadem Ode sequens versus.

Vtcunq; fortis exilis puerpera.

In quo interpretādo cū Porphyrio & alij metricas visi fuerint leges & Iambici rationē ignorare, diu me in ancipiti tenuere: quippe qui non satis constituere posse videbar quid probarē, cum alio me traheret interpretū auctoritas innuētiū exilis nomen esse, & exponentiū exilis quasi macilenta & iuncea: quales solēt esse puerperæ. q̄d si fiat: erit in sede quarta Spondæus pro Iambo, alio vero carminis ratio, quæ nullo id mō pati posse videbat. Et, q̄uis omnino affirmabā & ꝓ re certissima tenebam exilis secundam esse personā verbi exilio compositi (vt liquet) ex præpositione ex & salio a in i versa, cuius quidē verbi, seu dictiōis secūda syllaba breuis est: & rationi carminis cōgruens & consona: Tamē viso G. sperti mei senilis præsulis Rapollani codice quodam vetustissimo, in quo expositum apparebat exilis. s. ex strato: confirmatus in opinione mea tanto magis sum & adductus ad sequēdem contra interpretum opinionem Iambici carminis rationem: q̄d sensisse postea & annotasse vidi Aldum virum diligentissimum.

Exilis verbum non nomen.

MATTHAEI BONFINIS ANNOTATIONES in Horatij Poetica.

Annotatio. LXXII. in Poetica.

Cui lecta potenter erit res:
Nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo.

Quātū habeat virium pręsul sacratissime & amplissime prima quædam persuasio ac opinionum & rerum recētibus præsertim ingenijs impressio, hinc facile (vt reor) dijudicari potest, q; compertum habeo in ea, de qua sum dicturus: re non solum grammaticos omnes, qui ad hæc vsq; tēpora fuerunt (q̄tum ipse vidi) sed viros etiā reliquis in rebus eruditissimos illorum a te-

Grāmaticorū oim abus⁹ cōtra bonorū auctorū vsum.

neris annis institutiõibus ac persuasionibus im-
butos suam contra omnium optimorum aucto
rum vsum opinionẽ pertinaciter retinere: immo
non retinere solum, sed impudenter (quod illo-
rum pace dictum velim) defendere. Ego vero
licet in meo grammatices compendio quintode
cimo abhinc anno fœliciter (vt rerum exitus do
cuit) edito & pluries postea impresso illud ip̃m
senserim: quod nunc sentio: & in eiusdem com/
pendij secunda parte, hoc est in principio institu
tionum grammaticalium id ipsum tradiderim: ta
men, quia illud tanquam ad pueros pertinere vi
sum eruditorum fortasse manu haud versatum
est: & grauissimas ac plurimas habere me conti
git super ea re contentiones, illis, quos dixi: perti
naciter in sententia & opinione sua permanenti
bus: non ab re videri potuit latius ac diffusius ali
quando testatam ad posteros ea in re meam in
his annotationibus relinquere sentẽtiã: quas eru
ditissimos (vt sunt oẽs fere homines natura ipsa
in sua quisq; professiõe cupidi vidẽdi & cogno
scendi, quid alij senserint) lecturos satis confido.
Nec illud ip̃m ob id sum plane facturus: ꝙ putẽ
profecturũ aliqd esse me cõtra obduratos mul-
torũ ea in re animos: Sed vt alios fortasse, quos
nõ pudebit discere: quę nesciant: in meam addu
cam sentẽtiam. Nec vero in locum hũc rem dif
tuli: ꝙ defuerit alibi illius testãdę occasio: Cum
non Horatiani solum sed cæterorum probatissi
morum codices eo, quem sum dicturus: scateant
loquendi vsu: Verum eam potius ob rem: ꝙ ac
cõmodatius visum est ibi nos aliquid præter ea,
quæ alibi casu & quadã quasi necessitate coacti
diximus: de grammatica dicere: vbi de Poetica
exorsus est dicere Horatius. Affirmant omnes
fere Grãmatici & illorum opinionibus imbuti
in passiuorum verborũ constructione, personã
agentẽ (vt eorum verbis vtar) in auferendi sem
per casu locãdam: imo, si dandi eam casum sor-
titã inuenerint: vt visa mihi, lecta mihi, cognita
mihi, amata mihi, & alia id genus: dandi casum
pro auferẽdi positũ effutientes exponunt mihi
pro a me & alias eiusmodi ineptias ac stultitias
ita vt verba omnia passiua, quãtum ad agentem
personã attineat: eiusdem esse naturę asserere vi
deantur. In quo nõ possum satis admirari tantã
inesse illis cæcitatem: vt non dignouerint hacte-
nus diuturna ꝓbatissimorũ lectiõe, illorũ loquẽ
di vsum sibi ipsis oĩno repugnare ac refragari:
& aliud oĩno esse: cũ ablatio fiat: aliud: cũ acqsi-
tio. Rectissime em̃ dicemus lectio audit̃ a me &
audit̃ mihi: & liber emit̃ a me & mihi & alia. Sed
diuersa oĩno significam⁹. Audit̃ em̃ a me lectio
& emit̃ a me liber: cũ lectionẽ alijs ip̃e lego: & li
brũ vendo. Rursus audit̃ mihi lectio: & emit̃ mi
hi liber: cũ alius mihi lectionẽ legit & librũ ven
dit. Sed in prioribus exẽplis fit ablatio: in secun-
dis acquisitio: & dandi casus in illis ꝓpriũ ac suũ
obtinet locũ: & ꝓ dãdi casu ponit̃ nõ auferẽdi.
Et ne aliunde q̃ ab eodẽ Horatio exẽpla petan-
tur, is Ode prima dixit.

Grãmaticorũ oĩm sñia de ꝑsona agẽte ĩ verbis passiuis.

Mihi ꝓ a me nõ recte.

De ablatiõe & acqsitione scitu dignissima.

Metaq; feruidis euitata rotis: non a rotis.
Eadem Ode dixit.
Seu visa est catulis cerua fidelibus. nõ a catulis.
Ode sexta.
Scriberis Vario fortis & hostium victor. non a
Vario. Ode vigesimaprima.
Latonãq; si p̃mo dilectã penit⁹ Ioui. nõ a Ioue
Ode vigesimaquarta.
Auditã moderere arborib⁹ fidẽ. Nõ ab arborib⁹
Ode vigesimasexta.
Quis sub arcto rex gelidæ metuatur oræ. Non a
gelida ore.
Ode trigesimatertia.
Sic visum veneri. non a venere.

Exẽpla ex Horatio.

Et, ne omnia persequar: quod quidẽ esset oĩ-
no superfluum: dixit hoc loco Horatius noster.
Cui lecta potenter erit res: nõ a quo, & deinceps
alia, quæ sequuntur in eius alijs operib⁹, quę qui
dem ipsa apud probatissimos alios auctores fre-
quentissima inuenies. Quinetiam tantam habet
vim (vt de ablatione ad vlteriora non pergam)
ea, quam dixi: acquisitio: vt præpositionum ac
verborũ naturã videatur ĩmutare & alios casus
q̃ sibi accõmodatos & q̃si peculiares attributos
illa ipsa exigere & amare. Dixit em̃ Horati⁹ no
ster Ode quarta libri. iiij.
Carthagini iam non ego nuncios
Mittam superbos. Non carthaginem, vt motus
ille ad locum in proprijs locorum nominibus vi
detur exigere. Dixit Virgilius (vt alibi hæc ipsa
quam in Horatio doceamus obseruata) Infer-
retq; deos latio, non latium: & carminis tamen
ratio, cuius clypeo solent multi se ꝓtegere: ęque
Carthaginem & latium ac Carthagini & Latio
patiebatur. Dixit idem Virgilius. Nostris appu-
lit oris, allabitur oris, cæco carpitur igni, dilecta
sorori: & alia eiusmodi multa. Cũ saluis alioqui
carminis legib⁹ æque dicere potuisset oras igne
& sorore. Dixit idem Virgilius. It clamor cælo.
nõ ad cælum. In quo illud quoq; annotandum
duxi, in hoc differre it cælo & it ad cęlum (vt ip̃e
quidem sentio) ꝙ it clamor ad cælum recte dici
mus, cum a nobis motus clamor cælum petit.
It cælo, cum peruenit ad cælum, & illius cælo
fit acquisitio, ita vt plus omnino sit dicere it cla/
mor cælo quã ad cælum. Dicimus etiam sum ru
ri Tyburi Carthagini, cum latine loqui volu-
mus: nõ rure Tybure Carthagine. Qua qdem
in re (vt supersedeam ab adducendis multis pro
batissimorum auctorum exemplis) astipulatus
est mihi Seruius grammaticorum (ni fallor) opti
mus: qui in quarto Aeneidos in interpretandis,
quos subijciam, versibus
Dardaniũq; ducem, Tyria Carthagine qui nũc
Expectat: fatisq; datas non respicit vrbes:
Alloquere: & celeres defer mea dicta ꝑ auras.
Exposuit & affirmauit positum esse aduerbiũ
de loco pro in loco. Idẽ affirmauit in eodẽ libro
quarto super versibus, qui sequuntur.
Nõ ego cũ Danais Troianã excindere gentem.
Aulide iuraui. Ita vt Carthagini & Aulidi in dã
di casu exposuerit fuisse dicendum nisi carminis
ratio obstitisset: nõ Carthagine & Aulide. De q
bus abũde etiã nos diximus in nr̃o grãmatices
cõpẽdio: cũ de aduerbijs localib⁹ tractauim⁹. Di
cim⁹ eadẽ rõne, res est mihi cordi nõ corde. Ho-
nori sũ tibi & voluptati: nõ honore & volupta
te & alia id genus infinita. Sed, quoniã hæc ipsa
(vt arbitror) sunt luce clariora: ita vt plurib⁹ nõ
videantur indigere probationibus: duxi canen-
dum tandem ea in re vt notissima receptui: mo-
do illud tantum adijciam: qđ non erit fortasse ab
re. Gispertum meũ Senilem Rapollanũ præsu-
lem aliquando in contentione aliqua super ea re
habita obiecisse mihi ad confutandam meã hanc
opinionem ac refellendam non argute minus q̃
erudite exemplum quoddã ex Fabio libro secun
do institutionũ eo loco: vbi tractat de lectione
oratorum & historicorũ apud Rhetorẽ: qđ qui-
dem tale est. Nõ omittendum videtur id quoq;:
vt moneã q̃tum sit collaturus ad profectũ discẽ
tium Rhetor: si, quemadmodum a grammaticis
exigitur poetarũ enarratio: ita ipse quoq; histo-

exẽpla ex Virgilio.

It clamor cęlo & ad cælum.

Plus ẽ it cęlo q̃ ad cælum.

Sum ruri non rure Carthagini nõ carthagine.

Seruius.

Bonfinis sententiã cõfirmat.

Res ẽ cordi nõ corde.

Gispert⁹ Senilis.

Fabius.

riç atq; etiã magis orationũ lectione susceptos a se discipulos instruxerit. In quo quidem exemplo cũ duo sint ablatiui casus, videlicet a grãmaticis exigit: & a se susceptos: & prior ablationẽ posterior acquisitionẽ continere videatur: facile immo apertissime apparebat esse me conuictum in sententia de acquisitione: cum a se nõ sibi susceptos dixisse videretur Fabius. Sed, quod sæpe solet in subitis contingere casibus: vt excitum ingeniũ nõ oppressum plus assumere virũ videatur: statim subieci ac respondi ad se susceptos legendum esse non a se: & hoc ipsum ita nunc affirmo: vt: rẽ aliquã certissimam affirmare sum solitus & tutari. Peropportuneq; ad meã eiusmodi opinionẽ cõfirmãdam inter voluendas Fabiani codicis, q tunc erat in manibus: chartas vltro mihi sese locus obtulit libro quinto: vbi de ꝓbationũ diuisione Fabius tractat ac differit: q talis est. Sufficiebãt alioqui libri duo a Domitio afro in hanc rem cõpositi: quem adolescentulus senẽ colui: vt non lecta mihi tãtum ea, sed pleraq; ex ipso sint cognita. Quo quidem in loco, cum in participio illo compositi fiat ea, quam dixi: ablatio: a Domitio afro dixit Fabius in auferendi (vt probatissimorũ omniũ est vsus) non Domitio in dandi casu: & lecta mihi & cognita (vt exigit acquisitio) nõ a me: & ex ipso/a quo fit ablatio: nõ ipsi. Fuerunt & alij viri vtq; doctissimi: qui Catullianum illud obijcerent.

Fabij locus emẽdatus.

Fabius.

Nulla potest mulier tantum se dicere amatam
Vere: q̃tum a me Lesbia amata mea est.

Sed in eo fieri etiam eam, quam dixi: ablationem affirmaui, vult em̃ ostendere Catullus a se factũ fuisse: qui miris laudibus extulit & suo carmine nobilem reddidit Lesbiam: vt illa multis amaretur. Pleruq; em̃ accidit: vt, cum videamus aliquam vel aliquẽ viro alicui doctissimo & magni in amore iudicij amari: nos quoq; rati ad id causas esse aliquas vehementes, illam vel illũ vehementer amemus: amoris autẽ nostri causa ab illo proficiscatur: qui eam vel eũ sibi amicã vel amicum delegit: & ob id a me amata dici potest æque ac mihi: sed in priore fit ablatio, in posteriore vero acquisitio. Et, quoniã præter Arcadicos & Bœotios, de quibus nõ est mihi curç: sine pluribus exẽplis: quç sunt infinita: satis ꝓbatum in oĩbus alijs meã: quã dixi sententiã nõ cõfido solum: sed plane etiam pro re certissima teneo: his omissis ad alia duxi properandum.

Annotatio. LXXIII. in eadem Poetica.

Ordinis hçc virtus erit & venus (aut ego fallor)
Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici:
Pleraq; differat: & præsens in tempus omittat.

Vltimus hic versus: cũ satis ambiguus videri possit: & in eo interpretãdo nullus mihi interp̃tum satisfecerit: dignus & is quoq; visus est: in quo aliquid dicerẽ. Placet igitur mihi. vt aut ꝑ præsens ad auctorem referatur nõ ad tempus: & sit præsens. i. operi suo fauens: aut si ad tempus oĩno referendum est: sit talis ordo, auctor pleraq; differat, & omittat præsens. s. tempus in tẽpus. i. aliud: non autẽ omittat. s. pleraq; in prçsens tempus. i. in tempus illud, quod tunc erit præsens. in quo deprehendere videar absurdi nescio quid equidem & absoni.

Ordo & sensus.

Annotatio. LXXIIII. in eadem Poetica.

Reddere qui voces iam scit puer: & pede certo
Signat humum: gestit paribus colludere

Equidẽ hoc loco ꝓ re tã certa, q̃ quç certissima est, affirmare ausim cũ ꝓ qui legẽdũ esse, vt sit cũ. i. qñ puer scit reddere voces: hoc est infantiam ipsam euasit: & certo pede signat humũ, gestit colludere paribus. alias significare visus esset Horati⁹ illos solos, qui ea ipsa facerẽt: gestire paribus colludere, nõ autẽ pueros oẽs: tanq̃ etiã illi, qui nescirent reddere voces: & pede certo nõ signarẽt humũ, non gestirent colludere paribus. Sunt em̃ nõ pueri solũ multi, sed plane etiã adolescẽtes iuuenes & senes, q & muti sunt & claudi, & ita infausto nati sydere, vt ea præstare nesciant & nequeant: & tñ gestiunt colludere paribus. signaťigiť hoc loco tẽpus & çtas, qua fiant: nõ autẽ ille, q ea faciat. Et ꝓpterea cũ scit reddere voces legendum est: non qui scit reddere.

Cũ ꝓ qui legendũ.

Annotatio. LXXV. in eadem Poetica.

In scçnã missos magno cũ pondere versus,
Aut operç celeris nimium curaq; carentis
Aut ignorare prçmit artis crimine turpi:
Nõ quiuis videt immodulata poemata iudex:
Et data Romanis venia est indigna poetis:
Idcirco ne vager: scribã q; licenter: an omneis
Visuros peccata putem mea?

Et si temerariũ videť esse rem aliquã affirmare contra omnes, quos habemus, codices: & ita sui ipsius iudicio quemq̃ confidere: vt cçteros oĩno aliter sentientes spernat: ac ꝓ nihilo ducat: a quo equidem crimine in primis abhorreo: audebo tamẽ equidem pro re certissima affirmare in primo versu q; coniũctionem reponẽdam esse loco cum præpositionis: vt sit.

In scçnam missos magno q; pondere versus. & sit ordo. An idcirco vager scribamq; licenter? an putem omnes visuros peccata mea? q;. i. qa non quiuis iudex. i. quicunq; videt immodulata poemata: premit versus missos magno pondere in scçnam crimine turpi operç nimium celeris carentis cura, & supple iterum q;. i. quia data ẽ indigna venia a Romanis poetis.

Q; ꝓ cũ legẽdum.

Annotatio. LXXVI. in eadem Poetica.

Sunt delicta tamen quibus ignouisse velimus:
Nam neq; chorda sonum reddit: quem vult manus & mens:
Poscentiq; grauem persæpe remittit acutum:
Nec semper feriet, quodcunq; minabitur arcus.

In vltimo versu cuicũq; reponẽdũ esse ꝓ qđ cũq; eruditorũ neminẽ iturũ inficias crediderim. Nã, si ꝓnomini q quç qđ & alijs id gen⁹ accesserit particula cũq;. vt qcũq; quçcũq; qđcũq; vbicũq; vndecũq; quacũq; quocũq; quorsumcũq; vtcunq; & alia, siqua sunt: sine dubio eiusmodi dictio duo reqrit verba, vt amo quicũq; doctus est. i. omnẽ hoiem qui doctus est: & ita vt semꝑ in eodẽ casu ponať, in quo debet esse relatiuum, vt in nr̃is grãmaticis institutionib⁹ abũde docuimus & ꝓximo apparet exẽplo: in quo qcũq; diximus nõ quecũq;. Erit igitur Horatiani versus ordo. Nec arcus semꝑ feriet: cuicũq; minabiť. i. oẽ illud cui minabiť. In quẽ errorẽ pudet me referre quãtç æstimatiõis hoies viderim incidisse dicentes subiturus sum pro te, quçcũq; ꝑicula. i. omnia pericula & alias eiusmodi ineptias. Cum aliud omnino verbũ latina locutio postulet: vt subiturus sum pro te: quçcũq; ꝑicula subire debet pro amico amicus. Quinetiã & illud repetẽdũ hoc loco duxi, in dictis meis grammatices institutionibus dictũ esse idem significari, si eadẽ pars geminetur remota cunq;, vt quisquis quid quid vtut vbiubi & alia, ita vt idem sit dicere, faciam quodcũq; voles, & faciã quicqd voles.

Cuicũq; ꝓ qđcunq; legẽdũ

De particula cũq; si accesserit alijs partibus.

Multorũ error.

Pars geminata vt quisquis.

Annotatio. LXXVII. in eadem Poetica.

Syluestres homines sacer interpresq; deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus.

De cçdib⁹ hic intelligẽdũ arbitror, quas inter se illius tẽpestatis hoies exercebant: nõ de cædi-

Contra Acronẽ.

bus bestiarum & ferarum:vt voluit Acron.

Annotatio.LXXVIII. in eadem Poetica.

Sic honor & nomen diuinis vatibus atq3
Carminibus venit:post hos insignis Homerus
Dircęusq3 mares animos in martia bella
Versibus exacuit.

Interpretes oēs pręter Landinū dircęum illum fuisse Poetam tradunt claudum ac deformem: quem Athenienses lacedęmonijs contra Messenios ducem ex oraculo petitum dederūt:de quo abunde Iustinus libro tertio.sed,quoniam Iustini codices Tyrtęum habent:annotandum duxi placere mihi Tyrtęū pro dircęo reponi:nisi velimus(vt Landino placuit)cōtra aliorū sententiā,quę mihi longe magis probat q̄ Lādini:Dircęū ꝑ Pindaro accipe quasi Thebanū,a Dirce fonte Thebano:de q̄ supra libro quarto Ode.ij.

Iustinus.
Tyrtæū ꝓ dircæo legēdum.
Lādini sētētia nō i/probāda.

Multa Dircęum leuat aura cygnum.

Annotatio,LXXIX. in eadem Poetica.

Et vitę monstrata via:& gratia regum
Pierijs tentata modis ludusq3 repertus.

Etsi oēs alij interpretes de ludo tacent& solꝰ Landinus ludū dictū hic ab Horatio existimat propter comedias:quę i ludis adhibeant̄:Tn̄ ipse non censere solum & opinari sed affirmare q̄ꝙ ausim Horatium intellexisse de lyrico versu: quo Ludi describebantur.de quo etiam supra.

Ludus ꝓ lyrico versu accipiēdus.

Musa dedit fidibus diuos puerosq3 deorum
Et pugilem victorē & equū certamie primum
Et iuuenum curas & libera vina referre.

Et propterea subiecisse post videtur Horatius.

Ne forte pudori
Sit tibi musa lyrę solers & cantor Apollo.

MATTHAEI BONFINIS ANNOTATIONES in Horatianis sermonibus.

Annotatio.LXXX. Sermone primo.

Cętera de genere hec adeo sunt multa: loquacē
Delassare valent Fabium.

Equidē,cū Horatius adeo sunt multa dixerit, id est tam multa:& eiusmodi particulas vt coniunctio subsequi consueuerit:& id vtiq3 cum illæ pręponantur:affirmare nō dubitabo i secundo versu reponendū esse.Lassare vt valeāt Fabium,pro Delassare valent Fabium.

Lassare vt valeant ꝓ delassare valent.

Annotatio.LXXXI. Sermone secundo.

Sunt:qui nolunt tetigisse nisi illas:
Quarū subsuta talos tegat instita veste.

Instita matronalis videtur esse vestis ad medios demissa pedes:vt in primo de arte amandi testatur Ouidius his versibus.

Instita quæ sit.

Este procul vittę tenues insigne pudoris:
Quęq3 tegis medios instita longa pedes.

Vnde fit vt mirari cogar voluisse iterpretes fasciolam esse istitam vesti subsutam vel assutā. Sed esto sit sane fasciola:& lōgā illā appellemꝰ (ne contrarij sint interpretes Ouidio) ꝙ lōgam esse oporteat:si ea vestis vniuersa sit ambienda: Quid tandem ea de re dicemus:ꝙ subsutam vel assutam esse vesti affirmāt? Cū subsuta auferendi sit casus:& cū veste cōueniat nō cū instita.Et propterea equidē,vel ꝙ vestis sit instita,vel ꝙ fasciola:illud affirmare nō dubitauerim, si Horatij mentē inuertere nolumus:vt supra vestē esse institam omnino intelligamus non sub veste.

Annotatio.LXXXII. Sermone tertio.

Concute nunquid tibi vitiorum inseuerit olim
Natura aut consuetudo mala.

Sic habent aliq codices & quidē male:nā versus oino claudicaret:aliq vero & presertim recētius emendati & impressi nū qua pro nū aliqua: & ita legūt oēs iterptes:qd' mihi durū videt̄ & absonū:tū ꝙ versus magis(ni fallor)exigit: vt nū quis & nunqd solū dicamꝰ:quā nunquis nūqua nunquid:vt aliqs aliqua aliqd & id genꝰ alia:tū ꝙ alienum videtur esse ab Horatij nostri cando re:si dicamus num aliqua natura. Et propterea, etiam si fateri velim ita dici posse:magis tamē mihi probabitur:si legamus num tibi quid,ꝓ nunqua tibi.i.num aliquid vitiorum.

Nnnqua nō recte.

Num tibi qd ꝓ nūqua legendum.

Annotatio.LXXXIII. eodem sermone.

At nos virtutes ipsas inuertimus:atq3
Sincerum cupimus vas incrustare : probus quis
Nobiscum viuit:multum demissus homo:illi
Tardo cognomē pīgui damꝰ: hic fugit omneis
Insidias:nulliq3 malo latus obdit opertum:
(Cum genus hoc inter vitę versetur vbi acris
Inuidia atq3 vigent vbi crimina)pro bene sano
Ac non incauto fictum astutūq3 vocamus.

Dignus & hic quoq3 locus visus est:q nō pręrmittatur itactus:adeo illum ꝑperā & iuerse. Acron interpretatus est.Nam,cum egregie quidem & cōcinne quandam ostendat Horatiꝰ noster virtutum ac vitiorū ob eam,quā habere videntur inter se affinitatem,inquorum ac malignorū interpretatione,siue(vt signatiꝰ dicamꝰ) non rectā appellationem:appellat Acron hominem,qui prudentia sua & sapientia maledicorū fugeret insidias:neq3 apertū illis pręberet latus: non fictū & astutum,vt Horatius:sed stultum. Ita vt professus plane sit Horatij se mētē ac sensum clarissimum nō intellexisse. Dicit enim ille ipse Acron.Hic fugit oms insidias:id est, si non vult se admiscere isidiosis & nullum lædere:stultum appellamus,cū de stulto nullam fecerit Horatius mentionem.Immo spernendus videretur vnus hic error:nisi & alius maior necessario sequeret̄:ꝙ versus supra notatus Hic fugit omes insidias & alia,nullum videretur habere nexum cū sequentibus:a quibus salua auctoris sententia & latine loquendi ratiōe separari nō potest. Est igitur tal s ordo & sensus. Hic.i. alius quispiam fugit oēs insidias,id est prudentia sua & vitę integritate vitat insidiantiū morsus:& obdit,id est opponit latus apertum & nudum nulli malo: quemquidem ipsum,cum deberemus nos recte appellare bene sanum:ac sapiētem & non incautum.i.prudentē:appellamus fictum & astutum Cū versetur inter hoc genꝰ vite:vbi viget acris inuidia.& vbi vigent crimina.Ita vt hec vltima sint quasi per parenthesim interposita:& sit omino necessariū:vt mutuo sibi respōdeant cętera. Locum hunc Porphyrio non attigit. Landinus vero ita egregie ac recte interpretatus est:vt tacendū fuisset mihi:nisi voluissem Acronis sententiam refellere & rem ipsam latius exequi.

Contra Acronē.

Aliꝰ Acronis error.

Verus ordo & sensus.

Annotatio. LXXXIIII. Sermo.quarto.

Sulcius acer
Ambulat & Captius rauci male cūq3 libellis
Magnus vterq3 timor latronibus.

Ita habent omnes codices.Ego vero reponēdum censeo raucus pro rauci: vt sit male raucus id est non satis adhuc raucus:ita vt acer sit epitheton vnius.raucus vero alterius. Absurdum enim videretur esse dicere rauci numero multitudinis:cum ante dixisset acer.

Raucus ꝓ rauci.

Annotatio.LXXXV. Sermone quinto.

At illi fœda cicatrix
Setosam læui frontem turpauerat oris
Campanum in morbum.

Hoc loco,q̄q̄ non videt̄ repugnare:vt in legamus:melior tamen erit(ni fallor)lectio:si in præpositione expuncta ob illius loco reponamꝰ: vt sit ob morbum.i. loquacitatē & sermonis fœditatem:quā affirmant illis esse peculiarem.

Ob ꝑ in legendum.

Annotatio.LXXXVI. eodem sermone.
Nam vaga p veterē dilapsa est flāma Culinam
Vulcano summū pperabat lambere tectum.

In secūdo versu & copulā censeo reponēdā: vt sit vulcano & summū:nā sine copula careret iunctura verborū series.nisi remoto verbo ē.dilapsa remaneat participiū:& a syllaba i nominādi casu breuis positiōe sequētis dictiōis producatur.Quale est illud vt alias diximus. — Et copula addenda. Alia lectio.

Quid gladium demens Romana stringis in ora?

Annotatio.LXXXVII. Sermone sexto.
Nō,qa Mecœnas, Lydorū quicqd Hetruscos
Incoluit fines:nemo generosior est te:
Nec,q auus tibi maternus fuit atq; paternus:
Olim qui magnis legionibus imperitarint:
(Vt plerics solent)naso suspendis adunco
Ignotos vt me libertino patre natum:
Cum referre negas quali sit quisq; parente
Natus:dum ingenuus.

In ordinādis his versib⁹ vult Acrō suppleri habes verbū vt sit.nō quia habes Hetruscos fines: quos incoluit quicqd lydorū fuit. Quib⁹ ex verbis(vt plures ei⁹ errores vno loco doceam⁹) in primis colligere possum⁹ nullos alios existimasse illū fuisse Lydos:nisi q Hetruscos fines incoluerūt:quod plane maxime falsum est & a veritate multū alienū.Sed parū videri poterat Acro nē perperā & inuerse (vt paulo post ostēdam) verborū seriē ordinasse:nisi sēsum quoq; suprascriptorū versuū eū diceret esse q Horatij nri sniē & voluntati maxime cōtrarius videat.Dicit eni(vt eius verba referā)nō qa habes Hetruscos fines:quos incoluit qcquid lydorū fuit: nec eo:qa nemo est te generosior.i.neq; quia nobilis es:ideo derides ignobiles & libertinos. Quibus verbis apertissime videt significare Mecœnatē ipsum deridere quidē oīno cōsueuisse ignobiles: nō tamen prędictis de causis:nec alias causas aut affert aut pōt ex Horatio afferre.Vnde fit:vt nō solū verborū & versuū ordinē ac sensum ignorasse visus sit:sed (vt eius pace dixerim) sibi ipsi nō cōstitisse.Vult igitur ondere Horatius,quod passim & singulis fere horis experientia ipsa cōprobat:homines scilicet vere generosos(vt Mecœnas erat)alios homines virtute & ingenuitate ipsa nō gnīs vtilitate metiri:& a supbia alienos esse & abhorrere:quę illis alioq ppria est & peculiaris qui virtutis penitus & rerum fere omniū ignari ad honores ac dignitates sola fortunę temeritate aut malis artibus sunt euecti:quę monstra hisce pręsertim tēporibus & nostra hac tēpestate sunt frequentissima. Supbia igit inquā illi ipsi & fastu quodā elati cæteros homines despicatissimos habent ac derident:etiam si virtutibus omnibus sint prediti:modo paupertate premantur.Diuitię eni & opes apud illos in precio sūt, non virtus aliqua paupertatis comes. Laudatur enim illa:& tamē mēdicat i Romana pręsertim curia:i qua oīa sunt venalia:& nullus est relict⁹ industrię locus.Sed his nūc omissis,in qb⁹ versari diutius:q fortasse licuit: loci opportunitas me fecit:& fortunę meæ præterea iniqtas:redeo vnde diuerteram.Est igitur verus ordo : o Mecœnas nō suspēdis naso adūco.i.nō despicis & derides ignotos.i.ignobiles & vili genere natos : vt scilicet nō despicis me natum patre libertino:vt plerics solēt.s.facere:cum referre negas quali parente sit qsq;,quia nemo Lydorū(quicqd incoluit fines Hetruscos)est generosior te. Nec scilicet suspēdis & cætera:q auus maternus tibi fuit ac paternus:q magnis legionibus imperitarint. Et sic laudat Horatius noster Mecœnatis genus vt sepe fecit:ac eius humanitatem simul & probitatem.Sed illud etiam hoc loco non prætermittam:vt affirmem in penultimo loco versu supra notato rectam latinæ linguæ rationem exposcere: vt neges legamus non negas. — Acronis ineptiæ & error. Acronis verba. Refellitur Acronis sententia. Generosi viri a superbia alieni. Nostræ tempestatis monstra. Paupertas. Diuitiæ. Neges p negas reponēdū.

Annotatio.LXXXVIII. eodem sermone.
Nā,vt qsq; insanus nigris mediū impedijt crus
Pellibus:& latum demisit pectore clauum.
Audit continuo quis hic?aut quo patre natus?
Vt,si quis egrotet:quo morbo?Barrus haberi
Vt cupiat formosus(eat quacūq;)puellis
Injiciat curam quærendi singula:quali
Sit facie sura quali pede dente capillo.
Sic,qui promittit ciues vrbem sibi curæ
Imperium fore & Italiam & delubra deorum:
Quo patre sit natus,nū ignota matre inhonest⁹
Omnes mortales curare:& quærere cogit:
Tu ne Syri Damæ aut Dionysi filius audes
Deijcere e saxo ciues aut tradere chamo?

Landin⁹ noster in quarto versu i verbis, quo morbo Barrus(quæ quidē ipse cōiungit) pueriles videt mihi referre ineptias & stultitias : quas pudet me omnes sigillatim persequi:qui satis illud esse duxi: vt admoneam hæc lecturos,nullo pacto placere mihi:vt Barrus nomē præcedē tibus duobus verbis siue dictionibus ac partibus iungatur.Erit autē in primis quatuor versibus ordo.Nam continuo audit quis homo hic?aut quo patre natus?vt quisq;.i.vbi primum aliquis insanus impedit medium crus nigris pellibus:& demisit latum clauum pectore id est senatoriam dignitatem est adeptus & assecutus:Vt supple audit quo morbo.s.laborat & tenetur:si qs ægrotet.Sequens vero period⁹,cū satis sit perplexa: facile Landinum & alios traxit in errorē.Erit autem apertissima:si statim post nomen morbo sequatur vt aduerbiū:& expūcta vt particula prima quinti versus reponatur si cōiunctio hoc pacto.Vt Barrus haberi si cupiat formosus.& erit ordo.Sic qui pmittit fore sibi curæ ciues vrbem imperium & Italiā & delubra deorū: cogit oēs mortales curare quo patre si natus:num inhonestus.s.sit ignota.i.ignobili matre?& supple cogit quærere.i.interrogare.tu ne syri filius damæ, aut Dionysij audes deijcere e saxo.s. capitolino ciues aut tradere Cadmo vel chamo? vt Barrus (quacūq; eat)injciat curam puellis quærēdi singula quali sit facie sura quali pede dente capillo, si cupiat haberi formosus. In tribus autē vltimis versibus tria sunt attendenda.Primum:vt separemus infinitiua curare & qrere : & alterū superioribus iungamus:alterum sequentibus(vt ordinaui).Secundū:vt Syri damæ duas esse partes intelligamus non vnam(vt alij fecerunt). Tertiū:vt Prudentioribus,& diligentioribus iudicādum relinquamus cadmo ne legēdū sit(vt Acrō & Porphyrio voluerunt)in chamo pro vinculi genere(vt voluit Landinus). — Lādini ineptiæ. Barr⁹ nomē sequētib⁹ iungē dū nō pręcedentib⁹. Ordo prime periodi. Vt a sueriū adden da pticula Si p vt reponenda particula. Tria attēdēda in vltimis trib⁹ versib⁹. Cadmus & chams

Annotatio.LXXXIX. eodem sermone.
Si neq; auaritiam neq; sordes aut mala lustra
Objiciet vere quisq; mihi.

Exponunt omnes hoc loco lustra pro lupanaribus:ego vero,cum cōsiderem Horatiū sępissime non solum fassum esse veneri se deditū, immo fere gloriatum:& eam suis scriptis nūq dāmnasse,immo dixisse in superioribus.
Quidā notus homo cū exiret fornice:Macte
Virtute esto inquit sententia dia Catonis.
Nam/simul ac venas inflauit tetra libido:
Huc iuuenes equum est descendere. nō alienas
Permolere vxores.& alia eiusmodi permulta:facile equidem adducor:vt aduerser aliorum inter

pretũ sententiæ: & affirmem Horatium ipsum lustra pro tēporibus posuisse non pro lupanari bus: & ppterea exponēdum cēseo mala lustra.i. male & frustra dispensata tēpora nō lupanaria.

Lustra p tpib⁹ nō lupanari/bus.

Annotatio.XC. eodem sermone.

Causa fuit pater his: qui macro pauper agello
Noluit in Flauij ludum me mittere magni:
Quo pueri magnis e centurionibus orti
Læuo suspensi loculos tabulasq; lacerto
Ibant octonis referentes idibus æra.

Duo.i su prascri/ptis versi bus aliter interpre-tanda.

Duo sũt his i versib⁹: q̃ magis mihi placebũt: si aliter interptabimur. Alterũ: vt loculos tabularũ intelligamus nō pecuniarũ: quas pueri, dũ liberalib⁹ dant artibus operā: nullas fere habent: & tabulas eas esse: in q̃bus discendi gr̄a pueri cōputa quędā siue calculatiōes describunt: non autem in q̃bus data & accepta annotarētur: vt Lādin⁹ vult. Alterũ vero: vt octona æra.i. octonos asses, q̃ merces erat magistri: & idibus persoluebāt (vt sentit Acron) legamus non octonis idib⁹ id est octauo die mēsis vel Idib⁹ octaui mēsis (vt Landinus & id quidem satis inepte interpretat̃) in q̃ in accusandi casu a syllaba nō repugnabit: que sit finalis sit dictiōis & principiũ pedis, sępissime a Poetis pducit: q̃q̃ natura breuis: vt Ouidius i heroidibus. Mittit Hypermestra de tot modo fratribus vni. Et alia permulta exempla: pro ut latius in nostro grammatices compēdio & in superioribus etiam annotationibus abunde ostēdimus:

Contra Lādinũ.

A sylla/ba breuis pducta: si pricipi/um sit pedis.

Annotatio.XCI. Sermone nono.

Accendis: quare cupiam magis illi
Proximus esse: velis tātũmodo (quę tua virtus)
Expugnabis: & est: qui vinci possit: eoq;
Difficiles aditus primos habet: haud mihi deero:
Muneribus seruos corrumpā: non/hodie si
Exclusus fuero: desistam: tempora quęram.

In his versib⁹ Lādinus vult garrulũ illũ molestissimũ, q̃ Horatio nr̄o oblat⁹ est: dicere verba: accēdis quare cupiā magis illi pxim⁹ esse: & Horatiũ respōdere: velis tātũmodo (quę tua virt⁹) expugnabis: & est q̃ vinci possit: eoq; difficiles aditus primos habet: & garrulũ pgere: haud mihi deero & alia. Ego vero hui⁹sum opinionis: vt incipiendo a verbo velis oīa dicat garrulus. Nā si bene pensent superiora ac ĩferiora: nulli videri quidē debet verisimile Horatiũ ea verba fuisse locutũ: q̃ illũ ad garriēdũ poti⁹ inuitare potuisse videret̃ q̃ a garrulitate deterrere. In qua opiniōe me Acrō cōfirmauit hæc verba dicēs. Velis tātũ mō.i. si volueris me cōmēdare: impetrare possis hō tātę virtutis. q̃bus aptissime declarat garrulũ illa fuisse locutũ ad Horatiũ. Sed pgēs i exponēdo videt̃ sibi cōtrari⁹ eē & aduersari: cũ hęc dicit: opus est inquit, hoc solũ: vt velis ei amicus esse & alia quæ sequunt̃. Innuit etiā Acron Horatiũ ridentē rephēdisse garrulũ: adducitq; Persij versum: Oē vafer vitiũ ridenti Flaccus amico tāgit. Ego vero nullā aut a garrulo sollicitudinis aut ab Horatio molestię pleno risus causam video potuisse interuenire: & nihil minus cogitasse crediderim tunc Horatium reprehendendo & serēdo cum illo sermonem: cum alioqui totus ĩ illud vnum penderet: vt aufugeret & vitaret garrulũ sabellæ anus vaticinio admonitus.

ver⁹ sen/sus cōtra Landini ineptias.

Acron.

Contra. Acronē.

Annotatio.XCII. Sermone decimo.

Pollio regum
Facta canit pede ter percusso forte: epos acer
Vt nemo varius ducit: molle atq; facetum
Virgilio annuerant gaudentes rure camœnę.

Ita habent oēs, q̃ mihi sunt oblati: codices: & multi multa sup his dicũt minime (vt ipse quidem sentio) cōgruentia. Nam pueriles omnino referũt ineptias: q̃ post primā clausulā, cuius talis & verus est ordo: Pollio canit facta regũ per cusso ter forte pede.i. trimetro iābico: ita distinguunt & ordināt duas alias sequētes. Nemo ducit epos.i. epodos (q̃d vult Acron): vt acer Varius: camœnę gaudētes rure annuerāt molle atq; facetũ carmē Virgilio: nam neq; mollis neq; facetus est in Georgicis Virgilius, imo honestatis & grauitatis plenus. in quo dicerē sentire mecũ Acronem: nisi is ita ambigue rem ac perplexe exponeret: vt vix possis elicere q̃d senserit: & molle atq; facetũ modo Vario tribuere videtur, modo Virgilio. Vario id quidem tribuit: cum dicit: Varius delicatũ versum cōponit.i. nemo vt Varius dulciter canit: Virgilio vero: cum sequitur molle atq; facetum annuerant Virgilio gaudentes rure camœnę: ac statim eam rē Virgilio admit: cum dicit: Virgilius nihil ioculare in Georgicis scribit. Porphyrio apertissime: molle ac facetum ad Virgilium refert. Et propterea (vt mea fert sententia) restituemus proprium Flacco cādorem: & rē apertissimum ex obscura & dubia faciemus: si epodum legerimus non epos: & rura nō rure: vt sit sensus & ordo: nemo ducit epodũ.s. carmē molle atq; facetũ vt acer Varius: et post ea adijciam⁹: Camœnę gaudētes ānuerāt.i. concesserant rura Virgilio.i. Georgica vt scriberet. Conijcere aũt possum⁹ tũc tēporis Virgiliũ Aeneida non fuisse exorsum & auspicatum.

ver⁹ ordo

Ambi/gua. Acronis interpre/tatio.

Epodum non epos legendũ: & rura non rure.

Annotatio.XCIII. eodem sermone.

Fuerit lucilius inquam.
Comis & vrbanis: fuerit limatior idem
Q̃ rudis & gręcis intacti carminis auctor.

Exponit landinus noster non dormitans sed profundo somno correptus, auctor.s. Homerus cum apertissime de lucio loquatur Flaccus.

Landini error.

MATTAEI BONFINIS ANNOTATIONES In secundo Sermonum. Horatij libro.

Annotatio.XCIIII. Sermone primo.

Ceruius iratus leges minitatur & vrnam:
Canidia Albutij/quibus est inimica: venenum:
Grande malum Turius: siquis se iudice certet:
Vt/quo quisq; valet: suspectos terreat. vtq;
Imperat hoc natura potens (sic collige mecum)
Dente lupus: cornu taurus petit.

Sũt q̃ in quarto versu vtrũq; vt p causa pręcedentiũ accipiant: & eiusdē esse significationis affirmēt & superioribus iungi & cōnecti: Mihi vero placet alterũ esse coiunctionē: alterũ aduerbiũ: & primũ ad supiora ptinere & reddere pręcedentiũ causam: tanq̃ si diceret quispiam: veni ad te supplex: vt aliq̃d impetrarē.i. aliq̃d ipetrandi gratia: secundum vero ad sequentia, & pro sicut pon: & imperat legamus non imperet: vt sit ordo: collige.i. aduerte & cōsidera mecũ.s. ea esse vera: & hoc p parenthesim legas: sic lupus petit hostes dēnte taurus cornu: & alia quę sequũtur: vt.i. sicut natura potens hoc imperat.

Alterũ vt cōiũctio alterũ ad/uerbiũ.

Imperat nō imperet legendum.

Annotatio.XCV. eodem sermone.

Cum magnis vixisse inuita fatebitur vsq;
Inuidia, & fragili quęrens illidere dente
Offendet solido.

Ita habent multi codices: & ita legit landinus noster: q̃ & hũc quoq; p more suo locũ ieptissime interpretatus est. Erit autem vera lectio: si dētem legamus non dente: & ita ordinemus: & inuidia quærens illidere dentē fragili.s. rei offendet scilicet dentē solido.i. re solida ac dura

Dentē p dente legendum.

Annotatio.XCVI. eodem sermone.

Sed tamen, vt monitus caueas ne forte negocij

Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum:
Si male condiderit in quē carmina: ius est
Iudiciūq;: esto: si quis mala: sed bona si quis
Iudice condiderit laudatur Cęsare: si quis
Opprobrijs dignum latrauerit integer ipse:
Soluentur risu tabulę: tu missus abibis.

Landini ridicula. Explosis Landini nostri ridiculis interpretationib9, quas persequi vniuersas ociosi nimiū esset (vt alias dixi) sensus & ordo verus talis erit: & Trebatius loquitur vir sapiētissimus: & legum peritissimus. Sed tamen ius iudiciumq; est: scilicet in eum: si quis condiderit mala, id est famosa Carmina in quē: vt monitus caueas: ne inscitia sanctarum legum incutiat tibi quid. i. aliquid negocij. Respōdet Horatius: esto: scilicet ius & iudicium. s. in eū: si quis mala. s. carmina condiderit supple in quē: ac pergens Horatius dicit. Laudatur iudice Cęsare: si quis bona. s. carmina cōdiderit: loquitur Trebati9: tabulę. i. subsellia soluētur risu. i. nimio cōfessus cachinno. Tu. i. ille (q' quis est) qui integer ipse latrauerit opprobrijs dignum: missus abibis pro abibit aliquis: vt intelligamus secundam personam pro tertia positā: vt passim fieri consueuit: si quis integer ipse latrauerit opprobrijs dignum.

Annotatio XCVII. Sermone tertio.

Quid enim differt Baratrone
Dones, quicquid habes: an nunq̄ vtare paratis?

Baratrōe duę partes cōtra ineptum lectionē. Ita legūt oēs interpretes: iungūtq; Baratro & ne partes duas in vnā: affirmātes Baratronē esse scurrā & triuialē: & eiusmodi partiū cōiunctiōe ita lectionē cōfundūt: vt ex ea nullus recte elici possit sensus. Et ꝓpterea separatim legēdas esse partes illas nō censeo solū, sed plane ēt affirmo: vt sit sensus & ordo. Quid enī differt dones ne Baratro qcqd habes. i. sine causa ꝑdas & ꝓfundas: an nunq̄ vtare paratis. s. reb9. i. ęque insan9 eris: si vel ꝓdigus fueris vel auaritię deditus.

Annotatio. XCVIII. eodem sermone.

Seruius oppidius Canusi duo prędia diues
Antiquo censu natis diuisse duobus
Fertur & hoc moriens pueris dixisse vocatis
Ad lectum: postq̄ te talos Aule nucesq;
Ferre sinu laxo donare & ludere vidi,
Te Tyberi numerare, cauis abscōdere tristem:
Extimui: ne vos ageret vesania discors:
Tu Nomentanū, tu ne sequerere Cicutam.
Quare per diuos oratus vterq; penates,
Tu caue ne minuas, tu ne maius facias id:
Quod satis esse putat pater: & natura coercet:
Præterea/ne vos titillet gloria: iure
iurando obstringā ambo: vter ædilis fuerit vestrum prætor: is intestabilis & sacer esto:
In cicere atq; faba bona tu perdas ve lupinis:
Lætus vt in circo spatiere: aut æneus vt stes
Nudus agris nudus nūmis insane paternis?
Scilicet vt plausus, quos fert Agrippa: feras tu
Astuta ingenuum vulpes imitata leonem.

Horatij volūtas. Nulli dubiū esse debet Horatiū nostrū supra notatis versibus velle homines ad aureā mediocritatem ac virtutes: quæ in illa plerunq; consistunt: hortari, & a vitijs deterrere. Et propterea Auli & Tyberij filiorū Seruij oppidij exēplo ꝓdigalitatē opponit auaritiæ, & vtrūq; vitium detestatur. Quæ cum ita sint: non satis admirari possum: quintodecimo abhinc anno neminem vnq̄ inuenisse me in multis, quas habui sup versibus his contentionib9: qui (vt mea fert sententia) non sit perperam & inuerse Horatij mētem & voluntatē interpretatus. Est enī (vt interpretes paulisper quiescere sinā) multorū immo omniū, quibuscum contendere mihi contigit: talis sensus & ordo. Præterea iureiurando obstringam ambo, intelligentes ambo accusandi casus esse: (quod equidem fateor esse posse) ne vos titillet gloria, id est ne sitis dediti gloriæ: ac pergūt: vter vestrum fuerit ædilis & prætor: is intestabilis & sacer esto. i. is testari non possit: & eius testimonium sit nullum: & sacer. i. maledictus sit (vt ita dicā) & execrabilis: quæ quidē verba sanę mētis nemo dixisset & filijs præsertim. Deliri ei senis & ebrij sine dubio esset dicere Iureiurādo obstringam ambo: ne gloria vos titillet. qd̄ ęque incongruum esset: ac si diceret obstringam vos iureiurando: ne famis aut sitis cupiditate afficiamini: qd̄ contingere non potest nisi i mortuis. Nam cum titillare significet sensum aliquem cum voluptate mouere: & ad cupiditatem nimiam trahere: qs non fateatur non solum iniquum esse patris iussum: qui ch habeat filios teneri cupiditate glorię: sed ad impossibilem filios rem astringere. Possumus enim abstinere ab aliqua re: sed illam nō appetere nisi extincto in nobis appetitu & sensu oīno non possumus. In eo enī consistit virtus: vt appetitum rationi obtemperare cogam9. Sapientissimi enī & sanctissimi viri natura ipsa & appetitu trahūtur in Venerē & alias eiusmodi res: sed, ab illis tanq̄ a malis abstinent. Nam nisi cupidita te illa afficerentur: nulla esset in abstinendo virtus. Ad hæc quo pacto persuadere videbit Horatius mediocritatē: si omnino rē aliquā vetet & prohibeat? Et propterea fateant necesse est voluisse Seruiū deditos quidē esse gloriæ & honoribus filios: sed admonuisse illos: ne cupiditate nimia gloriæ effecti mediocritatis fines trāscenderent: & magistratus suis meritis & virtutib9 nō muneribus & largitionibus adipiscerentur. Est igit ver9 ordo & sensus. Præterea ne gloria vos titillet. i. ne nimia gloriæ cupiditas & ambitio ꝑcipites vos agat: Iureiurādo obstringam. s. vos non ambo: quod nomen in nominandi esse casu velim nō accusandi: & depēdere a verbo fueritis: quod est supplenдū. Ambo inquam fueritis: & vter vestrū fuerit ædilis aut ptor (nā post pronomē vestrū addenda est aut ꝑticula) is. i. tu qui eris ædilis aut ꝑtor: esto. i. sis stabilis i te. i. cōfidas tibi: & innitaris ꝓprijs virtutib9: & earum grā des operā: vt ad dignitates promouearis: & sacer. i. veneratiōe quadā dignus sis: quales sunt qui magistratū gerūt: ita vt in te stabilis duæ sint partes nō vna (vt alij oēs voluere.) Est enim frequētissimus hic sermo: sis in te vl' apud te & alia id genus: vt in sequētib9, stas aio & penes te es. Nec est: q; aliqs mihi obijciat nō posse is pronomen pro secunda persona accipi: Cum is ęque ac ipse ad omnes referri possit personas: & si ad tertiam omnino referendū esset: non minus cōgrue in se legi posset q̄ in te: nec etiā illud: q; prima syllaba stabilis dictionis sit breuis: cū passim consueuerint auctores & poetę clarissimi (vt alias defensiones omittam) breuem syllabam longam facere vnius consonantis adiectione: vt in nomine relligio & alijs cōprobatur. Et propterea subdit Horatius noster & pergit.

Nō recte multorū ordo & sensus.

Vbi cōsistat virt9.

Mediocritas.

Ver9 ordo & sensus.

Aut particula addēda post ꝓnomē vestrum.

In testabilis duę ꝑtes non vna.

Is prono nomē ad omes personas referri pōt vt ipse.

In cicere atq; faba bona tu perdasq; lupinis
Lætus vt in circo spatiere? & alia quæ sequūtur.

Quasi dicat: vis ne tu ea teneri vecordia: vt largitiōibus ac muneribus paterna bona ꝓfundas in assequēdis honoribus? Quo loco illud quoq; adnotandum duxi: q; latus potius q̄ lętus censeā esse legendum & reponendum.

Lat9 potiꝰ q̄ lętus legēdum.

Annotatio. XCIX. Sermone Quarto.

Longa quibus facies ouis erit: illa memento
Vt succi melioris & vt magis alba rotundis

Ponere: nãq; marem cohibent callosa vitellum.

Mas pro meliore accipiẽdũ. Hic(q̃q̃ alij aliter sentiũt)equidẽ marem pro meliore accipiendum censeo. Est enim mas fœmina longe melior & pręstantior.

Annotatio.C. Eodem Sermone.

Languidus in cubitum iam se conuiua reponet
Vmber:& iligna nutritus glande rotundas
Curuat aper lances carnem vitantis inertem.

Vt vel vbi pro & reponẽdũ. Hoc loco nisi v: vel vbi reponam⁹ ꝓ & particula in secũdo versu posita: vt sit, vmber vt iligna: nec latina nec Horatiana videbitur esse lectio: in qua & copula nihil operaretur: & verbo iũ cõtextus esset icõgruus. Ordo. Erit autem ordo: vmber conuiua languidis iam se recũbet ĩ cubitum id est iam consurget: & se eriget ad comedẽdum vt vel vbi.i.postq̃ aper nutrit⁹ iligna glãde curuat rotundas lances vitantis carnẽ inertẽ.i.magistri conuiuij: cui sit fastidio caro iners & domestica: qualis domesticorum est porcorum.

Annotatio.CI. Sermone Quinto.

Cum te seruitio longo curaq; leuarit:
Et certum vigilans quartę sit partis Vlysses
Audieris hęres: ergo nunc clama sodalis
Nusq̃ est: vnde mihi tam fortem tãq; fidelem?

Ita habent codices omnes: quos videre mihi contigit: pręter quosdam nuperrime ipressos: q Dama habent. Ego vero/ & si fateor eo pacto melius consultũ esse syllabę quãtitati: q̃ si clama legamus: Tamẽ/ quia sensus nõ videt ꝓcedere: & ob eam/ quę poetis concessa est: licẽtiã æque videtur breuiari posse a syllabã in verbo clama ac in nomine hyla: vt Littus hyla hyla omne sonaret: & e in verbo vale: vt Vale vale iquit Iolla: & alię ĩ alijs: quę lõgæ sunt: q̃q̃ hę vltimę sũt pedis, illa penultima: non admodum verebor dicere & affirmare magis probari mihi: si clama legamus q̃q̃ Dama: ita tamen: vt duo ĩsuper his in versibus imutemus: alterũ: vt sodales vocandi casus numero multitudinis ꝓ sodalis nominãdi casus (vt multi volũt) & tunc pro nunc reponamus: vt sit sensus & ordo. Clama poti⁹ quã Dema legendum. Ergo tunc cum herus & dominus tuus leuarit te longo seruitio & cura moriens: & tu vigilans non autem ĩ somnijs audieris certũ.i.certe & pro re certa hæc scilicet verba vel ab illo dici vel ex illius testamento legi & recitari, Vlysses sit hæres quartæ partis.s.bonorũ: clama.s.tu vlysses: o sodales nusq̃ est.s.herus & dñs meus: vel nusq̃ est.s.alius huius similis: ac pergas, vnde.s.potero mihi comparare vel deligere vel aliud simile tam fortem.i.constantẽ in me.s.amando & de me benemerẽdo tamq; fidelem? Vel(quod magis mihi placebit) nusq̃ est.i. non est locus alius: vnde id est ex quo scilicet possim comparare mihi tam fortẽ tamq; fidelẽ. Et/ si velis omnino peruincere: vt Dama legamus nõ clama: q̃q̃ (vt dixi) non videtur procedere sensus & verborum series sine verbo aliquo: quo admoneat Vlysses quid facere debeat: cum fuerit leuatus seruitio & factus hæres: & qđ respõdeat superioribus: Accedam tamen equidem in sententiam: ne pertinax videar nimiũ: Sed illud nullo pacto placebit: vt Dama & sodalis eiusdẽ sint casus & per appositionem iuncti: quoꝝ alterum nominandi casus esse velim: alterum omnino vocandi & numeri multitudinis: vt sit ordo. Dama sodalis non recta lectio. Ordo. O sodales Dama nusq̃ est Quo enim pacto potest cõgruere: vt illum, cui inseruiuit: quod ex nomine illo longo seruitio comprobari potest: sodalem appellet. & eo præsertim tempore: quo ostentatione illa cõcepti doloris ex obitu & gratitudis aucupari studeas alioꝝ aĩos & volũtates?

Annotatio.CII. Sermone.VI.

De re communi scribæ magna atq; nouate
Orabant hodie meminisses Quinte reuerti.

In primo versu post nomẽ scribæ addẽda est & copula: vt sit Ordo: o Q uĩte.s.Horati scribæ addenda. Et copula addenda. atq; nouate orabant meminisses reuerti hodie de re communi & magna, id est ob rem communẽ & magnam.

Annotatio.CIII. Eodem Sermone.

Per totum hoc tempus subiectior in diẽ & horã
Inuidiæ: noster ludos spectauerat vna:
Luserat in campo fortunæ filius.

Contra Landinũ de fortunate filio. Fortunæ filiũ de Horatio intelligẽdũ reor non de Mecœnate (vt Landinus vult) qđ maxime absurdum esset & icongruũ. Astipulari videtur meæ huic sententie Acron. Cuius hæc sunt verba. Luserat in campo.i.si lusissem cum Mecœnate: omnes dicebant, ita amat fortuna illum vt filium suum: quia omnes viceram.

Annotatio.CIIII. Eodem Sermone.

Vix tu homines vrbẽq; feris præponere syluis?
Carpe veniam(mihi crede)comes: terrestria qñ
Mortales animas viuunt sortita: neq; vlla est
Aut magno aut paruo leti fuga: quo bene circa
Dum licet: in rebus iucundis viue beatus.

Vin.i.vis ne, ꝓ vis legẽdum. Bone pro bene. In primo versu vin ꝓ vis.i.vis ne: in penultimo bone vocandi casus pro bene aduerbio reponendum affirmo: Non id quidem: vt cẽseam non posse sic (vt habent codices) legi: sed ꝙ melius congruere videatur: quod duxi reponendũ: & ꝙ existimem facile commissum esse impressorum incuria: vt vis ꝓ vin, & bene pro bone sint immutatæ particulæ.

Annotatio.CV. Sermone septimo.

Iamdudum ausculto: & cupiens tibi dicere seru⁹
Pauca reformido: Dauus ne sita Dauus, amicum
Mancipium dño & frugi quod sit satis: hoc est:
Vt vitale putes.

Putes pro velis non placet: vt voluit Acron. Legit Acron & exponit putes pro Velis: & ea expositione apertissimam rem obscuram reddit: cum putes pro existimes ac iudices in propria significatione sit positum & non pro velis. Nam/ si pro velis fuisset ponendum id verbum: æque poterat poni velis ac putes. Sensus & ordo. Est igitur sensus & ordo. Dauus ne? scilicet loquitur: & sunt verba domini. Respõdet seruus: Dauus scilicet sum ita amicum & frugi mancipium domino: quid satis sit: hoc est vt putes, id est existimes esse vitale Qui enim vltra modũ sunt boni vitales nõ consueuerunt esse: Et ꝓpterea dixit quod satis sit: & non excedat modum.

Annotatio.CVI. Epistola Prima.

Si quadrigentis sex septem milia desunt.
Est animus tibi sunt mores & lingua fidesq;:
Plebs eris.

Duo emẽdanda. Duo mihi videnẽ in his versibus emendãda: si rectum ex illis velimus elicere sensum & ordinẽ. Alterũ: vt post septẽ aut cõiunctionẽ adijciamus. Alterũ: vt in principio secundi versus erasa est particula reponamus etsi coniunctionem aut q̃quã: Ordo & sensus. vt sit ordo & sensus. Eris plebs id est inter plebeios annumeraberis: si desunt sex aut septẽ milia quadringẽtis scilicet milibus ad censum scilicet equestrẽ: etsi vel q̃q̃ animus tibi scilicet est: sunt mores & lingua & fides. id est q̃q̃ vir optimus & sapientissimus es: tamen, si cares equestri censu: annumeraberis inter plebeios.

Annotatio.CVII. Eadem Epistola.

Iidem eadem possunt horam durare probantes?

Ne particula addẽda. Addendã hic arbitror ne particulam post verbum possunt: vt sit Iidem eadẽ possunt ne horã durare probantes? Aliter: si per interrogationem legas: vt legi oportet: non videbitur Horatianus

mihi sermo & locutio.

Annotatio.CVIII.Epistola Secunda.

Cui pulchrum fuit in medios dormire dies:&
Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.

Acronis sententia probatur

Hic admonendos duxi omnes Horatiũ lectu ros:vt cessatũ id est ad cessandũ legãt (vt Acrõ vult & id quidem recte)nõ cessantiũ,id est ocio sorum:vt legi iubet Landinus:quod maxime ab surdum videtur.

Annotatio.CIX. Epistola Sexta.

Mercemur seruum,qui dictet nomina,sęuum
Qui fodiat latus:& cogat trans põdera dextram
Porrigere.

Ordo.

Erit hic ordo.mercemur seruũ:qui dictet no mina,id est qui sciat omnium fere nomina:& sit quasi nomẽclator quidam nobis:& fodiat sęuũ latus scilicet non cedentium nobis loco:cum sumus transituri:& cogat dextram scilicet cliẽtum vel subditorũ trãsporrigere põdera,id est grauia mũera ac dona.Vel,si hic nõ placet ordo & sen sus:illud admonitos velim hęc lecturos,ęq placere mihi Acronis hoc loco sententiam & expo sitionem:ac displicent Landini ridicula.

Probatur Acron. Lãdin⁹ iprobat.

Annotatio.CX.Epľa.XIIII.Ad Villicũ suũ.

Angulus iste feret piper & thus ocyus vua.

Porphyriõis sñia iprobat. Septimus casus.

Non possum satis intelligere qua ratione ductus Porphyrio dixerit vua hoc loco septimi ca sus esse:cũ termin⁹ sit cõpatiui:& septimũ eũ eẽ casum asserant,quo tanq̃ instrumento quodam vtimur ad rẽ aliquã peragẽdam:vt video te ocu lis:tango te manibus:& alia eiusmodi multa.

Annotatio.CXI. Epľa.XV.ad Vallam.

Mutandus locus est & diuersoria nota
Præter agendus equus.

Contra Porphyrionem.

Diuersoria nota dicit Porphyrio Syllepsim eẽ id est mutanda.quod cum mihi minime probet & placeat:admonendos duxi hęc lecturos diuer soria nota accusandi casus esse & regi a præposi tione ꝑter:vt sit ordo,locus mutãdus est:& equ⁹ agendus præter,id est vltra diuersoria nota.

Annotatio.CXII.Epľa.XIX.Ad Lollium.

Alter rixatur de lana sępe caprina:
Propugnat nugis armatus:scilicet vt non
Sit mihi prima fides:& vere quid placet:vt non
Acriter elatrem:precium ætas altera sordet.
Ambigit qd eñ Castor sciat an Docilis plus?

Contra Acronẽ. Sensus& rdo.

Non possum hoc in loco satis admirari Acronis viri & interpretis doctissimi non dicam inter pretationes sed somnia:quæ recẽsere breuitatis causa supersedebo.cum pręsertim in aperto sint omnibus:qui legere volẽt.Est igit̃ sensus & ordo.Alter videlicet cõtrarius illi,qui obsequitur & ad nutum diuitis alicuius se accõmodat,sæpe rixatur de lana caprina:& pugnat armatus ꝓ nugis,id est nullius fere momenti rebus:cui⁹ quidẽ hęc sunt verba videlicet:ętas altera,id est alterũ vitę spatium & ipsius vitę in alteram vitã reno uatio appositiue precium sordet,id est vilis est mihi ad hoc scilicet:vt non sit mihi prima fides .i.vt ego non sim primus cui adhibẽda sit fides:& non elatrem,id est quasi elatrando aciter defendam:quod vere placet.id ẽ nullo vel magno pręmio ac mercede adducar:vt assenter & non dicam quæ mihi vera videnť.Quid enim ambigitur(hæc Horatij sũt verba nõ seueri & asperi homin.s:quẽ finxit).i.cur ad qd qua de causa & in quẽ vsum dubitať:an plus sciat Castor gladiator an Docilis alter etiam gladiator?Hęc aũt ipa licet sen serit etiam Porphyrio interpres diligentissimus:& ob id supsedendũ fuerat mihi ab ex primẽda mea sñia:volui tñ per verba magis (ni fallor)apta difficultatẽ oẽm abigere ac declarare

Porphyrionis sen tẽtia ꝓba tur.

ex duabus & illis discordibus sententijs vtram malim ac probandam ipse ducam.

Annotatio.CXIII.Epľa.I.Scď.Libri ꝓpe fi.

Gratus Alexandro Regi magno fuit ille
Cherilus:incultis qui versibus & male natis
Rettulit acceptos regale numisma Philippos.
Sed,veluti tractata notam labemq; remittunt
Atramenta:fere scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt:idem rex ille,poema
Qui tam ridiculum tam care prodigus emit
Edicto vetuit nequis se præter Apellem
Pingeret:aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia:q; si
Ad libros & ad hæc musarum dona vocares:
Bœotum in crasso iurares aere natum

Ali⁹ Lysippo.

Permulti profecto extitere:qui cum nõ ignorarent esse mihi Horatium satis familiarẽ:petiere a me nouissimi huius versus immo noĩs duntaxat Bœotũ interpretationẽ,fassi prius illam vti q; veram se ignorare:& tam Acronis quã Porphyriõis sententiã & expositionẽ ipsis displicere:quorum alter ita dicit & exponit.Bœotũ:Bœoti hebetes sunt habiti.Alter vero:In crasso aere,id est crassos & hebetes faciente.Negant enim illi ipsi,de quibus agimus:Bœotiæ regiõis aerem eẽ crassum:& Bœotios hebetes esse habitos.qđ equidem non ibo inficias:cũ ea in regione Thebæ sint:vnde Pidarus poeta clarissim⁹ (vt a Flacco nõ discedam)& viri alij insignes extitere:in qua Parnasus iquã sit,musæq; & alia literarum monumẽtis tradita miracula.Verum quoniam paruo locorũ interuallo videmus & pro cõper to habemus varios esse cælorum influxus:& si Romæ clarissima & subtilissima proueniũt ingenia:in locis vero non multum ab vrbe distantibus maxime crassa & rudia:& hoc in oĩbus fere regionibus contingere videmus:facile equidem adducar:vt credã Horatium nostrum crassum quidem appellasse aerẽ nõ omnis regionis Bœotiorũ:sed illius alicuius partis:& i ea censuisse natũ iudicari potuisse Alexãdrũ.Nam in Bœotia ęque ac in alijs regionibus diuersi influxus loca sunt.Et ꝓpterea nõ errasse visi fuissent mihi clarissimi interpretes:si duo præstitissent.Alterum si non oĩes Bœotios hebetes & vniuerse regionis aerem crassos facere & hebetes dixissent.Alterum vero:si Bœotium nõ Bœotum legissent:vt legendum equidẽ censeo.Dicimus eñ recte per syncopam Bœotium nõ Bœotum ꝓ Bœotiorum,Brutium non Brutum pro Brutiorum,Heluetium non Heluetũ pro Heluetiorum.Dicit igitur Horatius(vt clarius & apertius rem ip sam explicem)si vocares subtile videndis artibus pictura scilicet & sculptura Alexandri ingenium ad libros & musarum dona:iurares illum in ea Bœotiæ parte natum:cuius aer crassi & hebetis ingenij hoies gignat & procreet.Sunt etiã qui glorientur se locum hunc e tenebris eruisse:& pro re certissima teneant & affirmẽt Boetum quẽdam poetam patria Tarsensem Horatiũ intellexisse:de quo Strabo libro.xiiij.sic inquit:Cũ ciuitas partim ab alijs,partim a Boeto quodam malo poeta & malo ciue perperam tractaretur:is plurimum apud plebem valebat:exulerat eũ Antonius ab initio:cum carmẽ in victoriam in Philippis habitam ab illo compositum accepisset:sed multo magis eius facilitas:quę apud Tarsenses maxima videbatur:adeo vt ex tempore & vno impetu ad omnẽ datã materiam diceret.Simul Antoni⁹ gymnasij pręfecturã Tarsensibus pollicitus hunc in gymnasiarchę locũ cõstituerat,ac oẽs ei Gymnasij impensas crediderat.

Acronis & Porphyriõis expositio de noie Bœotũ.

Diuersi cęlorum influxus.

Bœotiũ nõ Bœotum pro Bœotiorũ & alia

Quorundã opinio Boetus poeta Tarsensis.

Boetus poeta furti cōuict9

Sed deprehensus cum alia surripere tum etiam oleum apud Antonium ab accusatoribus conuictus est. Cuius iram cum alijs tum hoc maxime declinauit dicens, ꝙ quemadmodum Homerus Achillem Agamemnonem & Vlyssem decātauit: ita & ego te. Quare liquū est: vt huiusmodi apud te calūnijs agar. Et per huius Boeti mētionem taxari ab Horatio cēsent Antonij iudicium ꝙ malum poetam ac ciuē extulisset: & ī gymnasiarchę locū constituisset. Sed quoniam de Alexandro & Cherilo facta est mentio: & cum dicit Horatius ingenium illud: ad Alexandrum referas necesse est, & nullum extat Antonij subtile iudicium videndis artibus, a quibus possis illud ad libros & ad hæc musarum dona vocare: repudiandam equidem & explodendam censeo eiusmodi sententiam & expositionē, vt nulla ex parte Horatianę menti congruentem & accōmodatam. de qua quidem ob id facere volui mentionem, vt comparata & collata cū alijs, qualis sit, facilius possit dijudicari.

Anno. CXIIII. Ep̄la Vltīa ad Iuliū Florū.

Litterulis græcis imbutus, idoneus arti
Cuilibet, argilla quod vis imitaberis vda.

Argilla se primi casus nō nominandi.

Dicit Porphyrio. Argilla. deest q̄si, vt sit quasi Argilla vda, id est mollis. Qd̄ equidem nō satis admirari possum, cum (vt cętera omittā) Syllabæ quātitas septimum esse casum ostendat nō nominandi. Ita vt facile quidem adduci queam cum hæc & alia similia deprehēdo, vt credā esse illa ipsa adiecta Acronianis & Porphyrionianis codicib9 nō ab illis relicta & ad posteros tradita.

Annotatio. CXV. Epistola Eadem.

Fuit haud ignobilis Argis:
Qui se credebat miros audire tragœdos
In vacuo lætus sessor, plausorq; theatro.

Contra Porphyrionem.

Argis ꝑ argiuis exponit Porphyrio, mihi vero id minime placet. Cum locum hic Horati9 significet non gētem, & Argi vrbs sit, Argiui vero Argorum Incolæ.

Finis Annotationum Bonfinis.

Sequuntur Annotationes Benedicti Philologi Florentini in eiusdē Horatii opera.

Ode Prima Primi Libri.

Euterpe cohibet, neq; Polymnia. Sic in omībus est exēplarib9, sed nō stat versus, q͞a ꝑ choriambo, Pęon quartus est, neq; poly – – – legēdū igitur vel, Euterpe cohibet, nec Polyhymnia vel Euterpe cohibet, nec Polymneia. si Pelyhymnia, scandatur sic. Euter – – pe cohibet – – – nec polyhy – – – – mnia – –, vt componatur a πολυ, & ὕμνος, quasi multicina latine dixeris. Id videt̄ sensisse Phornutus in libro de natura Deorū, vbi ait, πολύμνιά δὲ ἐστὶν πολυύμνητος ἀρετὴ, ἢ μᾶλλον, ἀπὸ πολλοὺς ὑμνοῦσα, καὶ ὅσαπερ τῶν γραμμάτων ὑμνεῖται, πάρεδρος, καὶ τῆς ἐντέχνου ποιημάτων, καὶ τῶν ἄλλων συγγραμμάτων ἱστορίας ἐπιμελουμένη. Sin autem Polymneia, sic. Euter – – pe cohibet – – – nec polymne – – – ia – – Nec obstat, ly corripi sequentibus m & n, cum faciant syllabā, q̄ pcedit, indifferētē, sicuti muta cū liq̄da vt apud Græcos Cratinus, ἀλλοτρίου γνώμοις ἐπὶ λησμοσύνη μνημονικοῖσι. λησμοσ dactylus – – – Callimach9, vt citat Ephestiō, & Priscianus, τὰς μὲν ὁ μνησάρχειος ἔφησεν ὁ σ. τὰς μὲν ὁ dactylus – – – & tūc cōponit̄ ex πολὺ & μνεία. qd̄ sit multa mēoria. nā Iouis & Memonę filias esse musas testat̄ Hesiodus in Theogonia, μοῦσαι ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο Τὰς ἐν πιερίῃ κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα μνημοσύνη. & dissoluta diphthōgo πολυμνεία πεντασυλλάβως, καὶ ἰωνικῶς πολυμνηία, vn̄ Polymneia sicut Elegeia ἀπὸ τῆς ἐλεγηίας secundū Ionas. Ouidius. Flebilis indignos Elegeia solue capillos. Q̄ꝗ̄ græci, tā prosa oratione, q̄ carmine, πολύμνια τετρασυλλάβως. cum accētu ī antepenultīa dicūt, vel altero y ex Polyhymnia vel ε excluso ex ει diphthōgo. Hesiod9 in Theogonia. τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε, πολύμνιά τ' οὐρανίη τε

Ode. XVII. Libri eiusdem.

Nec martialeis hœdilia lupos. Hic duo eē errores videntur in dictione hœdilia. nam & di antepenultima corripit, cum sit natura longa, quoniam in ile desinentia nomina, vt ouile, equile, bouile, & id genus cętera producūt penultimā, & a vltima ꝓducitur natura breuis. Est em̄ versus Dactylicus Alcmanius catalecticus, qualis ille, Vides vt alta stet niue candidum. in quo penultimus pes est Dactylus, postremus ꝓ Dactylo, Creticus propter vltimam syllabā in omī metro indifferentem, sic. hœdili – – – a lupos – – – Quapropter vel aliter legēdus versus est, & forte sic. Nec Martios hœdilia tum lupos, & sit ordo. Velox Faunus sæpe mutat Lucretilē amœnum Lyceo, & vsq; defendit ęstatem, pluuiosq; ventos capellis meis. Impune per tutum nemus vxores mariti olentis quærunt deuiæ arbutos latentes, & thyma, tum hœdilia nec metuunt colubros virides, nec lupos Martios. vt sic dixerit lupos Martios, vt Virgilius. Martius a stabulis rapuit lupus, & scandatur sic. Nec mar – – tios – – hœ – dilia – – – tum lupos – – –. Vel di antepenultima κατὰ σύσταλσιν corripitur, vt, ste, in steterunt apud Virgilium. Obstupui, steteruntq; comæ. & le, in tulerunt apud eundem. Matri longa decem tulerunt fastidia menses. & a producitur, vel quarto e septem modis cōmunium syllabarum, qui vult correptam vocalem, cum partē terminat orationis, & est principiū pedis, esse cōmunem, vt apud Virgilium. Inualidus, etiamq; tremens, etiam inscius æui. & Pleiadas, hyadas, claramq; Lycaonis arctō. & Pectoribus inhiās spirantia consulit exta. apud eundem. Item. Dū sanguis inerat, dum vis materna, apud Lucanū Sic apud Græcos Homerus, οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον υἷες ἀχαιῶν. Idem. αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν γένετο ἰαχὴ τε, φόβος τε. Idē. ἄλλα τὰ γε σπαργαίνει ἀκρότα φύονται. in quibus vocales breues, & termināt dictiōes, & incipiūt pedes sic γα ια – – – τὸ ἰα – – – ταια α – – –. vel quia sequitur, l, liquida, quæ producere inuenitur antecedentem breuem, vt apud Persium, Cātare credas Pegaseium melos. Est enim Scazon, in cuius sextā sede semper eē Spōdeus, vel Trocheus debet. Sic Homerus in hymnis. ἱμερόεν καναχῆσε θεὸς, δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε, μέλος α Dactylus – – –.

Ode. XXVI. Eiusdem.

Vino, & lucernis medus Acinacis. Quoniā Acinaces grece ἀκινάκης dicitur. Suidas, ἀκινάκης μικρὸν δόρυ περσικόν, non Acinacis īprimendum, vt erat in exemplaribus, sed Acinaces iussimus, & puto natum errorem, quia nūc græci ητα, non e longum, sed i pronunciant, q̄q̄ &

ipsi meo iudicio perperam. η em̃ non i, sed e longi sonum habere debet. Sed de hoc alius erit tractatus. hinc paraclitum dicimus illos imitati, cũ & nobis & Græcis paracletus dicendũ si, παράκλητος enim scribitur græce.

Ode. VIII. Secundi Libri.

Sæpe minaci. sic legit Porphirio, sed legendũ potius Minati, vt sit participiũ, id qđ & Acroni placet, vt sit Ordo. Nec priores, amantes scilicet relinquunt tectum impiæ dominæ sępe minati .s. relicturos se eam. qđ valde miserum, vt quod a seruis fieri consueuit, id amatoribus nõ liceat, licet contempti deserturos se eam, quã amant, sępe minati fuerint. Expressit enim vim amoris, vt ait Acron. Nã qui capti amore sunt, iniurias, contumelias, cõtemptus, exclusiones, & id gen⁹ cætera pertinaciter ferunt peiore conditione, q̃ serui. Adde q; eas, quarum amore capti sunt, appellant Dominas, vti serui. nam dominus & seruus correlatiua sunt. Pulchre Propertius amantium hanc expressit seruitutem, his versibus.

Tum mihi constantis deiecit lumina fastus,
Et caput impositis pressit amor pedibus.

Ode. VI. Tertii Libri.

Iam bis Monæsis, & Pachori manus. Eadem ratione qua Acinaces, ꝓ acinacis, Mongeses pro Monæsis iussi imprimendum. Nam Gręce μοναισης dicitur. & est Monæses rectus. construit autem sic. Iam Monæses bis cõtudit impet⁹ nostros non auspicatos, & manus Pachori, scilicet bis cõtudit. Q̃ si genitiuum esse quis voluerit, & dicatur Mongesis, erit sis breuis, quod solet euitare Horatius, licet pẽthemimere defendi possit.

Ode. XII. Eiusdem.

Simul vnctos Tyberinis humeros la-
Vit in vndis, eques ipso melior Bel-
Lerophõte, neq; pugno, neq; segni pede vict⁹.

Treis hos versus siquis sic scribat, primum necesse est diuidere dictiões, quod durum videtur, licet supra Ode eadem sit.

Neq; dulci mala vino lauere, aut ex-

Deinde lerophonte est Pæon tertius, cũ esse debeat Ionicus a minore. nã licet apud Græcos ὁ βελλεροφοντης primæ sit declinationis των ισοσυλλαβων, Homer⁹ ἰλιαδος. Ζ. τεθναιης ὢπροιτ ηκακτανε βελλεροφοντην. & paulo inferius. η δ ἐτεκε τρια τεκνα δαιφρονι βελλεροφοντη,. apud nos tamen est tertiæ. Bellerophõtes bellerophontis, vt ευριπιδης ευριπιδου Euripides Euripidis. Horatius Ode. VII. Libri Tertij.

Vt Prætum mulier perfida credulum
Falsis impulerit criminibus, nimis
Casto Bellerophonti.

Iuuenalis Satyra. x. Omnibus in terris.

Sed casto qđ forma nocet? Quid ꝓfuit immo
Hyppolito graue ꝓpositũ? quid Bellerophonti

Quapropter iussi ego restituendos in suum locum queadmodum habetur Viennę in antiquo quodam Codice apud Stanislaum Zaur, quos ad me amicus quidam meus misit, hoc ordine.

Eques ipso melior Bellerophonte,
Neq; pugno, neq; segni pede victus,
Simul vnctos Tyberinis hũeris lauit in vndis.

Hoc modo & seruantur integrę dictiões, & nõ claudicat versus in dictione Bellerophonte. nã primi duo versus cõstant e trib. Ionicis a minore, Terti⁹ ṽo e quatuor, vt suo loco licet videre.

Ode. XVI. Epodon.

Eamus omnes execrata ciuitas. Sic habetur in omnibus quæ quidẽ ipse viderim, exẽplaribus. Sed quoniam in hac Ode secundi quiq; versus constant e solis iambis, qđ studiose fecisse videtur Horatius, omnis legendũ est, vt sit omnis ciuitas eamus, quæ est, vt Porphyrio ait, figurata elocutio, vt Pars in frustra secant. hinc subiungit Porphyrio, aut omnis ciuitas eamus, inquit, aut pars maior remaneat, quæ mollis animi, & sine spe est, expersq; virtutis. Est aũt ordo, omnis ciuitas execrata hæc, & quæ poterunt abscindere reditus dulceis, eam⁹. execrata, hoc est execratione, & iureiurãdo interposito. sic supra. Forte cõmuniter quęritis, quid expediat, aut melior pars carere malis laboribus, nulla sñia sit potior hac, ire quocunq; ferent pedes, quocũq; Notus, aut Africus proteruus vocabit per vndas, velut ciuitas Phoceorum execrata agros, atq; patrios lares profugit, reliquitq; fana habitanda apris, & lupis rapacibus. execrata agros, & patrios lares, sic dixit, vt Sallusti⁹ in Catilinario. Interea plebs coniuratiõe patefacta, quæ primo cupida nouarum rerum nimis bello fauebat, mutata mente, Catilinę consilia execrari, Ciceronem ad cęlum tollere, veluti ex seruitute erepta, gaudium, atq; lætitiam agitabat.

Ode Eadem.

Nos manet Oceanus circũuagus. arua beata Petamus arua, diuites & insulas. Sic est legẽdũ, non arua beata petamus aura, tum vt secundus versus constet e solis iambis, vt cæteri, tum etiã quia bis dicendo, arua arua petamus beata, maiorem habet ad persuadẽdum vehementiam, vt relinquãt patriã. & circũuagus est ꝓpriũ Oceani epitheton, quia vagatur circum omnem terrã. Nec placet hic Porphyriõis expositio, Oceanus circum arua beata vagus, quia valde siccum est, & quasi imperfectum quod sequitur, petamus arua, nisi addatur epitheton.

Ode. XVII. Epodon.

Tuusq; venter pactumeius, videtur legẽdũ partumeius, vt sit a partu partumeius, q; fœcunda esset Canidia. id quod ex Acrone colligitur, cum dicit, Partumeium dicit filium Canidię, quẽ habere se fœcunditatis gratia lætatur. quãquã ipse sic construo, & tuus venter, partumeius, id ẽ fœcundus est tibi, quia subiungit, & obstetrix lauit pannos rubros tuo cruore.

Ode Eadem.

Vtcũq; fortis exilis puerpera. Porphyrio, & qui eũ secuti sunt, exilis nomen esse dicunt, cum sit verbi exsilio secunda persona, nec aliter stat versus, vt sit Iamb⁹ in quarta sede, in qua Spondeus esse non debet, quod & ipse Horati⁹ ĩ poetica sic docet.

Spondeos stabileis in iura paterna recepit
Commodus & patiens, non vt de sede secunda
Cederet, aut quarta socialiter.

Q̃ si exilis hic nomen sit, foret spondeus in quarta sede contra legem Trimetri Iambici, quali vsus est Horatius, scanditur autem sic, vt.un q; for tis ex silis puer pera quod nõ aduertisse Porphyrionẽ, miror

IN ARTE POETICA.

Intererit multum Dauus ne loquatur, an heros. miror non aduertisse quosdam non dici posse, an herus, vt in multis etiã est exẽplaribus. Id q; repugnante syllaba. Sunt qui legũt, diues ne loquatur, an Irus. sunt qui Diuus ne loquatur, an

Heros. sed melius legitur. Dauus ne loquatur, an Heros. sic etiam est in meo antiquo exemplari.

In epistola. V. primi libri.

Vt coeat par,
Iungaturque pari Brutum tibi Septimiumque,
Et, nisi cœna prior, potiorque puella, Sabinum
Detinet, assumam. Locus est & plurib umbris.
Sed nimis arcta premunt olidę conuiuia caprę.
Tu quotus esse velis rescribe.

In quibusdam exemplarib. legitur Brutum tibi. Septitiumque. Sed quoniam præcedit, Vt coeat par, iũgaturque pari, & sequitur. Et nisi cœna prior, potiorque puella Sabinum detinet, Brutã imprimendum iussimus, quæ videtur fuisse amica Septitij, vel si mauis Septimij, nam vtrũque legitur. Deinde q͞d in vno tantũ legi exemplari, Assumam pro ad summam reponẽdũ curaui, præsertim, cum si ad summam dixeris, aliquod desideratur verbum. Est autem ordo, vt par coeat, & iungatur pari, assumam tibi Brutam, & Septitium, & Sabinum, nisi prior cœna & potior puella detinet, ipsum. s. est locus & pluribus vmbris, id est conuiuis. sed capræ olidæ. i. graue olentes premunt, hoc est offendunt conuiuia nimis arcta, & hoc propter malum odorẽ, qui solet emitti cum concauitas illa, quæ sub alis est, nimis incalescit. Vnde Catullus.

Lędit te quędam mala fabula, qua tibi fertur,
Valle sub alarum trux habitare caper.

Vmbra vero pro conuiua nonnũquam accipitur, vt hic & in sermonibus Satyra postrema.

Sum⁹ ego, & ppe me Viscus Turin⁹, & infra
Si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone
Vibidius, quos Mecœnas adduxerat vmbras,
Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,
Ridiculus totas simul absorbere placentas.
Nomentanus ad hoc, vt siquid forte lateret,
Indice monstraret digito

Quę carmina ideo etiam adposui, vt construerem. Est enim ordo. Sumus ego (eram in mensa) & prope me Viscus Turinus, & si memini, infra (erat) Varius, & Vibidius cũ Seruilio Balatrone. Nomentanus erat super Mecœnatem, Porcius ridiculus absorbendo totas placentas (erat) infra, Nomentanus ad hoc, vt digito indice monstraret, siquid (cibi suauis) forte lateret, Quos ipse Mecœnas adduxerat vmbras, hoc est secum duxerat ad conuiuiũ. Conuiuæ autem vmbræ dicuntur, quod sequantur inuitatos in conuiuiũ non ipsi etiam inuitati, vt vmbra corpus. Quem morem Plutarchus Cõuiuiorum libro septimo sic scribit, τὸ δὲ τῶν ὑποκλήτων ἔθος, οὓς νῦν σκιὰς καλοῦσιν, οὐ κεκλημένους αὐτούς, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀγομένους. ἐζητεῖτο πόθεν ἔσχε τὴν ἀρχήν, ἐδόκει δὲ ἀπὸ σωκράτους ἀριστόδημον ἀναπείσαντος, οὐ κεκλημένον εἰς ἀγάθωνος ἰέναι σὺν αὐτῷ, καὶ παθόντα τι γελοῖον. ἔλαθε γὰρ κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπολειφθεὶς ὁ σωκράτης. ὁ δὲ προεισῆλθεν ἀτεχνῶς σκιὰ προβαδίζουσα σώματος ἐξόπισθεν τὸ φῶς ἔχοντος. Sed. hæc Erasmus, meus Roterodamus, puerbiorũ Chiliade prima, quæ octo abhinc menses curaui imprimenda, prouerbio nono, docte vt omĩa, & copiose docet. Inde igitur petat, qui hæc melius scire voluerit.

Epistola. VI. eiusdem Libri.

Si Minneruus vti censet. Scribendũ Mimermnus, vt habetur apud Suidam. μίμερμνος λιγυρτιάδου κολοφώνιος, ἢ σμυρναῖος, ἢ ἀστυπαλαιεὺς ἐλεγειοποιός, γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς. λζ. ὀλυμπιάδος, ὡς προτερεύειν τῶν. ζ. σοφῶν. τινὲς δὲ αὐτοῖς συγχρονεῖν λέγουσιν. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ λιγυαστάδης, διὰ τὸ ἐμμελές, καὶ λιγύ. ἔγραψε βιβλία ταῦτα πολλά. Corrupte igitur legit vel Mineremus, vel Mimnermus, vel Minneruus, vel Mineruus, vt habetur tam in impressis, q̃ manu scriptis, quæ quidem ipse viderim exemplaribus.

Epistola. XV. eiusdem Libri.

Iugis aquæ, nam vina nihil moror illius oræ. In antiquo exẽplari apud me legitur dulcis aquę quod magis placet, tum quia pręcedit, Collectos ne bibant imbreis, puteos ne perenneis. nam nõ possunt putei perẽnes eẽ, nisi etiã sint iugis aquę. Iugis eñi & perẽnis idẽ est. sic iugiter, & perẽniter. i. perpetuo, & assidue. ne videatur igitur bis idem dicere legendum, puteos ne perenneis dulcis aquæ. tum etiam ad imitationem Virgilij in Buccolicis.

Dulcis aquæ saliente sitim restringere riuo.

Epistola. XVI. eiusdem Libri.

Ne perconteris.

Oderunt peccare boni, virtutis amore. In quibusdam codicibus etiam manu scriptis huic versui subiungitur. Oderunt peccare mali formidine pœnæ, qui tamen versus adulterinus est, ac transfodi obelo dignus, vt olim ab Aristarcho nothi quã plurimi trãsfossi sunt, qui diuinis Homeri versibus immisti fuerant. Nam cum dixit Lupum, Accipitrẽ, ac Miluium rapacissima animalia, non propterea abstinere a cibis, quos paratos vident, quia non placeant, sed lupum metu foueæ, Accipitrem laqueorum, hami Miluiũ subiungit. Oderunt peccare boni virtutis amore. quod signate dictum ait Porphyrio, primum non timent peccare, sed oderunt. Deinde nõ metu pœnæ, sed amore virtutis. Abstinẽt igitur boni a vitijs illorum odio, & amore virtutis. Praui autem, quia timẽt pœnas, luporum, accipitrum, Miluiorum similes, cum abstinent a cibis, quos auidi deuorent, idque aut fouearum, aut laqueorũ aut hamorum metuentes: & propterea subiũgit statim. Tu nihil admittes in te formidine pœnæ Si spes fallendi, miscebis sacra profanis. Sensus est, tu nõ peccas, quia times pœnam. nam si sperares posse homĩes fallere, & latere peccatũ tuũ nihil non mali faceres. Præterea nõ dixisset Hora. Oderunt peccare mali, quia non oderunt illi peccare, sed metuunt. nam amant omnino peccare mali.

Epistola vltima Secundi Libri.

Nõ es auarus, abi. Quid cætera iã simul isto
Cum vitio fugęrit e caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira? Sic in omnibus fere exemplaribus legitur, & potest sic construi. Nõ es auarus, abi, Quid iam fuge cætera simul cum isto vitio, quasi dicat, non potes. per q͞d intelligimus te esse etiam auarum, si cæteris hæres vitijs, ac teneris. Ipse tamen quod in vno tantũ legi exemplari, sic iussi imprimendum. Non es auarus? abi. Quid cætera? num simul isto
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira? hæc mihi vera lectio visa est, eligat sibi quisque vtram velit suo arbitratu.

Satyra Prima Primi Libri.

Vt cum carceribus missos rapit vngula currus,

Instat equis auriga suis vincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntē. Sic videtur Acron legisse. Ait enim, Equis suis septimus casus est, Vincentibus datiuus, hoc est ijs instat, qui precedunt. Sed hic ego accedo Porphyrioni, qui sic legit. Instat equis auriga suos vincentibus, prēsertim cum in antiquo exemplari apud me, sit suos vincentibus. Exponit autem Porphyrio, Instat ijs equis, qui suos vincunt.

Satyra Tertia eiusdem Libri.

Illuc prævertamur, amatorem q amicæ
Turpia decipiunt cęcum vitia, aut etiā ipsa hęc
Delectant, veluti Balbinum Polypus Agnæ.
Multi legunt Pulypus metri caussa, sed & Polypus legi potest, idq; dorice. Quod docet Athenęus his verbis, ἀρχέστρατος δέ φησι, πώλυποι ἐν τεθάσω, καὶ καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι. καὶ κέρκυρα τρέφει πολλοὺς μεγάλους τε τὸ πλῆθος. Δωριεῖς δὲ αὐτὸν διὰ τοῦ ω μεγάλου καλοῦσιν πώλυπον, ὡς ἐπίχαρμος. καὶ σιμωνίδης δ᾽ ἔφη πώλυπον διζήμενος, ἀττικοὶ δὲ πολύπουν. Sic in epigrammatis

Ἀντιπάτρου.
πώλυπος εἰναλίη πότ᾽ ἐπὶ προβλῆτι τέρυ/θεὶς
Ἠελίῳ ψύχειν πολλὸν ἀνῆκε πόδα.
Ἰσιδώρου
πώλυπον ἀγρεύσας ποτὲ γύννιχος, ἐξ ἁλὸς εἰς γῆν
Ἔρριψεν δήσας θηρὸς ἱμάντοπέδην.

Quāobrem & hic, & in Epodis illud,
Polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis,
Per o non, per u excudendum potius sumus.

Eadem Satyra.

Chrysippus dicat, sapiens crepidas sibi nūq̄
Nec soleas fecit. Cum Crepida Græcum sit vocabulū, & non per ἐψιλὸν, sed per η μέγα, vt sic dixerim scribat, nā sicut o duplex ē apd̄ Grēcos μικρὸν καὶ μέγα, sic duplex e, quorū alterū ἐψιλὸν, ητα alterū appellāt, & declinetur, ἡ κρηπὶς τῆς κρηπῖδος τὴν κρηπῖδα, vnde hęc crepida crepidę, miror Horatiū & cre & pi corripuisse, atq; itidem Persium fecisse prima satyra.
Non hic qui in crepidas Graiorum ludere gestit.
Tū Gellium libro duodecimo, capite vigesimo, tantū de prima syllaba correpta meminisse, cum & secunda corripiat, q̄ similiter apud Græcos vt prima pducit. Theocrit⁹ ecloga 6. οὐ γὰρ κόνισαις ἢ ἀλλων ἰάζουσαις. πάντα κρηπῖδες, πάντα χλαμυλιφόροι ἄνδρες
Vbi κρηπῖ — — Spondeus. & libro tertio, epigrammaton εἰς ἀνδρείους,
καὶ τύμβῳ κρηπῖδα περιγράψε πέρσικον ἀμφὶ βάκρην Spondeus — — , πῖδας, Dactylus, — ◡ ◡ Verba autem Gellij hæc
Oīa enim ferme id genus, quibus plantarum calces tātū in fine teguntur, cætera ppe nuda, & teretibus habenis iuncta sunt, soleas dixerunt, nonnunq̄ grēca voce crepidulas. Gallicas autē verbum esse opinor nouū, nō diu ante ętatē M. Cic. vsurpari cœptum. Itaq; ab eo ipso positum est in secunda Antonianarum. Cum Gallicis inquit, & lacerna cucurristi. Neq; in ea significatione id apud quemquam alium scriptum lego grauioris duntaxat autoritatis scriptorem. Sed, vt dixi, crepidas & crepidulas prima syllaba correpta id genus calciamentū appellauerūt, qd̄ Græci κρηπῖδας. hæc Gellius. Sed forte Horatius imprudenter lapsus est. & Persius, & alij eū secuti sunt, tanq̄ id vel licuisse sibi Horatius voluerit, vel ab antiquioribus acceperit. Non em̄ adduci possum, vt credā, latinā esse vocē arbitratos crepidam, atq; a crepo vel crepitu, qui inter ambulationē a crepidatis reddit, deriuari, vt existimāt nōnulli græcarū literarū rudes. Quēadmodum qui post Vergiliū fuerūt Ouidius, Lucanus, Statius, & alij einarime dixerunt illum imitati, cum apud Græcos duę sint dictiōes, ἐν ppositio ἰωνικῶς, & ἀρίμοις datiuus. Vergili⁹ æneid. lib. ix.
Tū sonitu Prochyta alta tremit, durūq; cubile
Inarime Iouis imperijs imposta Typhoeo.
Excusamus aūt hic Vergiliū, sicuti studiose dixerit, einarime, licet apud Homerū legerit εἰν ἀρίμοις duas esse dictiones. Quid si & ipse minus aduertens lapsus est? Homo em̄ fuit. De qua dictione hæc Stephanus. ἄριμα, ὅμηρος, εἰν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. οἱ μὲν κιλικία, οἱ δὲ συρία, οἱ δὲ ἐν πιθηκούσαις παρὰ τυρρηνοῖς φασὶ γενέσθαι τὸν μῦθον. τὸ ἐθνικὸν ἀρίμαιος. ἐκαλοῦντο καὶ ἄριμοι. Eustathius postquā multa de Arimis dixit Iliados β. hęc subiungit. συνάπτεον ἐκτῶν ῥηθέντων καὶ ὅτι οἱ ἄριμοι ἀρσενικῶς, καὶ τὰ ἄριμα οὐδετέρως λέγονται, τοπικὸν δὲ τῶν ἀρίμων ἀρίμαιος. Strabo quoq; decimo tertio libro, de Arimis hęc dicit. προστιθέασι δὲ καὶ διότι καὶ δρυμώδης ὄντος, καὶ κεραυνόβολος, καὶ ὅτι ἐνταῦθα οἱ ἄριμοι, καὶ γὰρ οὕτως εἰν ἀρίμοις. ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. ἐπιφέρουσι χώρῳ ἐνὶ δρυόεντι ὕλης ἐν πίονι δήμῳ. & paulo inferius citat hęc Pindari carmina. ἀλλ᾽ ἀΐδιος ἄπλατον κεφαλᾶν ζεὺς θεῶν τυφῶνα πεντηκοντακέφαλον ἀνάγκᾳ ζεῦ πάτερ ἐν ἀρίμοις ποτε. ecce, qd̄ Homerus εἰν ἀρίμοις, Pindarus ἐν ἀρίμοις dixit. Cur igitur Vergilius ex duab⁹ dictionibus vnam fecerit, mutata etiā declinatione, einarime einarimes, si non lapsus est, non video. forte pro ἐν ἀρίμοις, εἰναρίμης videbatur sibi legisse apud Homerū. Quēadmodum & M. Tulio aliquando contigit, qd̄ & Gellius in noctibus, & Politianus in Miscellaneis attestātur, & ipse i epistolis ad Atticum μνημονικὸν ἁμάρτημα fuisse fatet. Q. autem hunc versum Homeri imitatus fuerit, εἰν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς, vel hinc colligitur. q vi detur fere ad verbum traduxisse. Ille enim dicit, in Arimis, vbi aiunt Typhoeos esse cubilia, Vergilius. Durumq; cubile Inarime Iouis imperijs imposta Typhoeo.

Satyra. VI. primi Libri.

Non quo fraudatis immundus Natta lucernis. scribendū immundus Naca. Appellant em̄ nacæ, vt ait Festus, fullones, q nauci sint id est nullius precij. Omnia fere opera ex lana νάκαι dicuntur a Græcis. Significat autem νάκη pellē ouium. Suidas. νάκην προβάτων δοράν. & subiungit, νάκη ἐντρίχων δέρμα, ἤτοι δορὰ προβάτων. ἢ ἀναλογία δὲ, ὡς βλάβη βλάβος, καὶ νάπη νάπος, καὶ δίψα δίψος, οὕτω καὶ νάκη νάκος. ὥσπερ δὲ φασιν ἡ ἀκτὴ, καὶ ἀρσενικῶς ἀκτῆς ἀκτῆς, καὶ ἀράχνη, καὶ ἀράχνης ἀράχνου, οὕτω καὶ ἡ νάκη, καὶ ὁ νάκος τριχῶν ὁ νάκος, ἡ νάκη καὶ τὸ νάκος. κῴας δέ τὸ τῆς αἰγὸς δέρμα, καὶ κῴδιον κῴας δὲ τὸ τοῦ προβάτου. Naca igitur vnico c scribendum. Ponitur autem hic pro Fullone & homine nullius precij, qualis ouium villosa pellis.

Satyra. X. Eiusdem Libri.

In omnibus exemplarib⁹, hi octo versus desunt
Lucili q̄ sis mendosus, teste Catone
Defensore tuo peruincam, qui male factos
Emendare parat versus, hoc lenius, ille

Est quo vir melior, longe subtilior illo,
Qui multum puer & loris, & funibus vdis
Exhortatus, vt esset opem qui ferre poetis
Antiquis posset, contra fastidia nostra,
Grammaticorum equitum doctissimus, vt rede am illuc.

Horum versuum & si stilus videtur Horatianus tamen quia & Acron & Porphyrio incipiunt enarrare ab eo versu. Nempe incomposito dixi pede currere versus, puto eos esse adulterinos. quod ita sit, nec ne iudicent doctiores.

Satyra. V. Secundi Libri.

Ergo nunc clama Sodalis
Nusquam est, vnde mihi tam fortem, tamq; fidelem? Sparge subinde. Perperam legitur a quibusdam clama sodalis, quia repugnat ma syllaba natura longa. legēdum igitur Dama sodalis. Est autem ordo. Sparge subinde, hoc est frequenter dicito hæc, scilicet Ergo nunc Dama sodalis nusquam est. vnde mihi tam fortem, & tam fidelem habebo scilicet sodalem.

FINIS

Annotationum Aldi in Horatium. quas & a Philologo quodā Florētino impressas offendimus. Anno M.D.XXVIII. vt supra.